K. IX. 25

Digitized by Google

B B. IX. 25


Digitized by Google

Digitized by Google

PRODIGIORVM AC OSTENTORVM CHRONICON,

Quæ præter naturæ ordinem, motum, ET OPERATIONEM, ET IN SVPERIoribus & his inferioribus mundi regionibus, ab exordio mundi usque ad hæc nostra tempora, acciderunt. Quod portentorum genus non temere euenire solet, sed humano generi exhibitum, seueritatem iramq; Dei aduersus scelera, atq; magnas in mundo uicissitudines portendit. Partim ex probatis fideq; dignis authoribus Græcis, atque Latinis: partim etiam ex multorum annorum propria obseruatione, summa fide, studio, ac sedulitate, adiectis etiam rerum omnium ueris imaginibus, conscriptum per

CONRADVM LYCOSTHENEM
RVBEAQVENSEM.



Cum Cæsareæ Maiest. gratia & priuilegio.

BASILEAE, PER HENRI. CVM PETRI.

Digitized by Google

Digitized by Google

MAGNIFICIS,

Præclaris, atque ſtrennuis uiris, D. Bernhardo Maiero, Theodoro Brando, Magnificæ ac Clariſs. Reipub. Baſilienſis Conſulib. Gaſparo Kruogio, ac Franciſco Obenriedo Tribunis, atq; totius Senatus ordini Ampliſsimo, Dominis ac Patribus ſuis colendiſsimis, Conradus Lycoſthenes Rubeaquenſis, Salutem ac pacem in Domino.



EXTANT paſsim in Sacris literis præclara diuinę erga humanum genus beneuolentiæ ſimul, atq; iracundiæ teſtimonia, Patres clariſsimi, quibus ſummus rerum omniũ architectus, gubernator atq; conſeruator Deus, ſuum ad ſe populum uocat: atq; diligẽtibus legem ſuam propoſitis præmijs benedictionẽ pollicetur, impijs autẽ atq; cõtemptoribus ſuam iram, ultionem, atq; maledictionem minatur. Vnde traditis iam legis diuinæ tabulis, ait: Ego ſum dominus Deus tuus fortis zelotes, uiſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationẽ eorum qui oderunt me, & faciens miſericordiã in millia, his qui diligunt me, ac cuſtodiunt præcepta mea. Quid igitur pijs dici poteſt, quod magis in his mundi iamdudum ad interitum inclinantis, calamitatibus magis conſoletur, ac puſillanimes in fide magis erigat, quàm quòd ſciãt ſe Deo ſummo patri curæ eſſe, eiuſdem beneuolentia, largaq; liberalitate foueri atq; defendi? Quid è regione impijs, dici poteſt magis horrendum, quàm audire ſe à ſuprema illa maieſtate odio haberi, cuius iram ac ultionẽ effugere nequeant? Aperte enim ait Dominus, dum uarij generis benedictiones pijs obuẽturas enumerat, impijs etiam ſuas maledictiones non defuturas eſſe, dum in Leuitico ait: Si non audieritis me, nec feceritis mandata mea, ſed contempſeritis iudicia mea. Viſitabo uos egeſtate ac ardore, qui conficiat oculos ueſtros, ac conſumat animas ueſtras. Fruſtra feceritis ſementem, quę ab hoſtibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra uos, & corruetis in cõſpectu hoſtiũ ueſtrorum, & ſubijciemini his, qui odio uos proſequuti ſunt. Sin autem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones ueſtras ſeptuplum, propter peccata ueſtra, & conteram ſuperbiam duritiæ ueſtræ, daboq; uobis cœlum ferreũ ac terrã æneam, conſumetur incaſſum labor ueſter. Non proferet terra germen, non arbores fructũ ſuum. Emittam in uos beſtias agri, ut conſumant uos & pecora ueſtra, ut deſertę fiant uiæ ueſtræ. Inducã ſuper uos gladiũ ultorem fœderis mei, cumq; cõfugeritis in urbes, mittã diram peſtem in medium ueſtri. Cõfringam baculum panis ueſtri, & comedetis carnes filiorũ ueſtrorum. Maledictus eris in ci-

Digitized by Google

uitate, Maledictus in agro, & Maledictæ reliquiæ tuæ. Maledictus fructus uentris tui, Maledictus fructus terræ tuæ, armenta boum tuorũ, ac greges ouium tuarum. Maledictus ingrediẽs & egrediens. Idẽ agit Spiritus sanctus uoce Prophetarũ, per quos timẽtibus Deum diuini numinis præsentiam, beneuolentiã, ac imbecillitate delinquẽtibus gratiam etiam pollicetur. Impijs uerò præsentissimã iusti Dei iram minatur, eandem maledictionẽ subinde repetens, utpote, apud Ieremiã cap. 11. cum clamat per Prophetã: Maledictus uir qui nõn audiuerit uerba pacti huius, quod præcepi patribus uestris in die qua eduxi eos de terra Aegypti. Ac Dauidẽ regium Prophetam, Psal. 118. Maledicti qui declinant à mãdatis tuis, atq; in alijs Psalmis, ubi subinde Dei immẽsa beneficia, ac liberationẽ Aegyptiacæ captiuitatis in memoriã reuocat: ex qua dum Moses Dei Propheta ac populi dux, Israëlitas in terram promissionis educeret, Deus misericors ac iustus, ad confirmandas in pectoribus suorũ promissiones, signa etiam beneuolẽtiæ suæ adiecit, cum Manna ac pane cœlesti, carnibus ac uolatilibus famelicos: sitibundos uerò per Mosem baculo petrã percutientẽ seruauit, circumuẽtosq; ab hostibus, sicco pede per mare ducens ab hostium crudelitate liberauit. Pharaonẽ autem impium, sibi rebellem, atq; omnem admonitionem despicientem, induratũ, post diuersi generis plagas, cum omni exercitu suffocauit. Nihil dicam hoc loco de diluuio, quo longe ante propter iniquitatem totum mũdum, Noah tantum cum paucis seruato, suffocauit. Nihil de Sodoma, Adama, Seboim & Segor ciuitatibus, post eductum Lotum cum suis, cœlesti incendio penitus euersis. Nihil de alijs diuersi generis horrendis pœnis, quas, cum sacræ Veteris ac Noui testamenti, tum Gentilium multæ historiæ, in nullum alium finem suppeditant, quàm ut aliorum periculo moniti, omne detestantes peccatum, sanctitate & innocẽtia uitæ, diuinæ uindictæ occurramus. Sic angelus Dei ostẽdit Esdræ signa, quæ Babylonicũ excidium sint præcessura, ac inter cætera ait, Relucescet Sol noctu, & Luna ter in die, de ligno sanguis stillabit, & lapis dabit uocem suam, ac populi conuenient, & regnabit quem non sperant. Qui habitant in terra, ac uolatilia, commigrationem faciẽt, & mare Sodomiticum pisces eijciet, & dabit uocem noctu quam nouerant multi, ignis remittetur, ac bestiæ agrestes trãsmigrabunt, ac mulieres menstruatæ parient monstra, & in dulcibus aquis salsæ inuenientur. & reliqua quæ sequuntur quarto Esdræ cap. quinto. Quæ quidem licet mysticè interpretentur à quibusdam, nullus tamen piorum dubitabit, hæc horrenda maximarum mutationum ac calamitatum futurarum esse indicia atq; portenta. Sic etsi eius generis portentorum atq; prodigiorũ multa sunt, quæ naturaliter etiam eueniunt, quorumq; rationes adiunctis demonstrationibus ex Philosophorũ ac Astrologorũ præceptis reddi possunt, nihil tamen certius est quàm Deum naturæ ducem, ad declarationem nunc suæ maiestatis, nunc bonitatis, deinde iracundiæ etiam erga mundũ ingratum, significationes, ac inde efficacissima dolorum omnium initia esse, uelle. Nam quis naturaliũ rerum tam imperitus est, qui neget ecclypsim interpositã terræ umbra, qua radij impediũtur naturaliter fieri? Attamẽ cõstat, dum Christus unica pro peccatis mortaliũ uictima, in cruce mactaretur, solẽ ecclypsim passum, ac amisisse suum splendorem à hora sexta usq; ad nonam, quo sanè tẽpore, naturaliter fieri non potuit cum tres integras horas duraret, Luna decima quarta ideoq; plena, atq; tũc in Oriente, cum Sol in Occidẽte esset. Vnde Dionysius

Arcopa-

Digitized by Google

Nuncupatoria.

a, insignis Philosophus, cum eo tempore cum Apollophone Sceptore suo, in Aegypto Heliopoli esset, uideretq; solem contra naturam obscurari, dixisse fertur: Rerum diuinarum uidemus uicissitudines, Aut igitur Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissoluetur. Hocq; prodigio conuersus, uerum Deum (ut apud Suidam, ac ipsum quoque Dionysium in præclara illa ad Polycarpum epistola legimus) postea cognouit, ac concionante deinde Paulo Apostolo, solus è philosophis qui aderant, ut in Actis Apostolorum capite decimo septimo legimus, credidit. Non certe caruerunt illa significatione iræ Dei, ac futurę cladis gentis Iudaicæ, quemadmodum & tenebræ Aegyptiacæ futuram ultionem Aegyptiorum portendebāt: ac deinde mysterium habuerūt, quod erga lucem Solis Christi, qui Sol iustitiæ est, nihil aliud sit quàm tenebrarum horror, ac caligo mentis peruersæ. Fuit & hora tenebrarum, ut antea suis Christus dixerat, in qua cæcitas ac potestas tenebrarum prævalebat contra Dei immensa beneficia inter Iudæos, qui Christum lucis authorem cōdemnabant ad mortem. Idem dici potest de terrę motu, qui ex inclusis in terræ cauernis uaporibus exitum quærentibus, naturaliter generatur, quemqúe naturalium rerum periti, potentiæ Iouis atque Saturni (eò quòd hæc sidera multum uaporis excitent) ascribunt. Sed hoc tempore supernaturales rationes habuisse iracundiæ diuinæ non leue erga populum ingratum signum fuisse quis negabit? Terrę motū enim irę diuinæ signum esse & scriptura diuina. 2. Regum cap. 22. manifestè exprimit, cum ait, Commota est & contremuit terra, fundamenta montium concussa sunt: ac subiungit statim causam, Quoniam iratus est eis dominus. Non condemnamus naturales rationes, ac plurimùm etiam Astrologię tribuimus, sed scimus naturam, ut in rebus salutaribus, sic etiam aduersis Dei ministrā esse, ut eius ministerio pijs prosit, obsit etiam impijs, pro affectuum diuersitate. Idem in monstris etiam diuersis contigit, in quorum cōsideratione, Medici quāuis acutissimè de seminis natura in corpore, de eius ubertate, abundantia, defectu, coniunctionibus: item de formatione infantum, uel brutorum etiam animaliū cuiuscunq; sint generis, in utero materno disputēt, uariasq; ex naturalibus decretis adferant rationes, quibus probant geminos uniri atq; coagulari, defectu naturę nūc infantes mōstrosos, ac interdū nihil minus quàm hominē nasci. Negari tamen non potest, non minimū iræ ac maledictionis diuinę signum esse, cum Deus potissimū cōiugibus pijs benedictionē promiserit. Psal. 128. ubi ait, Vxor timens dominū, erit sicut uitis abundās in parietibus ędium, ac filij tui sicuti oliuarū plantę circa mensam tuam. Et omnes historię testātur magnarū in mundo uicissitudinū atq; calamitatū prędudia fuisse. Dicerem de alijs prodigiorū atq; ostentorum tam cœlestiū, quàm terrestrium diuersis speciebus, uerùm cum hæc materia ob fœcunditatem præfationis leges excedat, ac proprium ea de re tractatum ipse scripserim, hæc in præsens tanquam gustum indicasse sufficiat. Ideò autem hæc mea collectanea, quę ex infinitis authoribus Græcis simul atque Latinis, ueteribus atque recentioribus, ad uiginti iam annos congesta: ac quantum fieri potuit, secundum annorum mundi seriem ab Adamo usque ad nostra tempora digesta sunt, hoc tempore in lucem edere amicorum consilio placuit, ut unà cum uerbi Dei admonitionibus atque sacrarum literarum exemplis, extaret etiam ex alijs historijs per omnes ætates horrendum ultionis diuinæ erga impios speculum, an tot tantis mundus, præsentissimis illis signis aliorum periculo edoctus,

Digitized by Google

aliqua ratione ad pœnitentiã moueri possit, præsertim cum uidere hodie non multos esse, in tanta seculi nostri felicitate, quo diu nobis abscondita ueritas Dei benignitate reuelata est, atque uerbum salutis sonat in auribus nostris, qui diuino numini gratias agant, pauciores qui amplectentur uero animo, maiorem autem partem, quæ aperte eam uiribus omnibus insectatur, nullosq; plane qui uera ducantur pœnitẽtia, licet ex uerbo diuino mũdi iam iam ruituri manifestissima signa in prõptu esse uideãt. Quo sane nomine nos gẽtilibus multò, non dico inferiores, sed ad impietatẽ magis pronos esse, turpissimum dictu est. Constat enim ex omnibus historijs, cum aliquid diri uel aduersi contigerit, eos supplicationes publicas ad auertendam deorũ iram in aliquot dies indixisse, ac in deorũ tẽplis ariscq; diuersis cæremonijs deos suos placasse, unde sua auguria obseruarunt. Ex cœlo, ex uolatilibus siue auibus. Tripudijs, ut si uitulus è sacrificantium manibus proripuisset, aut inter sacrificandum aliquid triste oculis aut auribus occurrisset, aut aliquid in eo defuisset, fœdi euentus esse, nemo dubitauit. Ex quadrupedibus diuersis, ut si lupus in urbe uel castris, serpẽs in domo, uel lepus in uia apparuisset. Diris, cuius generis erant offensiones pedũ, uoces incertis authoribus auditæ. Hominibus, ut si æthiops, uel inusitatæ magnitudinis homines occurrissent: quorum omnium interdum mentio in nostris prodigijs fiet, ac potissimũ in Romanorum rebus gestis, ac gente præter alias omnium superstitiosissima, in quibus tamen hoc, in tanta tenebrarum mole laudandum est, quòd adhuc gentiles, ueri ac omnipotentis Dei cognitione orbati, diuinum tamen numẽ sibi iratum non tantùm intellexerint, sed placare etiam obsecrationibus publicis, & eo etiam cultu, quem dijs gratum esse sibijpsis persuadebant, placare uoluerint. Nec dubium sane est multò grauiora facturos fuisse, si uerbi Dei lucerna, quæ sola animam rebus cœlestibus illuminat, illis prædicatione Apostolica tum temporis accensa fuisset. Non desunt tamen nobis exempla ueteris ecclesiæ, in qua Christiani, dum iram Dei præsentem intuiti essent indictis supplicationibus publicis ac ieiunijs, exemplo Niniuitarum, placauerunt. Constat enim Theodosium imperatorem, in dira tempestate letanias indixisse, pro impetranda aëris clementia. Supplicasse Christianos, in diro Persarum bello contra Ardeburum pro uictoria. Gregorium Pontificem sub Mauritio imperatore instituisse solennes precationes tẽpore pestis. Stephanũ tertium, Ioannẽ uigesimũ tertiũ, atq; alios põtifices flagranti ac deuoto animo cõtra alias Christianorum calamitates. Quemadmodũ & Cõstantinopolitani in grauissimo terræmotu quo tota urbs ferè corruit. Quorũ deinde ut aliorum piorum exemplo antecessores uestri ducti, apud nos in grauissimo illo terræmotu, qui in Lucæ Euangelistæ festo factus est, præsentem Dei iram non tantum indictis publicis supplicationibus, sed eleemosynis etiam largissimis, quæ pio instituto in hunc usque diem durant, diram numinis iram auertere uoluerunt. Vtinã hodie essent, qui in tam periculoso ac deplorato tempore, in tantis Germaniæ cladibus, in tam labefactato hinc inde rerum publicarum, ac labantis ecclesiæ statu, tam corruptis omnium moribus (quo Dei præsentem iram præ oculis uidemus, ac eadem horrendis prodigijs atq; monstris, mundo mox interituro multò maiora minatur) malefactorum pœnitentia ducti: innocentia, innouatione melioris uitæ, diuinum numen orationibus assiduis mitigarẽt. Vestræ autem prudentiæ, uiri Amplissi. horrendas illas iræ diuinæ minationes contra peccatorum improbitatem, ac extremi diei uera prognostica inscribere placuit, Partim quòd otij mei, ac priuatorum meorum studiorũm

(quibus

(quibus functus munere Ecclesiastico, interdum succisiuis horis, dum in florentissima uestra Academia docẽdo, ac in optimè iustituta Ecclesia uestra, uerbo Dei annunciando, operam dedi) & rationẽ officij aliqua ratione redderem: Partim quòd has meas lucubrationes (quas liberati à publicis occupationibus euoluere interdum licebit) ob rerum uarietatem argumentiq; raritatem, non ingratas uobis esse mihi persuaderem. Licet autem multa in his inueniantur, quæ rationem ac fidem hominum excedant, utpote boues, serpentes, canes loquutos: aliquando arbores ac montes, ab uno loco in aliũ translatos: in sambucis uini botros inuctos: in arboribus fruges uisas: mulieres mutatas in uiros: arsisse mare, ac in eodem interdum nouas, atq; nunquã antea uisas insulas, aliaq; eius generis plura, quę apud multos sanè rerum imperitos parũ fidei habebũt. Testis tamen erit mihi Deus, qui admirabilis est in operibus suis, ac ipsa etiam coram eodem conscientia salua, qua affirmare possum me nihil (quandoquidem prima secundum Ciceronem, ac potissima historię lex sit ueritas) confinxisse, sed cum non ab Adami primi nostri parentis tempore, à quo auspicatus sum historiam, uixerim: omnia tamen summa fide, ex probatis tantum atq; fide dignis authoribus, quorum Catalogum subnexi-mus, qui ante me, sparsim tamen scripserũt, hausisse. Quibus deinde adieci ea quæ aut ipse oculis meis ætate nostra uidi, aut ab amicis indubitatæ tamen fidei, explorare potui. Licet adhuc dubiè procul inueniantur multa, quæ me fugiant, ac multis sint incognita. His tamen prudentiã uestrã hoc tempore contentam fore planè mihi persuadeo, donec aliquãdo opus quod inchoatũ est, diuini numinis gratia ornatius auctiusq; aliquando edi possit. Ego interim precibus assiduis æternum Patrem Domini Iesu Christi unici redemptoris ac intercessoris nostri, fatigabo, ut Spiritu suo sancto animos uestros gubernet, præclaram Rempub. ecclesiamq; uestram sanctissimã ab omnibus insidijs satanæ ac mundi defendat, sua benedictione augeat, ac in uera tranquillitate ad sui nominis gloriam conseruet. Valete. Ex florentissima uestra ciuitate, uero Musarum theatro. Anno M. D. LVII. Calendis Septemb. quo die olim apud nos concilium sub Eugenio quarto Pontifice ac Sigismundo Imperatore, inchoatum est.

FINIS.

Candi-

Digitized by Google

Candido Lectori S.

DVbium mihi non est amice Lector, te multa in his nostris prodigijs inuenturũ, quæ nõ tam absurda, q̃ naturalibus rationib. omnino repugnantia uidebũtur. Attamẽ ne temerè rationis humanæ, in Dei operib. perscrutandis iudiciũ interponas, moneo. Opera enim mirabilia Dei sunt magna; ac incomprehẽsibilia, ut uir Dei Iobus facilè fatetur, quæ se ubique enarraturum, Dauid regius Propheta non tantum in nono Psalmo cantat, sed omnes pios etiam ut idem faciant, in centesimo quinto ad hortatur, dum inquit, Mirabilium Dei mementote, quæ fecit prodigia ac iudicia oris eius. Vt autem non omnia prodigia, quæ ab hominum opinionib. magis quàm ex Dei nutu pendent, more ac superstitione Romanorum magni facienda, sed contemnenda etiam: ita uera illa prodigia, quæ diuinæ iracundiæ ac uindictæ, certissima signa sunt, ac quæ rei euẽtus per tot secula declarauit, uero ac pio animo sunt obseruanda & consideranda. Ne autem in his nostris collectaneis rei fidem aut authoritatem desideres, omnium authorum ex quorum lucubrationibus iam dudum editis, mea collegi, adjicere placuit: Quorum deinde uigilijs nil adieci (ut Deus ac salua mihi conscientia testis est) nisi quæ meo tempore aut ipse uidi, aut à summis indubitatæq; fidei amicis accepi. Tuum erit ut pium nostrum conatũ, quem ad immensam Dei gloriam, humanique generis salutem promouendam plurimum facere mihi ipsi polliceor, æqui bonique interpreteris. Vale.

CATALOGVS OMNIVM AVTÕrum ex quorum scriptis lucubrationibus, sequentia Prodigia, Portenta atq; Ostenta desumpta sunt.

TESTAMENTI *Veteris.*

Amos, Daniel, Esaias, Ezechiel, Hieremias, Ionas, Moyses, Zacharias } Prophetę.

NOVI.

Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes } Euãgelistę.

GRAECI.

Aelianus de uaria hist.
Aetius Medicus.
Appianus Alexandrinus.
Aristeas Proconesius.
Aristoteles Stagyrita.
Armenias.
Calliphanes.
Crates Pargamenus.
Diodorus Siculus.
Dion Cassius.
Dion Nicæus.
Dionysius Eretriensis.
Dionys. Halicarnassęus.
Egesippus Iudęus, de rebus Iudaicis & bello Partico.
Eusebius Pãphilus Cæsariensis.
Herodianus Alexãdrinus de uitis imperat.
Herodotus Halicarnass.
Ioannes Rhetor.
Iosephus Iudęus.
Isigonus Nicensis.
Lucius Piso.
Memphodorus.
Nicãder Colophonius.
Nicephorus Callistus de rebus Ecclesiasticis.
Oppianus Cilix.
Pausanias Cæsariensis de rebus in Gręcia memorabilibus.
Philo Iudæus.
Philoponus.
Plutarchus Cheronęus.
Polybius Megalopolytanus, de reb. Rom.
Procopius Gazęus.
Socrates & Sozomenus de reb. Eccleſiasticis.
Stesichorus Himęræus.
Strabo Geographus.
Theophrastus philosophus.
Thucidides Atheniensis de bello Peloponnesiaco.
Trasimachus de ædificijs.

LATI-

LATINI VETERES.

Aelius Spartianus de imperatoribus.
Aeneas Syluius uel Pius Pontifex.
Agathius de bello Gothorum.
Albertus Magnus philosophus ac episcopus Ratisponensis.
Aloysius Cadamustris de nauigationib. suis.
Ammianus Marcellinus de uitis Cæsarum.
Antonius Nebrissensis.
Antoninus Florētinus.
Augustinus Niuus.
Aulus Gellius.
D. Aurelius Augustin.
Aurelius Cassiodorus.
Blondus Foroliuiensis.
Bonfinius de reb. Hung.
Beda presbyter.
Benedictus de Acolitis Cardinalis.
Berosus Chaldæus.
Chiarius Taurusicus de Venetorum & Genuensium bello.
Cōradus à Liechtenauui quem uocāt Abbatem Vrspergensem.
Cornelius Balbus.
Cornelius Tacitus.
Cōradus de Meydēberg mathem. & philosoph.
Crispus Sallustius.
Etterlinus historicus.
Eutropius de rebus Romanorum gestis.
Fabius Pictor.
Felix Malleolus Tiguri nus de nobilitate.
Flauius Blondus.
Franciscus Irenicus Etelingiacensis.
Franciscus Petrarcha de remedijs fortunę.
Fulgentius Ruspensis in Africa episcopus.
Galfridus Arthurius Menemūtensis de rebus Britannicis.
Gildas Anglus de Anglorū rebus gestis.
Guellerinus.
Gulielmus Tyrius de bello sacro.
Hadrianus Barlādus de rebus gestis ducū Brabantię.
Heliualdus.
Helmoldus presbyter de rebus Sclauorum.
Hermannus Cōtractus comes Veringensis et monachus Sātgallēsis.
Iacobus Bergomas author supplemēti Chronicorum.
Ioannes Bohemus de diuersarū gentiū moribus.
Ioannes Iouianus Pontanus.
Ioannis Multiuallis, Eusebij continuator.
Ioannes Stella de uitis Pontificum.
Ioannes Thurotz de rebus Hungaricis.
Iornandes de rebus Geticis.
Iulius Capitolinus de imperatoribus.
Iulius Cæsar.
Iulius Obsequēs de prodigijs.
Iulius Solinus.
Iustinus Troi Pōpei abbreuiator.
Lābertus Schaffnaburgensis monachus.
Lucius Florus de rebus Romanorum.
Lulbrādus de rebus per Europam gestis.
Macrobius.
M. Coccius Sabellicus.
M. Tullius Cicero.
Marlianus Patricius de antiq. Rom.
Martinus Barletus de uita Scandebergij.
Massæus.
Matthæus Palmerius Eusebij continuator.
Matthias à Michouia de Sarmatia atq; Europea.
Matholus Senensis.
Merlinus Caledonius.
Messala Coruinus.
Michael Ricius de regibus diuersorum.
Odoritus de Foro Iulij, de diuersis ritibus ac conditionibus huius mundi, liber est manuscriptus.
Otho Frisingensis, episcopus.
Othobertus de prodigiosa saltatione Saxonica.
Paulus Orosius de rebus Romanorum.
Paulus Venetus.
Paulus Vuunefridus Caroli Magni diaconus, de gestis Longobardorum.
Petrus Martyr.
Platina de uitis Pontif.
Plinius Senior.
Plinius Iunior
Prosper Aquitanus
Quintus Curtius de rebus gestis Alexandri Magni.
Raphael Volateranus.
Regino Brunensis monachus.
Robertus abbas Montensis Sigeberti continuator.

Robertus Gaguinus de regibus Francorum.
Saxo Grammaticus de rebus Danicis.
Siffridus presbyter.
Sigebertus Gemblacensis.
Solinus.
Suetonius Tranquillus de uitis imperatorum.
Tit. Liuius Patauinus.
Trebellius Pollio.
Turpinus Remẽsius episcopus.
Valerius Maximus.
Vartomannus de rebus in Oriente factis.
Victor Vticensis episcopus de reb. Vandalicis.
Vincentius Belluacẽsis speculorum author.
Vuindichinus Corbiensis monachus de rebus Saxonicis.

RECENTIORES
quorum multi etiam hodie uiuunt.

Achilles Grassarus medicus de aliquot Cometis.
Albertus Cranzius.
Annonius de reb. Franciæ.
Caſparus Bruſchius poëta de epiſcopatibus ac Monaſteriis Germaniç.
Caſparus Hedio.
Caſparus Peucerus de diuinationibus.
Cœlius Rhodiginus de lectionibus antiquis.
Conradus Geſnerus de Animalibus.
Cornelius Grapheus de incendio templi Antuerpienſis.
Culmannus Geppingenſis.
Eberhardus Schleuſinger phyſicus Tiguri-nus.
Franciſcus Maſſarius in 9. Plinij.
Franciſcus Tarapha de Hiſpaniæ regibus.
Georg. Aemylius Mâſfeldenſis de eclypſi Lunæ anni 1537.
Georgij Fabricij Chemnicenſis de reb. Miſniacis.
Gerhardus Nouiomagus Geldenhaurius de rebus Batauicis.
Gulielmus Turnerus de auibus.
Gybertus Lõgolius de uolatilibus.
Hector Boëtius Didonatus de nauigationibus ac Scotorũ geſtis.
Hieronymus Cardanus de ſubtilitate ac uarietate rerum.
Huldricus Mutius Hutgouualdus de Germanorũ origine & geſtis.
Iacobus Mycillus de ruina ueteris arcis Heydelbergenſis.
Iacobus Milichius in ſecundum lib. Plinij.
Iacobus Rueff de conceptu hominis.
Iacobus Stopelius Mũmungẽſis medicus de aliquot cometis.
Iacobus Ziglerus Landauus.
Ioachimus Camerarius de Oſtentis.
Ioachimus Vadianus de tribus orbis partibus.
Ioannes Annius Viterbienſis de regibus Hiſpaniç.
Ioannes Auentinus de rebus Baiorum.
Ioannes Baleus de ſcriptoribus Anglicis.
Ioannes Baptiſta Egnatius, de exemplis uirorum illuſtrium Venetç urbis.
Ioannes Carion.
Ioãnes Cuſpinianus de Cæſaribus ac Conſulibus Roma.
Ioannes Functius.
Ioãnes Lucidus de emẽdationibus tẽporum.
Ioãnes Maior de rebus Scotorum.
Ioannes Nauclerus.
Ioannes Petrus Valerianus de Hieroglyphicis.
Ieannes Sleidanus de rebus ſub Carolo quinto Imperatore geſtis.
Ioãnes Virdungus Haſſurdenſis medicus & Aſtrologus de aliquot Cometis.
Iobus Fincelius de miraculis ſui temporis.
Iuſtinus Goblerus de geſtis Lubecenſium.
Lambertus Hortenſius de Vltraiectinorum rebus geſtis.
Lilius de reb. Anglicis.
Lucilius Veronius Aſſatinus de rebus memorabilibus.
Lucius Marineus Siculus de Hiſpaniç regib.
Ludouicus Lauatherus Tiguriꝰ de Cometis.
Marcus Fritſchius Laubacius de Meteoris.
Martinus Cromerus de geſtis Polonorum.

Digitized by Google

Martinus Lutherus de aliquot monstris.
Matthias Cornax medicus ac Physicus Viẽnensis de quinquenni gestatione uteri.
Michaelus Beuther⁹ de rebus in suo Calendario obseruatis.
Nicolaus Baselius Nauclerí Continuator.
Nicolaus Prugnerus Astrologus de Cometa anni 1533
Pamphilus Gengenbachius de Ostentis in Austria uisis.
Paulus Aemylius de rebus Francorum.
Paulus Eberus de rebus Iudaicis.
Paul⁹ Fabrití⁹ Laubẽsis de Cometa anni 1556.
Paulus Iunius episcop⁹ Nucerinus.
Petrus Appianus Mathematicus
Petrus Creuserus Astrologus de cometa anni 1527.
Philippus Melancthon.
Polydorus Vergilius de prodigijs & reb. Anglicis.
Rauisius Textor Nuenensis.
Ricius de regibus Hispanię ac aliorum.
Robertus Barns de uitis pontificum.
Sebastianus Besselmeierus de obsidione Madeburgi.
Sebastianus Brandus.
Sebastianus Mũsterus.
Simon Porcius de cõflagratiõe agri Puteolani.
Sigismundus Baro ab Heberstein de rebus Moscobiticis
Theophrastus Paracels⁹ de cometa anni 1531
Vuerneri⁹ Norinbergẽsis de cometa anni 1506
Vuolfgangus Drechslerus de rebus Turcarũ ac Saracenorum.

HIS PRAETEREA adnumerabis.

Summam Anglicanam.
Annales Constantinopolitanas.
Annales Manuscriptas diuersorũ ac nunquam editorum autorum.
Fasciculum Temporũ.
Missnię
Norinbergẽse
Polonię
Brabantię
Saxonię
Teutonicorum ordinis.
} Chronicõ.

CATALOGVS DOCTORVM VIRORVM, AC amicorum, qui ad absoluendam prodigiorum historiam, liberalissime, communicatis rerum imaginibus nos iuuarunt.

CAelius Secundus Curio.
Cõradus Gesnerus medicus Tigurinus
Culmannus Geppingensis.
Henricus Bullingerus.
Henricus Petri Typograp. & Senator Bas.
Huldrich⁹ Merian ciuis ac Senator Basilens.
Iacobus Zuuinger ciuis Episcopicellę.
Ioãnes Heroldus Hechstettensis.
Ioannes Grell. ecclesię minister in agro Basiliensi.
Ioannes Oporinus Typograph. Basil.
Ioannes Sphyractes iurisconsultus.
Ludouicus Lauater⁹ Tigurinus.
Matthę⁹ Han ciuis Bas.
Mattheus Ichthiander⁹ minister ecclesię Euingen.
Nicolaus Geilerus Iudi Basiliensis moderator.
Philippus Bechius medicus Basiliensis.
Theobaldus Lycosthenes Rubeaquensis, uerbi Dei in agro Bernensi Minister.

Rogo autem omnes uiros doctos, ac historię studiosos, cuiuscunque conditionis sint, primùm ut benignos ac ęquos lectores sese nobis exhibeant, si quid errati inuenerint, libere admoneant, ac deinde si quid etiam eius argumenti prę terea habeant, ut aut ipsi in posteritatis gratiam edant, aut mihi, ad hęc aliquãdo magis exornanda (si modo certæ ac indubitatæ fidei sint) cõmunicent. Ego uicissim quod & mei officij erit, tanti beneficij, & gratum ac memorem futurum quacunq⁹ ratione declarabo.

Vt uideas quàm difficile sit, res gestas

AD CERTAM TEMPORVM OMNIVM RA-

tionem referre: diuersitatem supputationum, ab Adamo uel condito potius mundo, usq; ad Christi saluatoris glorioſam natiuitatem, ex diuersis Chrono-graphis adjicere placuit.

ALphonsus rex numerat 6984
Epiphanius episcopus contra Manichæos 5029
Paulus Orosius 5049
Philo Ebræus, Augustinus lib. 2. de mirabilibus scripturæ 5195
Isidorus 5196
Eusebius Cæsariensis in Chronologia, Barpt. Platina, Vincentius, Ioannes Stumphius 5199
Abbas Vrspergẽsis, Ioannes Nauclerus 5201
Albumasar astronomo, quẽ plerisq; Neoterici putãt sequendum esse in astris cõputandis. 5328
Augustinus 5353
Iornandes in suis annalibus, & Ioannes Cuspinianus in Cos. 5500
Suidas & aliqui Græci 5600
Philastrius de hæresibus 5801
Rabi Naasson in cyclo Paschali 3707
Rabi Leuiben, cui Gerson propè accedit, R. Abraham in Cabala 3754
Ebræorum plerique, & Chronica publicata 3760
Ioan. Caryon 3944
Hieronymus iuxta Ebr. ueritatem, Beda 3952
Hermannus Cõtractus 3952
Ioan. Picus Mirandulæ princeps 3958
Ioan. Lucidus, multiq; Astronomi, Martinus Lutherus 3960
Alexander Scultetus 3960
Abbas Vrspergensis, Paul. Phrygio, Philip. Mel. Paulus Eberus, Ioãnes Functius, Chumãnus Flinsbachius, Michael Beuter9. 3962
Panthalion 3970
Theophilus Theologus ad Antolytum, Christianę religionis calũniatorem 3974
Theod. Bibliander 3997
Carolus Bouillus 3989
Iosephus historic9 Ebr. primarius 4103
Odiaton siue Eudicon, astrologus 4320
Aurel. Cassiodor9. 4697
Scripturę sanctæ calculo exactiore 3979

FINIS.

Digitized by Google

PRODIGIORVM

atque ostentorum tam cœlesti-

um quàm terrestrium Chronicon: ab exordio mundi usq; ad nostra tempora.

Ante Christum.

Am. mundi 1



CONSTRVCto iam à Deo optimo maximo rerumque omnium creatore, amplissimo absolutissimoq; totius mũdi uniuersitatis eorum theatro, in ipsis statim paradisi uoluptatib. serpẽs callidissimus, atq; totius humanæ salutis hostis, Euæ nõ uno atq; altero uerbo tantũ, sed iusto atq; distincto omnibus numeris sermone loquutus est: Imò nõ simpliciter loquutus, sed tam astutè etiam percõtatus est, ut de diuino mãdato iam dubitãtem deceperit, Moises Geneseos 3. Vnde statim secuta est diuina propter inobedientiam ultio, qua Adam Dei, quam habebat, imaginem amisit, ac peccati uitium in omnes posteros suos cum morte, ac alijs peccati pœnis transfudit.

3959

50




CAin atque Abel fratres germani Adami, atque Euæ primorum parentũ filij, cum quisq; de suis facultatibus Deo bonorũ omnium datori sacrificium obtulisset, Cain agricolã de fructibus terræ, Abel uerò ouiũ pastor, de primogenitis gregis ac de adipibus eorũ: Deus retributor bonorum, re-

3910

A spiciens

ſpiciens Abelis munus, per ignis flammam, quæ ſacrificium con ſumpſit, ſuæ beneuolentiæ ſignum dedit. Vnde Cain ſtatim non tantum fratrẽ poſtea odio habuit, ſed ſtructis hinc indẽ inſidijs, demum in agro crudeliter occidit. Moiſes Geneſeos 4.

1656 

VIſitauit Deus iniquitatem populi, ac diluuio totum ſubmerſit mundum, poſteaquã quadraginta diebus continuis magno cum impetu pluiſſet in terram. Quo tantũ ſeruatus eſt Noë cum uxore, filijs, ac filiorum uxoribus, qui in arca habuerunt ex mundis animalibus ſeptẽ utriuſq; ſexus: De animalibus immũdis duo. De uolatilibus cœli ſeptena, ut 2307

1656 ſeruaretur ſemen in terra. Moiſes Gen. 7.



FInito iam diluuio, cum Deus Noë atq; filijs eius; fœcunditatem, atq; in omnia, quę terra progenerat, pũteſtatem dediſſet, inſuper perpetuũ fœderis cum Noë et poſteris ſignum, ac mũdi poſt hac nunq; eodem pœnæ genere puniendi teſtimoniũ in cœlo eiusq; nubibus cõſpiciẽdum propoſuit, arcum ſcilicet, cœleſtẽ uarijs 2307

coloribus depictum, quam philoſophi iridem uocant.

1760 HIs tẽporibus uixit Ianus, qui primum poſt diluuiũ generale populũ literas, aſtrorũ curſus, atq; alias diſciplinas docuit, uitẽ plantauit, annũ ad ſolis curſum diſtinxit, ac 12. menſes, ad lunæ ordinauit motum. Cui adiungendũ putaui Marem eodẽ ſe- 2297

culo





culo Italiæ accolam, magni quidem nominis, si animum inspicias, uirũ, si corpus uerò, monstrosissimum, pubetenus scilicet hominẽ, reliqua uerò equum referentẽ. Hũc scribunt 120. annos uixisse, ac ter à morte reuixisse, ut autor est Ælianus lib. 9. cap. 16. de uaria hist. & Volaterranus lib. 17. Antropologiç.

3790



NImbrotus 2173 postquã in campum Sinnear uenisset, urbẽq; designasset, fundauit maximam turrim, ad altitudinẽ ac magnitudinem mõtium, in signum atq; monumentũ, quòd primus in orbe terrarum fuisset populꝰ Babylonicus, ac quasi regnũ omnium regnorũ, Vt Beros

ſus lib. 4. memoriæ prodidit, ſed Deus ſuperbiç atq; ambitionis hoſtis, turrim diuerſarũ linguarũ diuiſione diſsipauit. Vnde eius nomẽ Babel uocatũ eſt, qa ibi confuſum eſt labiũ uniuerſæ terrę. Et inde diſperſit ædificantes in omnes regiones terræ. Gen. 10.

Poſt Babylonici ædificij diſsipationẽ linguarumq; confuſionẽ Deum optimum maximum diuerſi generis hominum monſtra ſtatim produxiſſe D. Aurelius Auguſtinus lib. 16. Ciuitatis dei, cap. 8. author eſt: Vnde reperiri dicuntur in Africa



Cynnaminj. CYnnaminj, à uicinis barbaris ſylueſtres appellati. Barbas habent admodũ magnas, greges ſylueſtriũ canum nutrientes præſidia uitę. Nã ab æſtiuo tropico, uſq; ad mediã hyemis Indici boues innumera multitudine eorũ patriã ingrediunt: cauſa incerta eſt, utrũ nè alias infectãtes ſe feras fugiant, an paſtus penuria, an alio naturæ (quæ omnia miranda gignit) impulſu homini bus ignoto acti. His hominesquum obſiſtere nequeant ſuis freti uiribus, ſe canibus tuẽtur: quibus in uenatiõe uſi boues pmultos capiunt. Et hos quidẽ recẽtes edunt, hos ſaliunt ad futurũ uſum. Multa inſuper & alia animantia à canibus capta comedunt

Ilophagi. Spermathophagi. ILophagi Spermathophagiq;, quorũ hi quidẽ fructus, qui ęſta te ex arboribus decidũt, colligẽtes abſq; labore edunt: reliquo tẽpore herbã in umbroſis naſcentẽ locis decerpunt, quæ uitę ſub uenit in ægeſtate: Ilophagi uerò cum filijs, uxoribusq; ad loca cam peſtria accedẽtes, arbores aſcẽdunt, ac teneras ramorũ ſummitates auferunt: tantã ex continuo uſu ramos aſcendendi peritiã ha-



bentes, ut (quod incredibile uidetur) de arbore in arborẽ uelut aues prosiliant, ascendantq; tenues absq; periculo ramos, macilentia, leuitateq; corporis nixi. Quod si quando pedes labãtur, manibus, ramis cõprehensis, sese à casu peroportunè uindicãt: q̃d si forte deciderint, nullà in re propter corporis leuitatẽ lædũtur: ita ramis teneriorib⁹ dente exesis uentrẽ farciunt. Hi semper incedũt nudo corpore, cõmunesq; uxores ac liberos habent. Pugnãt inuicem pro locis, armati baculis aduersus alios, ac dominãtur uictis: moriuntur ut plurimum fame, quum deficiente uisu corpus priuetur eo sensu, quo cibum quærebat.



Androginæ uel Hermaphroditæ.

ANdroginæ Africæ pópuli, utriusq; naturę, uicibus inter se coeũtes, quibus una mãma uirilis est, altera uerò muliebris. Habitãt autẽ supra Nasomanas confinesq; illorũ, Nos Hermaphroditas uocamus.

Ichthyophagi.

QVi ad meridiem habitant, in hominis forma ferarum uitam ducunt Ichthyophagi, sub Troglodyticã oram in Arabico sinu Barbaræ gentes. Nudi per omnem uitam degunt, uxores filiasq; cõmunes habent, bestijs similes: ut qui neq; uoluptatis, neq; doloris ullum, nisi naturalẽ sensum percipiant, neq; turpis, neq; honesti discrimen norint. Hi, procul à terra habitabili tanq; in loca deserta à fortuna eiecti, piscationi dãt operã: humida non appetunt, pisces edunt semicrudos, non quò sitim effugiant, sed feritate quadã, contenti uictu, quem à fortuna

sortiti sunt. Felicitatẽ summã putant, his carere rebus, quæ dolorem possent egẽtibus afferre. Tantæ patientiæ esse dicuntur, ut si quis educto ense eos percusserit, non diffugiant, & uerbera & iniurias perferentes, solum percutientem respiciunt, nullum neq; iræ, neq; misericordiæ signum ostendentes. Sermone carent, nutu, manibusq; significant, quibus indigeant, & quæ uolunt.



Pandoræ. PAndoræ uiuentes annos ducẽtos, ac in iuuẽta canos quidem, at in senectute uerò nigerrimos crines habentes.

Effascinantiũ familiæ.



PRæterea effascinantiũ familiæ, quę, si forte impẽsius laudauerint pulchras arbores, segetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes pastu atq; cultu opimas, emoriãtur repẽte. Hæc oĩa nulli alij causæ obnoxia. Oculis quoq; exitialẽ fascinationem fieri scriptũ est: traditurq; esse hoĩes in Illyrijs, qui interimant uidendo, quos diutius derint, eosq; ipsos mares fœminasq;, qui uisu tam noce[illegible]

pupillas in singulis oculis binas habere.

IN Æthiopū regionibus Cyneci gētes numero haud multi, uita ab reliquis diuersa. Syluestrē enim incolētes patriā, & penitus asperā, rarisq; aquarū fontibus, super arbores ferarum timore dormiūt. Sub aurorā ad aquarū decursus armati prodeuntes se abscōdūt inter arborū frōdes. Sub æstu uerò solis agrestes boues, pardalesq;, ac uaria ferarū genera, cum caloris, tum sitis impatiētia, ad aquas potus causa cōfluunt. Repletas, grauesq; aqua bestias, ex arborib. descēdentes adoriunt, ac lignis adustis, saxisq; & sagittis occisas, perq; cœtus diuisas edunt. Aliquādo uerò quāuis prarò & ipsi à ualētioribus bestijs interficiunt: sed multas ipsi dolo & arte ualentiores beluas capiunt. Corpore leues sunt, ueloces cursu, & uitę breuis: ut qui lōgissimè uiuūt, 40. nō excedūt annū. Finis eorū non solū miserabilis est, sed & incredibilis. Nā ppinquāte senecta, pediculi alati, nō solū uisu uarij, sed specie horridi, ac turpes, in corporibus nati uentrē primò, tū pectus, deinde totū corpus paruo tēpore exedunt. Qui morbū patit, primū ueluti scabiei cuiusdā pruritu allectus, corpus scalpit, uoluptate simul & dolore pceptis, deinde exorientib. pediculis, simul effluente sanie, morbi acerbitate, ac dolore percitus, unguibus corpus magno cū gemitu lacerat. Tāta uerò uermiū copia effluit, alijs super alios, tanq; ex perforato uase, scaturientibus, ut deleri nequeant: hoc pacto siue cibi siue aēris causa miserū sortiuntur uitæ finem. Cyneci.





NIgritę nigerrimi & procerę staturę, habētes labrum inferius promissū ad pectus usq;, rubrū & in Nigritæ.
trorsus exulceratū, perinde ut sanguis exeat, superius uerò paruū
[illegible] ri, fitq; propterea, ut dentes appareant oēs, quos habēt

noſtris grãdiores, duos etiã habẽs reliqs eminẽtiores putantq; eis ſic labra putrefieri, ob ardorẽ torridę plagę, et ideò ſale ſibi medẽt.



IN Æthiopia occidentali Æthiopes quatuor oculis: in Eripia uerò homines formoſi, collo ac ore gruino, cum roſtris animalium, atq; aliį mõſtroſi diuerſi generis homines inueniri dicũtur.

Ipopodes. IN Aſię regione Scythia Ipopodes, humanam quidem formã, ſed pedes equinos habentes.



ARimaſpi unum tantùm in frontibus habẽtes oculum, unde & nomen traxerũt: Nam arima Scytharum lingua unum, ſpu uerò oculum deſignat, nos communiore nomine Cyclopes uocamus. Hi ſolas ferarum carnes comedunt: unde ab aliįs Agriophagitæ appellantur. Gell. lib. 9. cap. 4. *Arimaſpi.*

Neuri

NEuri, qui Scithicis utuntur moribus, qui sibi ipsis persuadent, deierantes se quotannis ad dies aliquot lupos fieri, & rursus in pristinum habitum & formam redire. Neuri.





Anthropophagi. ANthropophagi humanæ carnis comestores, qui reliquos omnes moribus agrestioribus superãtes, nec iudicijs nec legibus utunt, sed pro arbitrio ac naturę ductu uiuunt.

ARimphæi sub excelsorum montium radicibus habitantes, qui ab ipso natali calui sunt, mares pariter & fœminę, simis quoq; naribus, et ingenti mẽto, proprio quodam oris sono: Scythicam gestantes uestem, atque ex arboribus tantùm uictitantes. Quorum meminit & Ammianus Marcellinus, à iusticia ac morũ placiditate eos commendans. Arimphæi.





IN Scythia qui sub ipsis septẽtrionibus ætatẽ agunt, populi singularis uelocitatis, uestigia pedum habentes retrò porrecta, non ut cæterorum hominum prospectantia. Gell. lib. 9. cap. 4. Pedibus inuersis populi.

ITẽ quidã homines sine capitibus, oculos, nares, atq; ora in pectore ac uentre quasi habentes. Scipodes

Scipodes. Monomeri.



SCipodes & Monomeri gentes, qui unum tãtum pedẽ habentes, non flectentes poplitem, mirabilis celeritatis. Hi Plinio teste per æstiuum tempus, in terra supini iacentes, pedum se umbra protegunt.

Cathaini.




CAthaini inter Gedrosiam, atq; Indum fluuium, Scythicum genus hominũ, qui aiunt se solos hominum duobus luminibus cernere, cæteros mortales aũt aut cæcos esse, aut altero oculo captos. Candidum genus hominum, paruis oculis, natura imberbes, uerę pietatis omnino expertes, solem & lunam adorant, fusiles statuas, nonnulli bouem.



Satyri. SAtyri: animalia quadrupedia subsolanis Indorum mõtibus, pernicissima, humana effigie, pedibus caprinis, ac toto corpore uilloso, nihil habentes moris humani, gaudentes syluarũ latebris, & fugientes hominũ cõmertia. Veteres huiusmodi mõstra, pro syl-

pro syluestribus dijs coluere, quēadmodum Faunos, syluanosq; Faunos ac satyros nemorū Deos esse dicētes, Panas agrorū, syluanos syluarū, quanq; hæc à poëtis cōfundantur. Vnde Hierony. Vidi homunculū, inquit, aduncis naribus, & fronte cornibus aspera, cui extrema corporis, in caprarū pedes desinebant. Et præmisso signo crucis, cum quisnam esset, interogasset Antonius, respondisse fertur: Mortalis ego sum, unus ex accolis eremi, quos uano errore delusa gentilitas, satyrosq; & incubos appellat.





CYnomolgi, siue Cynocephali, quorū canina sunt capita, canina q; ora, q ipso latratu magis bestias, q; hoies sese ꝓfitent. *Cynomolgi.*

ANthapathitę, qui instar quadrupedum incedūt, per manus & pedes nullas certas sedes habitationis habentes. *Anthapathitæ*



PYgmæi statura cubitales, qui annū octauū uiuēdo non excedūt, pugnare dicūtur cum gruibus, a quibus interdum uincūtur, interdum deuorantur, horum mulieres quinto anno pariunt, & senescūt octauo. Eos Plinius reponit in Indię mōtibus, Strabo uerō in extremitate Africæ. *Pygmæi.*

Astonij



Astoni.

Astoni populi sine ore, corpore toto hirsuto, ac auium ritu plumato, habitu tantum ac odore uiuentes, quem naribus trahunt. Nullus enim illis cibus, nullus potus, tantum habent radicum florumque uarios odores, & syluestriū malorum, quæ secum portant longiore itinere, ne desit olfactus. Grauiore paulò odore non difficulter examinantur.





Apothami.

Apothami in aquis morantes, qui una parte hominem, alia uerò caballum siue equum referunt: Sic etiam memoriæ tradiderunt mulieres esse capite plano sine crinibus, promissas autē barbas habentes.

Coromandæ.

Coromandæ, sine linguis ac uocis stridoris horrēdi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus eminis.

Fandis



FAnesij in Oceano septentrionali, aures hebentes tam grãdes, ut totum undiquaq; corpus contegant. *Fanesij.*

Hymantopodes, quibus natura est serpendo ingredi. *Hymantopodes.*



SElenetidæ mulieres, quę contra naturam aliarum fœminarum oua pariunt; unde nascentes homines; quinquennies decies nobis sunt ampliores. Ex Herodoto Rauisius textor Niuernensis recitat. *Selenetidæ mulieres ouiparæ.*

AB orientis parte intima homines sine naribus, facie plana, æquali totius corporis planicie. Alij





ſuperiore labro orbati. Alij quibus ora concreta, qui modico foramine calamis auenarum potum hauriunt.







IN geſtis præterea Alexandri Magni Macedonum regis legimus, in India eſſe homines ſex manibus, uſq; ad mortem nulla corporis infirmitatem ſentientes. item alios omnino nudos, piloſos & in flumine morantes. Inſuper alios manibus pedibusq; ſex digitos ha-

Digitized by Google

tes habentes. De quibus omnibus scribunt Calliphanes. Isigonus Nicensis, Aristeas Proconesius, Memphodorus, Aristoteles Armenius, Herodotus, Plinius, Aulus Gellius, D. Aurelius Augustinus, ac ex recentioribus Ioannes Boëmus in libris de diuersarum gentium ritibus ac moribus.




IN Stiria, ac Heluetiæ Vualesiâ hoïes adeò strumosi, ut strumæ pondus sermonẽ impediat, ac fœminæ lactantes illos post tergum perinde atque saccum projciant, ne infantibus ad potum inhiantibus sint impedimento. Mõsterus libr. 3. Cosmograph.

HVc referri possunt Lucumoriæ homines, qui ultra Olbi fluuium in montibus habitantes, singulis annis uigesimo septimo die Nouembris, quę apud Ruthenos sancto Gregorio sacrata est, moriuntur: ac uere in sequenti maxime ad 24. Aprilis, instar ranarum resurgere dicũtur ut à Sigismundo barone ab Heberstein ac Neuperg, in commentarijs suis rerum Moscobiticarum doctissimè memoriæ traditum est.


Animalia quadrupedia.

SIc etiam Deus omnipotens, cum sciret, quarum partium similitudine uel diuersitate contexeret pulchritudinem uniuersi, etiam diuersi generis monstrosa animalia, terrestria, ac aquatilia, non tam ad sui admirationẽm, quam peccati pœnam in mundum produxit. Cuius generis ex terrestribus esse possunt.

Biſontes.




BIſontes, ꝙs quidã damas uocant, pro parte ceruis, ꝙ parte iumẽtis ſimiles, oblongis auribꝰ, & latiſsima in frõte habẽtes cornua. Vri uel tauri ſylueſtres ſimiles quidẽ domeſticis, ſed ſub mento prolixas barbas habẽtes. Ferox quidem animal, quod neque homini, neque alĩs animalibus parcit: Cunque illi inter arbores



intentantur

intentantur insidiæ, atq; iaculis uulneratur, adeò insæuit atq; furit, ut, conspecto sanguine suo, omnibus modis uulnus acceptum, in iaculatore uindicare contendat: quod si non cõtingat, impingendo in arbores seipsum interficiat.




ALces maiores ceruis, grisei coloris, oblongo ac duro pilo, deformis staturæ, quippe quæ latitudine transuersę manus in posteriori parte corporis humiliores sunt, quàm anteriori, habent longa sed infirma crura, sunt obeso corpore, ac debilis omnino naturæ. Mares cornua habent longitudine trium expansarum palmarum, cum multis atq; robustis ramis, fœmellæ autem cornibus omnino carent. Ioannes Leporicida. Alces.

Elephanti. ELephanti, de quorum natura ac docilitate mira ſcribit Plinius ac alij.





Odonta. ODonta ſua magnitudine elephantum excedens, tribus cornibus, capite equino atri coloris.



Rhinocerus

Digitized by Google

Rhinoceros.

RHinoceros crudele animal, quod sua magnitudine elephantem excellit, colore buxeo siue fermiculato testis clypeatis tectum, cruribus breuioribus, omnicq; ex parte armatis, acutum cornu in naribus habens, quo se defendit.

Camelus.



CAmelus bina sub dorso habens tubera, unum in pectore, cui incubat, cum genua inclinantur, papillas quatuor, caudam asino similem, genitale retrò, genua singula in singulis cruribus, pedes bisulcos.

Camelopardalis.


CAmelopardalis, quam Æthiopes Nabim uocãt, animal collo equino, pedibus bouinis, camelino capite, maculis rutilum colorem distinguẽtibus, quæ Romæ miraculo postea uisa est Circensibus ludis dictatoris Cæsaris.



Pauyon.

PAuyon in solitudinibus Indię, monstrosum animal, magnitudine ferè elephanti, à cuius aspectu tamen non abhorret, cum reliqua animalia ferat nequaquam: delectatur potissimũ pomis, ac alijs arborum frugibus: Salacissimũ animal est, ac aspectis etiã mulieribus

mulieribus facilè ad libidinem incitatur, magna corporis hirsuti mole ingreditur: planè horrẽdo capite, breuioribus auribus, cauda ferè uulpina, sed admodum parua ac plerunq; erecta: pedes habet humanos, sed proceritati corporis nequaquam respondẽtes. A quibusdam, qui Indos se esse profitebãtur, anno 1551. in Germaniam ductum animal eius generis, per Sueuiam potissimũ magno adducẽtium lucro ab infinitis cõspectum, ac ab Augustano quodam pictore ac sculptore in hanc formam expressum est.



Panther. PAnther animal prorsus ferum, ac Pardo simile, uarij coloris, quod quidam lupum cauarum appellant. Dormit tribus diebus, ac post tertium diem lauat se, ac suo clamore simul ac suauitate odoris conuocat omnes feras, quibus omnibus amicũ est, præter draconem ac aspidem, quorum aspectum ferre nequit.

Panthera. ITem Panthera, quæ & Pardalis diuersum animal à Panthero: est enim prorsus ferum ac maculosum, de quorum natura leges Plinium ac alios.

Tigris



TIgris, quorum copia India ac Hircania abundat, animal tre mendæ uelocitatis: de quo præter Plinium ac alios multa etiam scribit Augustinus Aurelius & Strabo. Tigris.



CErcopitheci, q̃rum qui dã fuit omnino formę raræ, magnitudine ac forma hominis, cruribus siqui dẽ ac uirili membro, facie, si dicas hominẽ agrestẽ, qa totus pilo obsitus. Nullũ animal pseuerat plus stãdo illo, homine solo excepto: amat pueros ac mulieres nõ secus ac homines suæ regionis, conaturq; cum uincula effugerit, palam cum his concumbere. Animal tamẽ ferum est, sed tãtæ industriæ, ut homines aliquos minus ingenio ualere dicas. Cercopitheci

ANimalia, quorum pars anterior uulpem, cephos uocãt, posterior uerò simiam præsentat, nisi quòd pedes effingãt humanos;

C manos,



manos, aures autẽ noctuæ, & intrà cõsuetam aluũ, aliam habent instar crumenæ, in qua catuli delitescũt donec ultrò prodire in lucem queant, & absq; tutela parentis cibum quærere: Nec unquam exeunt crumenam, nisi cum fugere delectat, & eius notæ quamplurima. De quibus Aristoteles, Philoponus, Ælianus, Plinius, Solinus, Albertus Magnus, atq; ex neotericis Cõradus Gesnerus in animaliũ historijs.

Reptilia.


Basiliscus. EX reptilibus Basiliscus, qui potissimum in solitudinibus Africæ habitabat, cãdida in capite macula, uelut diademate quodam, ornatus. Acutissimum habet caput, os rude, oculos & colorẽ ad nigredinem uergẽtes. Palmum nõ excedit, solo tamẽ halitu serpentẽ quamlibet magnũ suffocat, tanta est uenẽi acuitate. Eum si quis uel baculo attigerit, paulò pòst moritur. Hunc Plinius Regulum uocat. Sibilo omnes fugat serpẽtes. Nec flexu multiplici, nec ut reliquæ corpus impellit, sed celsus & erectus in medio incidẽs. Necat frutices, rumpit saxa, non contactas modò, uerũ & afflatas exurit herbas. De quo Plinius, Lucanus lib. 9. ac alij.



Salamandra. SAlamãdra, quæ figurã habẽs lacerti, nunq; nisi magnis imbribus, puenit, à serenitate deficiẽs. Huic tãtus rigor, ut ignẽ tactu extinguat, nõ alio modo quã glacies. Homines impuidos necare potest. Nã si arbori irrepserit, omnia poma inficit ueneno, & eos, qui ederint, necat frigida ui, nihil aconito distans. Quinis



mò si cõtacto ab ea ligno, uel pede crusta panis incoquatur, idẽ ueneficiũ est, uel si in puteum cadat. Eius uenenum ab ijs extinguitur, qui uescuntur illa.



PRester serpẽs pestilẽtissimus, ut q eũ, quẽ morsu lęsit, extẽplo reddit immobilẽ ac mente alienũ, mox pilis defluẽtib. cũ pruritu ac uentris solutione absumit. Quem præter cæteros egregie describit Lucanus libro 9. Prester.


SEps modicus quidem serpens, cuius tamen ictu læsus, statim putrescit, omniaq; corporis mẽbra ac ossa dissoluit, quẽ etiam Lucanus depingit in nono. Seps.

BOa, quæ in tantam excrescit magnitudinem, ut in uentre occisæ Claudij Cæsaris temporibus infans sit repertus. Boa.

ATq; alij mirę magnitudinis, multorũq; capitũ serpẽtes, atq; dracones, quibus India atq; Ægyptus potissimũ abundãt, quorum Plin. Aëtius medicus, Nicander, Paulus Iouius atq; hij, qui de Alexandri Magni rebus gestis scripserunt, meminerunt.

Aquatilia.

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

ORca piſcis magnitudinis mirę, infeſtus balęnis, cuius impetu Plin. ſcribit depreſſum quandoq; nauigiũ fuiſſe, & immerſum in oculis ſuis, quã in Oſtienſi portu debellauerit Claudius Imperator.

Alcete. ALcete inſtar montiũ prope Islandiam, quæ naues euertunt, ac tãtum ſono tubarum, aut miſsis in mare rotundis uaſis abſterrentur.

Phyſeteres. PHyſeteres, quorum Solinus poſt Plinium mentionem facit. hæc erecta ſubmergit iuſtæ magnitudinis naues, hauſtam aquam per frontis foramina in nimbi modum exufflans.

Loligo. LOligo, qui extra aquam ſeſe efferens uolitat, caput habet inter pedes, & uentrem, & cruorem nigrum inſtar atramenti. Cuius etiam Horatius meminit.

Lucerna. LVcerna piſcis eſt, qui lingua ignea per os exerta ſerenis noctibus lucet, Plinio teſte.


Hirci. HIrci in Cyrenaico, & Sardoo mari oberrantes cum Delphinis. Mares alba uitta frontem habent redimitam, fœminæ uerò ſunt criſtatæ, ut galli gallinacei. Rapaciſsimi ſunt, ut qui homines, nauigiaq; inuolent: ſpiritu graui & uehementi, quo odore ueluti inſtrumento ad cæterorum prædam utuntur. Vitulos marinos inſectantur maximè, quos proflatu, perinde ac iaculo expugnant.

Scolopendra. SColopendra, quam Gaza Centipodem uertit, terreſtri fero ſimilis, quam ſi quis attigerit, excitabitur ei pruritus, perinde ac ſi contigiſſet urticam. Viſæ ſunt inuſitata magnitudine, capite caudaq́ue extantibus per undas in modum triremium ferri, utentes pro remigio pedibus ſublatis, quos habent plurimos. Theophraſtes apud Plinium ſcribit, Oretieres populos à Scolopendris deletos. Porrò Scolopendræ, hamo deuorato, omnia intranea euomunt, donec hamum egerant, deinde reſorbent.

SVnt & alia monſtra marina, quorũ quædam dentibus trucu-
lẽtis, quędã cornibus & uiſu flãmineo horrẽdo ſunt aſpectu,
quorum

quorum oculi in circũferentia 16. uel 20. pedes continent. Caput eſt quadrangulũ, cum promiſſa barba. Poſterior uerò pars multò exilior. De his Plinius, Oppianus, & alij.

HVc ptinẽt Crocodilus q̃drupes, q̃ fit ex minimo maximus. Ex ouo em̃ ad 22. cubitos excreſcit. Quatuor mẽſes hyemales nõ comedit. E linguis eſt, uentre, dorſo & cauda prẽlongus, ſquamis prædurus, oſtrearum modo obtectus, audax in fugien- *Crocodilus.*



tes, in perſequẽtes timidus. Sexagenis diebus oua parit ſexagena, totidemq́ diebus fouet, dentes habet, & menſes uiuit eodem ferè numero. inſidiatur his, qui aquatum eunt. Hoc animal uenerantur Ægyptij, eiq́ ſacros dies ſtatuerunt. Et ſi contingat liberos ab eo rapi, parentes lætantur, tanq̃ ſe Deo placere exiſtimantes, cui eſcam genuerunt. Cõtrà uerò Tentyri populi reiiciunt, captumq́ue arbore ſuſpendunt, & multis prius affectum uerberibus, poſtmodum comedunt. Reperitur in Nilo. Vnde Plinius Crocodilum, inquit, habet Nilus, quadrupes malum. Ouã parit humi: diem in ſicco agit, totam noctem in flumine: oculos habet ſuillos, dentes prominentes atque ſerratos, inferiorem maxillam non mouet, ſed ſuperiorem inferiori admouet: ungues

Vngues habet robustos, pellemq; circa tergũ impenetrabilẽ, inter aquas cæcus, sub dio perspicacissimus.

Hippodami.



HIppodami siue equi fluuiales binis ungulis, quales sũt bobus, dorso equi, & iuba & hinnitu, cauda obtorta, dentibus aprorum aduncis, & eius notę alia cũ piscibus cognationem & affinitatem habentia.





TRitones, Syrenę, ac alia diuersi generis monstra, quorum copia mare non minus quàm ipsa terra abũdat. De quibus copiose leges Plinium lib. 9. Oppianum: ex recẽtioribus Frãciscum Massarum in commentarijs Plinianis, ac reliquos.

Volatilia.

Gryphes.

ITa ex monstrosis, raris, mirabilibus, ac parum auspicatis auibus Gryphem habet India & Hyperborei montes quadrupedem uolucrem curuis unguibus, dorso nigrum: priori parte purpureum




purpureum, alis albicantibus, ore aquilino, igneis oculis, difficilem captu, nisi rapiatur pullus & inuo lucer. Nidificat in altis mõtibus. Congreditur cuiuis ferè animali, equis infestus est maximè. Aurũ fodit apud Bactrianos in desertis locis, & propè accedentes abigit. Nidos ex eo sibi texit. Ad q̃d arripiendum numerosæ hominum turmæ simul eunt magno suo periculo. Superat elephãtos & dracones, & omnia animalia præter Tygridem, quam propter leuitatem nequit arripere.

ONocrotalus autem est auis magno rostro, inualido atq; prælõgo, & à gutture usq; ad pectus instar sacculi, ante guttur ex parte inferiori ante pectus pendens receptaculum longum & *Onocrotalus.*



amplum, rubicũdum, foras prominens, radici linguæ eius annexum habẽs: in quo cibus receptus primũ emolitur: & inde ad stomachũ digerendus trãsmittitur. Alia cibi receptacula non habet, & ideo in aquis uiuere scribitur. Magnitudine sua superat cygnũ, cuius etiam colorem habet, sed uocem tam absonã, ut rudentẽ asinum magis, quàm aucm referat. Tu copiosius legas, quę Plinius, Albertus, Odoricus de foro Iulij, Mathæolus Senẽsis, Petrus Martyr, Antonius Nebrissensis, Conradus Gesnerus in auium historia lib. 3. de eo scribunt.

PAradisea uel Apus auis magnitudine turdelę miræ sæuitatis, alis prædita oblongis, teneris, uisui perũjs, ac pennis (si modò pennæ dicendæ sint potiũs quàm setæ. deplumes enim sunt, in nostra, quam damus, effigie non expressæ) duabus longis, an- *Paradisea uel Apus.*



gustis, nigris, duritia cornea, cui pedes nulli. Perpetuo uolat, nec usq; quiescit, nisi in arbore aliqua (ab altera de longis illis setis ramo implicata pendens.) Nulla nauis tam uelox, aut tam procul à continente, quam nõ circumuolare possit. Huius descriptionem elegantissimam leges apud Cardanum de subtilitate lib. 10. ac Gesnerum auium historiæ lib. 3.

Phœnix.



PHœnicẽ unũ in toto orbe habet Arabia, aquilæ magnitudine, auri fulgore circa collũ, cætera purpureũ, cauda cærulea, roscis pennis distincta, facie cristis ornata, & plumeo apice caput honestante. Quorundam est opinio, neminẽ extitisse, qui uiderit uescentem. Sacer est soli. Viuit annos 660. Senescẽs casia thurisq; surculis cõstruit nidum, quem odoribus replet, & accensis iam ignis flammis emoritur. Ex ossibus deinde, medullis ac cinere nascitur uermiculus, inde fit pullus, quę priori funeri iusta reddens, totum nidum defert in urbem quandã Panchaiæ soli sacrã, ibiq; in ara deponit. Plinius ait allatũ fuisse Phœnicem in urbẽ Romã Claudij principis censura, anno urbis 800.


AEgyptus pelicanũ auẽ, quę ubi pullos suos necatos uidet à serpẽtibus, latus sibi fodit rostro, & educto sanguine uitã restituit mortuis. Hieronymus, Pelicani, inquit, quum suos à serpente filios occisos inueniunt, lugent, seq; & sua latera percutiũt, & sanguine



guine excusso, corpora mortuorum sic reuiuiscunt. Volaterranus ait pelicanũ esse, quẽ Plinius plateam uocat.

INcendiariam auem Italia in ipsis incẽdijs natam ac Romanis adeò inauspicatã, ut harum gratia quandoque urbem lustratam memoriæ proditum sit. *Incendiaria auis.*

HArpyias aues rapacissimas, uultu uirgineo, manibus uncis, quas poëtę Neptuni filias, qui ferè prodigiorum omnium pater est, fingunt. Et Virgilius describit in 6. Æneidos. *Harpyiæ.*



GAllinas lanigeras, quę in oppido Furch uersus orientem in ueniuntur. ibi enim sunt gallinæ albæ instar niuis, non pennis sed lana tectę, ut pecus. Harum meminit Odoricus de foro Iulij. Item in ciuitate Quelinfu, in regno Mangi nomine, ubi inueniuntur gallinæ, quæ loco pẽnarum pilos habent, ut catti nigri scilicet coloris, quæ optima oua pariunt. De quibus M. Paulus Venetus 2. 68. Hãc picturã mutuauimus ex li. 4. Gesneri de auibus: *Gallinæ lanatæ.*

IN Hebridibus clakis anseris genus nascitur, quod uulgo ex arboribus nasci creditum est. Quæ tamen de illis Hector Boëthius refert, nunc subijciam. Inquit enim de claki aue, uim procreandi potius mari, quàm arboribus inesse crediderim. Varijs em̃



modis, uerum semper in mari eam prouenire conspeximus. Etenim si lignum in id mare proijcias, temporis tractu primùm uermes, excauato ligno, nascũtur, qui sensim enatis capite, pedibus, atq; alis, plumas postremo edunt, demum anseribus magnitudine æquales: cũ ad iustã peruenerint quantitatem, cœlum petunt, auium reliquarum more delati per aëra, alarum auxilio, non secus ac remigibus. Id quod luce clarius anno à partu uirgineo millesimo quadringentesimo, nonagesimo, plurimis spectantibus in Buthquhania uisum est: nam cum in eam ad Pethclege castellum fluctibus, huiuscemodi quoddam lignum ingens delatum esset: rei nouitatem, qui primi conspexerant, admirantibus: ad loci illius dominum accurrentes rem ipsam nunciant: is aduenies trabe serra diuidi iubet: quo facto ingens confestim apparet multitudo uermium, alijs adhuc rudibus, alijs mẽbra quædam formata habentibus, partim etiam iam formatarum perfectè auium: inter quas quædã plumas habebant, aliæ adhuc erant implumes: itaq; rei miraculo stupentes, iubente domino, in tẽplum diui Andreæ, Tere (pagi cuiusdam nomen est) lignum comportauit, ubi & hodie manet undiq;, sicut erat à uermibus perforatũ. Huius simile duobus subinde annis Taum æstum appulsum, ad Bruthe castellum uisum est, cum multi accurrissent. Nec diuersum, quod duobus post annis rursum in Lethi portu Edinburgẽsi, spectãte toto populo, apparuit, ingens enim nauis, cui nomẽ atq; insigne Christophori

stophori erat, ubi apud Hebrides toto triennio in anchoris constitisset, huc reducta & in terrã subducta, plena omnia, qua mari mersa fuerat, exesis trabibus, uermium partim quidem rudium, partim auis nondum perfectam formam habentium, partim etiam absolutorum ostendit. Cardanus de rerum uarietate: lib. 7. cap. 36. His similia sunt, quę Munsterus noster ex probatis authoribus annotauit In Cosmographia de Scotia, ubi inquit,

Auspres arbores.

IN Scotia inueniuntur arbores, quæ producunt fructum foliis conglomeratum, & is, cum oportuno tempore decidit in subiectam aquam, reuiuiscit, conuertiturq; in auem uiuam, quam uocant anserem arboreum. Crescit & hæc arbor in insula Pomonia, quæ haud procul abest à Scotia uersus aquilonem. Veteres quoq; Cosmographi, præsertim Saxo grammaticus mentionẽ faciunt huius arboris, ne putes esse figmentum à nouis scriptoribus excogitatum. Scribit tamen Æneas Syluius de hac arbore in hunc modum. Audiueramus nos olim arborem esse in Scotia, quæ supra ripam fluminis enata fructus producere, anatum formã habentes, & eos quidem, cum maturitati proximi essent, sponte sua decidere, alios in terram, alios in aquam, & in terrã deiectos putrescere, in aquã uerò demersos, mox animatos enatare sub aquis, & in aëre plumis, pennisq; uolare: De qua re cum auidius inuestigaremus, dum essemus in Scotia apud Iacobum regem, hominẽ quadratum, & multa pinguedine grauem, didicimus miracula semper remotius fugere, famosamq; arborem non in Scotia, sed apud Orchades insulas inueniri. Sebastianus Munsterus in libro 2. suæ Cosmographiæ de insulis Britannicis.

Vitulinus passer.

SIc miraculum etiam est, quod fertur de passere uitulino, qui iuxta Mexicũ inuenitur: sic ape magna haud maior est, seu crabrone: pluma tamen uestitur, ut par est, tenuissima, rostro longo & gracili, alitur rore, melle & florum succis. Octobri mense uno pede annixus ramusculo, hæret usq; ad Aprilem, loco tecto, atq; ita mortuus uelut iacet: cum redeunt flores, reuiuiscit, atque ea de causa passerem resuscitatum uocant. Hæc forsan alicuius fabulosa arbitrabitur, sed quod in ursis serpentibusq; multis ac muribus auellaneis, gliribusq; contingit, atque alijs pluribus animalibus,

libus, quid uetat auiculæ non accidere posse, præsertim cum constat muscas mortuas reuiuiscere cinere, seu noua ob ignobilitatē anima inducta, cum ex sola putredine generari solita sit, seu (q̄d ueri similius est) cum non omnes neq; plures, sed ex plurimis uix una aut altera hyemis tēpore restituatur, quod calore exiguo latitante ac penè extincto, nouo calore adueniente suscitetur. Vnde etiam muscæ magnæ uerno tēpore apparent, quas certum est ob perfectionem non eo tēpore genitas, & ut mortuas iacuisse, cum antea non fuerant uisæ: Quamobrem tenuis calor idem in auicula efficere poterit. Cardanus de rerum uarietate. libro 7. cap. 36. Hæc de diuersi generis monstris dixisse sufficiat: nunc ad temporum ordinem, ut incepimus, redeundum est.

Bubo. Vespertilio. NOstra regio habet ignauū bubonem dirum mortalibus omen. præterea uespertilionē auē, quæ sola uolucrū animal parit, habetq; pro pennis membranam. Pullos nutrit lacte, ubera





admouens infantes amplectitur, secumq; deportat, unicam habet coxendicem, culices amat in cibatu, sola uolucrum dentes habet, habet etiam mammas. De quibus omnibus Aristoteles, Plinius: ex neotericis autem Gulielmus Turnerus, Gilbertus Longolius, & Gesnerus noster in Tomo 2. historiæ animalium.

Zoroaste

An. mundi. Ante Christum.

1906 ZOroastes primus Bactrianorum rex, qui primus artes magicas inuenit, quadringentis ante bellum Troianum annis, hoc anno igne cœlesti absumptus est. Marcus Fritschius in Meteoris. 2057





2047 SOdoma, Gomorra, Adama, Seboim, & Segor, ciuitates propter peccata igni, sulphure, & pice cœlitus euersæ sunt, quo deinde loco poma uirentia, & formatos uuarum racemos inueniri as, ut edendi quidem gignant cupiditatem: si carpas uerò in cinerem fumumque excitant, & quasi ardeant. Huius rei meminit etiam præter Mosem Geneseos 19. Orosius libro 1. cap. 36. Ex cuius uetustissimo, & in membranis scripto codice bibliothecæ Oschacensis, quod longè aliam capitum dispositionem habet, descripsimus. Sodomæ autem atq; aliarum ciuitatum extinctarum meminere etiam Cornelius Tacitus lib. 21. Solinus post Plinium, & alij quam plurimi. 1916

SOdoma posteaq; cum reliquis ciuitatibus cœlesti igne ad internitionem deleretur, uxor Lothi cõtra angeli iussum retrospiens, marito atq; filijs ex diro illo incendio liberatis, in salis statuam conuersa est. Moyses Gen. 19.

An. mundi. 2073



ABraham cum iussu diui 1890
no iam filium Isaacum deo sacrificium offerret, atq; gladium ad filiũ mactãdum iam stringeret, cœlitus ab angelo domini, ne faceret, inhibitum est. Gene. 22.

2106 QVo tempore Phaëton 1857
in Italiã uenit, Italia tribus locis arsit multis diebus, circa Istros, Cimæos, & Vesuuios, uocataq; sunt à Ianigenis loca illa Palesana, id est, regio conflagrata. Berosus.





2168 NIlus Huuius crebrioribus imbribus per totã Ægyptũ exun- 1798
dauit. Functius.

2210 MAre apud Atticã terrã exundauit, ac regionẽ illam aliquã- 1753
diu uexauit. Authores uocarunt diluuium Ogygis, qui eo tempore regnauit. Eius meminit Orosius libro 1. cap. 7. Nec desunt, qui falsò Noaht ascripserunt.

2222 CEcidit ignis de cœlo, & cũctas oues puerosq; Hiobi cõsum 1741
psit, mox filijs & filiabus eius uescẽtibus & bibẽtibus, in fratris primogeniti domo repẽte uentus horrẽdus irruens à regiõe deserti, cõcussit suo impetu quatuor angulos domus, quæ corruens omnes oppressit, uno tantum relicto, qui patri nuncium adferret. Hiobus 1. cap.

Ingero





An. mundi. 2407 INgens terræmotus infestauit, ac terruit Babylonios sub Spare to 17. Assyriorū rege. Berosus. In Iasij Italici regis nuptijs ad- Ante Chri stum. fuit Io Ægyptia, quæ sola fœminarū uno plus Didone contēna- 1556 rio uixit, & uniuersum fermè orbē lustrauit post uiri interitum.

2439 

IN Thes- 1524 salia dilu uiū fuit nō solū ex im- bribus, sed quòd obtu- ratis monti bus casu flu mina imple uerunt, & subsequuto terræmotu, aptis ostijs montiū aquæ in alueos regressę sunt. Vocant aūt authores dilu- uium Deucalionis, cuius meminere Xenophon in æquiuocis, Eu sebius, Functius ac alij.

EOdem tēpore factum est dirum incendiū Græciæ sub Phaë- tonte rege post Thessaliæ terræmotum.

Apparuit

An. mundi. 2453 Ante Christum. 1510

APparuit Moysi dominus, dum oues pasceret, in rubo ardenti, cui tamen ignis nequaquã nocebat, & loquutus est seruo suo, quem legatum ad Israël tas tum temporis misit, ut capite 3. Exodi legimus, & Actorum 7. fit mentio.







IN monte Synai dum Moyses cum domino sermonem misceret, cœperũt audiri tonitrua, & micare fulmina, fulgura, & nubes dẽsissima operire mõtem, clangorq; buccinæ uehementius perstrepebat, ut timorẽ omnibus in castris habitantibus uehementissimum incuteret, mons Synai fumabat quasi fornax, audiebatur horrendus sonitus, & paulatim crescebat magis atque magis, & ablata iam omni tẽpestate, dominus decem præceptorum tabulas tradidit, Exodi decimo.

Exeunti

Ante Christum. EXeunti populo ex Ægypto in terram promissionis, ducem ac uiæ demonstratorem habuere per diem quidem columnã nubis, per noctem uerò columnam ignis, quasi facem lucentem. Exodi capite 7.8.9.10.& 13.





2453 AAron dei altissimi iussu proiecit uirgam coram Pharaone, & seruis eius, quæ uersa est in colubrum. Et uirga Aaronis deuorauit uirgas magorum Pharaonis. Exodi 7. 1510

MOses uirga sua quum fluminis aquam percussisset, in sanguinem uersa est, pisces suffocati, aqua ipsa adeò cõputrefacta est, ut ex ea bibentes mirũ in modum sint afflicti. Exod. 7.



AAron extendens manũ sup aquas Ægypti, ac super fluuios eorum, riuos, paludes, ac omnes aquas, ac uersæ sunt in sanguinẽ aquę, ac cruore ligna, uasa, atq; saxa, per omnem Ægyptiorũ terram cõmaculata, atq; fœdata sunt. Exodi 7.

AAron cũ extendisset manũ suã sup aquas Ægypti, ascenderunt

In. mundi. aſcenderunt ranæ, & operuerunt terram, ſed ex iuſſu Pharaonis orante & deprecante Moyſe, ranæ demortuæ ſunt in domibus, uillis, ac agris. Exodi 8. Ante Chriſtum.

2453 MOſes extenſa manu percuſsit terræ puluerem, ac facti ſunt cinifes in hominibus ac iumentis per totam terram Ægypti. Exodi 8. 1510



IMmiſit Pharaoni dominus plagam muſcarum diuerſarum per omnes domus Ægyptiorum, quibus omnis Ægypti terra longè lateq; deuaſtata eſt: Et deprecante Pharaonis iuſſu Moyſe, omnis muſcarum pernicies à Pharaone, eiq; ſeruis toq; populo ablata eſt. Exodi octauo.

VLtione diuina omnia animalia Pharaonis, utpote aſini, equi, cameli, dues, boues, atq; eius notæ alia grauiſsima peſte interiere per Ægyptum. De animalibus uerò filiorum Iſrael nullum omnino interfectum eſt. Exodi 9.

2454



SParſit coram Pharaone ex manu cineres de camino, & puluerib⁹ tota Ægypti terra repleta eſt, ac nõ tantum iumenta, ſed homines etiã pernicioſis ulceribus ac ueſicarum doloribus uexati ſunt. Exodi 9. 1509


PRæterea extendit Moſes uirgã ſuper terrã Ægypti, & dominus induxit uentum urentem tota die illa, & nocte, & mane facto uentus 1509

urens





2454 urens excitauit locustas. Quæ ascenderunt super uniuersam ter- 1509
ram Ægypti, sederunt in cunctis finibus regionis, tanta multitudine nunquam uisæ. Operueruntq; uniuersam terram, deuastantes omnia. Deuorata est igitur omnis herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit. Nihil quoq; omnino uirens relictum est in lignis, & herbis terræ, in cuncta Ægypto.



ITerum Mose manū extendēte in cœlum, factæ sunt tenebræ horribiles in uniuersa Ægypti terra, & adeò quidem, ut nemo tribus diebus nec fratrem uiderit, nec loco, quo quisq; erat, se mouerit. Vbicunque autē habitabant filij Israël, lux erat. Exodi 10.

CVm extendisset Moses manum super mare rubrum, abstulit illud dominus flante uento uehemēti, & urente tota nocte & uertit in siccum: diuisa est aqua, & ingressi sunt filij Israël, per medium sicci maris. Erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & leua. Per-

Digitized by Google



lequentesque Ægyptij ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis per mediū maris, in quo totus eius periit exercitus. Exodi capite 14.

2490 POsteaquam populus Israëliticus cãtico Deum glorificans uenisset in Marath et Enim ac amaras, ad bibendumq; omnino inutiles aquas inuenisset, cū Moses lignum misisset, in dulcedinem uersæ sunt. Exodi cap. 15. 1473

TEmpore sitis Moses iussu diuino percussit bis uirga silicem, & statim egressæ sunt aquæ tam large, ut non tantum omni populo, sed iumentis etiam sufficerent. Quæ aqua cõtradictionis, ob Israëlitarum rebellionem dicta est. Num. 20. Exodi 16.





IN Ægypto pluit Deus mannam ac panes de cœlo quemadmodum & carnes, coturnicesq; magna copia. De manna igitur collegerunt filij Israël iubente Mose, alius plus, alius uerò minus, ac





nus, ac mensi sunt ad mensuram gomor, nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus, sed singuli iuxta id, quod edere poterat. Verum quicquid cõtra Mosis iussum in crastinum esset seruatum, uermibus scatere cœpit atq; computriuit. Moses Exodi 16.



Misit dominus murmurãti ac seditioso contra Mosem populo ignitos serpentes, quorũ ictibus obierunt multi, sed qui æneum serpentem à Moyse erectum (qui Christi uenturi nobis mysterium repræsentabat) aspiciebant, sanabantur. Numeri 21.

Chore, Datan, & Abiron seditiosi contra dominum, cum tabernaculis, ac uniuersa substantia, cum multis diuina ultione terra absorpti sunt. Descenderunt q; uiui in infernum operti humo. Numeri decimo sexto. Sed & ignis egressus à domino, interfecit ducentas,

quinquaginta uiros, qui offerebant incensum. Numeri 17.

2490 IN seditione præterea populi contra Moysem & Aaronem, postquam nubes tabernaculum operuisset, incendio grauissimo quatuordecim millia hominũ, & septingenti absumpti sunt, absq; his, qui cum Chore in seditione perierant. Numeri 17. 1473



MOyse iussu diuino uirgam in cœlum extendente, audita sunt tonitrua & fulgura, in terram decidit grando ingens, cui ignis mixtus pariter ferebat super terram: Vnde tanta fuit tempestas, quanta antea nunquam apparuit in terra Ægypti, ex quo gens illa condita est. Et percussit grando per totam Ægyptum omnia, quæ fuere in agris, ab homine usq; ad iumẽtum. Extinxit omnes herbas regionis, nec etiam lignis per syluas pepercit, sed omnia in populi conuertit perniciem. Exodi capite nono.




2490 VIrga Aaronis inter cæteras principum ex duodecim tribubus uirgas in tabernaculo testimonij adeò floruit (cæteris omnibus exarescentibus) ut & 1473

gemmas

gemmæ turgentes, & inde mox flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt, in signum rebellionis filiorum Israël. Numeri decimoseptimo.





BAlaam filius Sephor, ad maledicendum populo Dei ueniens, redarguitur ab asina, quæ apertis uerbis loquebatur in hunc modum? QVID FECI TIBI? CVR PERCVTIS ME? ECCE IAM TERTIO: NONNE ANIMAL TVVM SVM, CVI SEMPER INSIDERE CONSVEVISTI? VSQVE IN PRAESENTEM DIEM: DIC QVID SIMILE VNQVAM FECERIM TIBI? Num. 22.

2492



2493


ADduxit dominus filios Israël per desertū 40. annis & nō sunt attrita uestimenta eorum, nec calciamēta uetustate consumpta. Deut. 29. 1478

IOsue primo ducatus sui anno, die decimo primi mensis, posteaquam filios Israël in terram promissionis ducere decreuisset, a- 1478


An. mundi. Ante Christum.

perto Iordanis alueo, adeò fluuius intumescebat, ut instar montis superior pars ascēderet, inferior uero descēderet in mare mortuum. Iosuæ capite tertio. Hermannus Contractus, & Functius in Chronicis.

2495 POst sex dierum circuitus filiorum Israël, ac septem buccinarum clangoribus corruerunt muri Hiericho, oppidi munitissimi, ita ut unusquisque populi Israëlis absq; impedimentis posset peruenire ad locum, qui cōtra se erat, cœperūtq; ciuitatem, ac interfecerunt omnia, quæ erant in ea, à uiro usq; ad mulierem, imò boues etiam, oues atque asinos. Iosuæ cap. 6. 1468



IOsue dux populi Israëlitici post Moysem, cū quinque reges oppugnātes Gabaon uinceret armis, sed cōtra Gabaon non motus est, nec luna contra uallem Aialon, sed stetit sol in medio cœli, ac nō festinauit ad occasum uniꝰ diei spacio. Nec fuit antea & postea tam longa dies, obediente dño uoci Iosuę, ac pugnāte pro Israël. Iosue 10.



2503 IOsue cum pugnaret contra quinq; reges, qui uenerāt ad destruendū Gabaonitas, misit dominus super illos lapides magnos de cœlo, & multò plures de lapidibus mortui sunt grandinis, quàm quos gladio percusserunt filij Israël. Et tunc apud uocem Iosuæ stetit sol per spaciū 1460

per spacium unius diei, ut posset delere funditus inimicos suos. Iosuæ decimo.

2616 SYsara cum numeroso exercitu contra Barachum pugnante, subita procella tonitruis, & fragore cœli confestim orta mi- 1347.
lites Sysaræ diuerberat: Secuta grando ingens tantaque cœli intemperies, ut Palæstini præ nimio torpore tela abjcererent, quum nullus penè sensus huius rei ad Iudæos pertueniret, uel quia à tergo tempestas illa è cœlo deiecta esset, uel (quod magis credibile est) quòd ita præsens numen euenire uoluit: Estque res eò facilius in prodigium uersa, quo magis eiusmodi tempestas à locorum natura abhorrebat. Cœlesti itaq; ui potius, quàm pugnantiũ uirtute Palæstinæ sunt copiæ deletæ. Multi in acie occubuerunt, sed plures omnino in fuga, Sysara ubi res perditas uidit, in Aberis cuiusdam Cynæi domum est fuga delatus. Iudicum quarto. Sabellicus libro quinto, Ennæadis primo, folio sexagesimo quinto.

2719 AMphiaraus uates dum apud Thebas præliaretur, terræ hiatu cũ curru (cui insedebat) absorptus est. Properti. li. 2. Nõ



Amphiaree pro sunt tibi fata quadrigæ. Itẽ lib. 3. Tu quoq; ut auratos gereres Eriphyla la-

certos, Delapsis nusquam est Amphiaratus equis. Ouidius lib. tertio de Ponto quoque meminit. Plutarch. in Paral. Fuit autem unus ex Argonautarũ uatibus, quorum enumerationem habes apud Cœlium lib. 29. cap. 15.

2751 HOc anno mirabile quiddam contigit in Nili fluminis exun- 1212
datione. Amenophis quartus Ægypti Larthes Sestoris filius ob impietatem, quòd in Nili exundatione spiculum in medios uortices extorserat, excæcatus est, qui rursum tamen post undecimum annum oraculo monitus, ut locio mulieris, quæ unum tantum cognouisset uirum, oculos lauaret, lauit, uisumq; recepit. Herod. 2. & Funccius in Chronicis.



2781 PRotei Ægyptij sacerdotis temporibus fuit diluuium, quod 1182
Pharaonicum uocant, in quo insula Pharos Ægyptijs aquis omnino tecta est. Huius meminit Horatius Flaccus in Oda: Iam satis terris &c. Prothei uerò Herodotus libro secundo: Diodorus libro secundo antiquitatum, & Functius.


Dido cum

Digitized by Google

2782 DIdo cum rem diuinam faceret, uinum in pateram infusum repente in atrum sanguinem conuerti non sine magno terrore uisum est. Qua de re Virgil. horrēdum dictu, latices nigrescere sacros, uisaq; in obscœnum se uertere uina cruorem &c. 1181




2798



2881

FVlgure à sinistra parte cœlo sereno; Ascanio Æneæ filio, contra Mezencium belligeranti, emicante contra hostes uictoria potitus est. Dionysius lib. 2. 1165


PAulò ante initium belli Peloponnesiaci ingens cometes post solis occasum enituit, & continuos 75. dies exarsit: mox tanta uehtorum coorta uis, ut fragmen à monte auulsum in sublime abripuerint: quod ubi ad urbē Thraciæ Ægospotamos decidisset, è cœlo præcipitatum fuisse creditum est. Non ita multò post bellū Peloponnesiacū exarsit, qd totos 28. durauit annos, et toti Græciæ exitiale fuit. In fine belli ad illū Thraciæ locū Athenienses 1082





Athenienſes nauali prælio uicti à Lacedæmonijs, Lyſandro duce, cum claſſe imperium Græciæ amiſerunt. Caſparus Beucerus de Meteorolo. fol. 252.

3040 HElias Thesbites circa torrentem Canith, qui eſt contra Iordanem, habitãs, bis in die à coruis cœli uolatilibus, carnes ac panem, quibus ſuſtentabatur, accepit, quo tempore ſuper terram ad tres integros annos ac ſex menſes nunquam pluit. 3. Regum 18. 925

3042 

HElias in conſpectu regis Achab & eius, pphetarũ, quorum numero 450. erant, bouẽ, ſtructo ex duodecim lapidibus altari, domino mactans, atq; inſuper lignorum ſtruem ponẽs, inuocato nomine diuino, alta uoce clamauit. Domine deus Abrahã, ac Iſaac ac Iſraël, & ego ſeruus tuus, exaudi quæſo, & declara huic populo aliquo igno, quod tu uerus ſis deus. Quo dicto, cecidit dñi ignis de cœlo, ac uorauit holocauſtũ, ligna ac lapides, imò 925

Imò pulueremq; & aquam, quę erat in aquæductu lambēs. 3.Reg.18.

3049 AD Heliæ preces duos quinquagenarios ignis de cœlo consumpsit, quinquaginta uiros similiter in unoquoq; .4.Re.1. 912

3050 TAndem diuisit pallio aquas Iordanis, ac curru igneo receptus est in cœlum. 4. Regum 2. 913





3055 REmulus filius Tiberini regis fulmine percussus est, de quo Ouidius lib.14. Remulus maturior annis, Fulmineo periit imitator fulminis ictu. 908

Alladius Siluius 12. Latinorū rex, ob impietatē fulmine tactus interijt. Eutrop. li.1.

3108 REgio circa Hiericho cum propter aquarum putredinē fuisset omnino sterilis, Eliseiuerbo sanatæ non tantū sunt à primo fonte regionis aquæ, sed omnis etiam ager, fertilitatem, fecūditatemq; accepit. 4.Regum 3. 855



ELisæo in Bethel ascendente, deriso propter caluitiem à pueris, euocati ex saltu ursi, ex eis 42. pueros propter contemptam atque irreuerenter tractatā senectutem tanti uiri immaniter dilaniarunt. 4.Re.3.

Prophetarum

3109 PRophetarum filij cum ad fluuium Iordanis ligna cederẽt, ad erigenda in terra, quæ nimis angusta erat, habitacula, postq; laborantiũ uni ferrum securis cecidisset in Iordanis aquam, Heliſei beneficio instar ligni, contra ferri naturam ita natauit super aquam, ut manu sit facile extractum. 4. Reg. 6. 854

3149 

OCcasione Ionę prophetæ mare mirum in modum commotum: quo proiecto, tempestas desijt, piscis autem marinus eum deglutiuit, in cuius uentre incolumis uixit, ac post triduum sanus eiectus Niniuitis prędicauit pœnitentiam. Ionę primo & secundo. 814

3157 AMos propheta uidit ignem, uastum pelagũ atq; agros consumentẽ, præterea dominum stantem super muro regulari, habentem in manu regulam, atq; dicentem: En ego ponam regulam inter meos Israëlitas, quam non amplius transcendam, ut Isaacidarum sacella uastentur, & Israëlitarum sacraria desolentur, consurgamq; gladio in Ieroboami domum. Reliqua lege Amos 6. 806


3185 

ESaias propheta eo anno, quo rex Ozias mortuus est, uidit in nubibus cœli dominum: sedentem super solium excelsum & eleuatum, & ea, quę sub ipso erant, replebãt templum: Seraphim stabant super illud, sex alæ uni, & sex alæ alteri: duabus uelabant pedes eius, duabus uero uolabant, & clamabant alter ad alterum, sanctus, sanctus, 778

ctus, sanctus dominus deus exercituum &c. Et commota sunt superliminaria cardinum à uoce clamantis, & domus repleta est fumo: Reliqua lege Esaiæ cap. 6.

3194 

ROmulus & Remus Rheæ Syluiæ uestalis ex Marte filij, cum ab Amulio exponerentur, ac abijcerentur in Tyberim, aqua in siccum eiecit, ad quorum uagitum lupa, uoraciss imũ aliàs animal, accurrẽs, uberibus suis aluit, donec à Faustulo pastore inuenti, ac Accæ Laurentiæ uxori traditi sunt, à qua inter seruos ac pastores educati, non tantum urbis conditores, sed totius etiam imperij Romani primi authores fuerunt. Testes sunt Fabius Pictor, Dionysius Halicar. Liuius, Plinius, Plutarchus, ac alij Romanæ historiæ scriptores. 769

3211 

ALcmene Amphitryonis corpus, cũ ad sepulturam efferretur, repente euanuit, lapisq; pro cadauere inuẽtus. Sabellicus lib. 1. cap. 8. de insigni uitæ exitu. Exemplorum prophana. §. 3. Hoc autem de Cleomede Aristipaleo scribit. Plutarchus in Romulo. 754

3213 ROmulus & Remus fratres germani, eo loco, ubi expositi & reperti erant, atq; à Lupa enutriti, Romam urbem condunt. Romulus præsagio 12. uulturũ uictor factus, occiso Remo summam imperij obtinet. Hæc inciderunt in annum ante Christum natum septingentesimum & tricesimum, quando scilicet Romulus rerum potitus est Romæ. Roma uero initiũ sumpsit anno ante restitutam salutem, teste Eutropio, septingẽtesimo & quinquagesimo 730

gesimo tertio, post captũ uero Iliũ quadringentes. triceſi. primo.

3226



737


PArens conditorq; urbis Romulus, cum iam Fidenas oppidũ cepiſſet, coloniamq; Romanorũ feciſſet, guttæ ſanguinis ẽ cœlo magna omnium admiratione cecidẽrunt. Statim peſtis urbẽ inuaſit, quæ hominibus abſq; ulla ægrotatione mortẽ inferret ſubitã: ſterilitas quoq; agrorũ & frumẽtorum omnium, præcipuè tamen annonæ ſumma inopia ſequuta eſt. Romulus expiationibus ciuitates expurgauit, quas lõgo deinceps tẽpore ad portã Ferentinã obſeruatas, memoriæ traditum eſt. Liuius li. 1. Dec. 1. Plut. in Romulo ac Iulius obſequẽs Prodig. ca. 1.

Eo tẽpore cum à Spartanis Meſſana caperetur, prodigijs Deus futura præmõſtrauit. A Dianæ enim ſimulacro, quod cũ ipſum æneum fuit, laxatus clypeus decidit. Et Ariſtodemus, cum uictimas Ioui Ithomatæ eſſet immolaturus, arietes ultrò ad aram ui cornua illiſerunt, atq; ex plaga periere. Aliud item tertiò euenit. Canes in unum congregati, totam noctem ululârunt: tãdem frequentes ad Lacedæmoniorum caſtra excurrerũt. Ariſtodemũ & hæc perturbarunt, & tale præterea ſomnium per quietem oblatum. Viderat in ſomnis, cum armatus iam ad pugnã eſſet exiturus, ſacrificiorum inteſtina ad menſam iacere: filiam item apparuiſſe ei nigra ueſte indutam, & oſtendiſſe pectus, ac uentrem reſecta. Deinuò poſt hæc uiſam abieciſſe à menſa ſacrificia, & arma patri detraxiſſe, & horum loco iniecto pallio candido, auream coronam impoſuiſſe. Dum iam & ob alia conſternatur Ariſtodemus, & uitæ finem ſibi à ſomno denunciari arbitratur, (nã Meſſenij Illuſtrium uirorum funera, cum efferenda ſunt, coronarunt, & candidis palliis texerunt.) Pauſanias libro 4. Meſſanæ autem captæ meminit Funccius etiam, ac Euſebius, cuius tamen ſuppu-


tationem

tationem ut mendosam non sumus sequuti.

3230 IN Pelusiaca obsidione milites nulla alia re quàm murium im- 733
probitate, & infestatione discedere coacti sunt. Mures enim omnibus neruis nocte una improuiso incursu abrosis, totum pe- nè exercitum scutis & arcubus spoliarunt: testes sunt Herodotus lib. 2. & ex eodem Sabellicus lib. 3. Æneadis 2.



SEnacherib rege Assyriorum urbem Hierosolymam obsiden te sub rege Ezechia, misit deus de cœlo angelum, qui deleuit omnem exercitum fortitu- dine pollẽtem & principem exercitus regis Assyriorũ, qui magna cum ignominia ad sua reuersus est: 2. Parali- pomenon 32.



3232 AD petitionem Heze- 735
chiæ, sol retrocessit per decem lineas in horologio. Achaz 4. Regum 20. Esaiæ 38. Funccius.

Digitized by Google

3243 


PRester filius Hippomenis, quum deos detestaretur, fulminatus est. Sabellicus. 720

3245 VEientes cum in Romanum agrum excursiones facerent, quibus Fidenates auxilium tulisse dicebantur, mira eo anno siccitate laboratũ, ut non cœlestes modò aquæ defuerint, sed terræ ingenito humore penè amissò, uix ad perennes fluuios sufficerent. Exaruerunt torridi fontes, pecorumq; siti morientium passim strages edita, pleraque scabie assumpta, uulgariq; attactu in homines morbi, primoq; in agrestes & seruitia, mox & ciuitatem corripuit tetra lues, orta ex ea clade multiplex superstitio, ita ut non minus animi affecti essent, quàm corpora. Passim omnibus sacellis uicisq; peregrina & insueta sacra fieri, multiq; sacrificuli tota urbe existere. Id patres indignè ferentes, negocium ædilibus dedere, ut diligenter aduerterent, ne alio ullo in urbe ritu quàm primo sacra fierẽt. Sabellicus Æneadis lib. 5. fol. 383. b. 718



3248 ROmulus Romanæ conditor urbis cum apud Capręam paludem exercitum lustraret, nymbo & turbine in cœlum sublatus est, & in deorum numerũ, ut fabulosa credidit antiquitas, non sine suorum admiratione receptus, ut est apud Liuium libro primo 719

primo. Dec. 1. Plutarchum in Romulo & Numa, Florum libro primo, capite primo. Augustinum lib. tertio, capite decimo quinto Ciuitatis. Plinij capite secundo de uiris illust. Messalam Coruin. de progenie Augusti. Marlianũ. Patriitum lib. 6. Topographiæ cap. nono. Sabellicum libro tertio Ennead. 2. & libro 1. Ouid. lib. 2. Fast. Est locus antiqui. &c. & alios.



EOdem anno facta est etiam solis eclipsis teste Dionysio Halicarnass. lib. 2. historiæ Romanorum.

3258 ANnum iam octauum 705
regnante Numa, morbus pestifer Italiam occupans, Romã quoq; inuasit: mœrentibus uerò cunctis, peltam æneã è cœlo in Numę manus decidisse memoriæ proditum est: quæ in urbis salutem à superis missa celebratur. ad cuius figurã cum Numæ instinctu undecim à Veturio Mamurio insigni artifice fabricatę essent, Salij Martis sacerdotes ad earum custodiam à rege instituti sunt. Liuius. Plutarch. Obsequens. Pestis grauissima urbem & Italiam inuasit.

3271 ARistæo Athenis præ- 692
tore anno 4. Olympiadis uicesimæ primæ, ingẽs cometes hyeme cœlo sereno & frigore intensissimo, uesperi ab occasu solis conspectus est, cuius splendor tertiam cœli partem occupauit. Ab occasu equinoctiali uersus austrũ processit, & cum ad cingulũ Orionis peruenisset, extinctus est. Hyemis ilius

An. mundi. Ante Christum.

3368 lius reliqua pars, fuit admodũ sicca, & abundans flatibus septentrionalibus. Postea cum contrarij uenti simul spirarent, aquilo in sinu Corinthiaco fluctus concitauit, extra sinũ uerò Auster oblu ctans, cum fluctus intra sinum cogeret, post aliquot terræmotus, quibus Achaiæ urbes Helice & Bura corruerũt, accidit etiam diluuium, quod magnã Achaiæ uastitatẽ attulit. Anno secundo post Lacedæmonij à Thebanis ad Leuctra Beotiæ uicti, fractiq; uno prælio nunquam amplius pristinam recuperarunt potentiam. Caſparus Beucerus de Meteorologia fol. 253. 395

3315 

VIdit Ieremias propheta in cœli nubibus ingentem uirgã, atq; ad cædẽdum iam paratã: ollã p̃terea succẽsam, & faciẽ eius (ut scriptu rę sacræ uerbis utar) à facie aquilonis: et audiuit dñm dicentẽ: Vigilabo super uerbo meo, ut faciam illud, & ab aquilone pãdetur malũ super oẽs habitatores terræ, quia ecce ego conuocabo oẽs cogitationes regnorũ aquilonis, & uenient, ponentq; unusquisq; solium suum in introitu portarum Hierusalẽ. Reliqua uide apud Ieremiam cap. 1. 648

3322 

IN monte Albano lapidibus pluit. qd cum crediuix posset, missis ad id uisendum prodigiũ, in cõspectu haud aliter, q̃ cum grandinẽ uenti glomeratã in terras agũt, crebri cecidere de cœlo lapides. Vox ex summi cacuminis luco audita est, quę monebat, ut patrio ritu sacra Albani facerẽt. Nouendiale igit̃ sacrũ publicè susceptũ 642

est, & solẽne mansit, ut quãdocunq; idem prodigiũ nũciaretur, feriæ per nouẽ dies agerentẽ. Haud ita multo pòst graui pestilẽtia laboratum est. Hostilius dum Numã sacrificijs imitatẽ, Ioui litare non potuit. Liuius & Iulius Obsequens.

3322



TVl. Hostilium L. Piso apud Pliniũ author est, fulmine suffocatũ, q̃d quædam parum ritè fecisset, & sacrificio Iouem ipsum cœlo deuocare uoluisset: author etiã Plutarchus in Numa Pompilio. Solinus cap. 2. Obsequens cap. 3. 639

3338



LVcumo Græci Demarathi filius, ac Aruntis frater, generosus adolescẽs, cum, parente apud Tarquinios defuncto, diuẽditis bonis omnibus, Romã migraret, Ianiculoq́ue iam appropinquaret, in carpento cum uxore sedenti, aquila è sublimi demissa, pileũ sustulit: atque mox super carpentum cum magno clangore uolitans, rursus uelut ministerio diuinitus missa, capiti aptè reposuit. quo uiso, Tanaquil augurioru perita, eò prodigio regnũ ei portẽdi intellexit. Pecunia igit & industria dignitatẽ, atq; etiã Anci regis familiaritatẽ cõsequutus, atq; ab eodẽ tutor liberis relictus, dũ Tarquinij Prisci nomẽ sibi uẽdicaret, post Anci mortẽ regnũ intercepit, atq; ita administrauit, quasi iure adeptus fuisset. Liuius, Dionysius, Fabius Pictor, Obsequens cap. 4. Plinius cap. 4. de uiris illust. 625

Digitized by Google

3349 EZechiel propheta uidit per uisionem tẽpestuosum spiritum & nubem magnam à septentrione uenientem, ignemq; collectum, splendore circundatum, ex quo existebat species electri, & idẽtidem forma quatuor animalium, in quorum ea erat facies, ut hominis formã haberent. Ea singula quaternos uultus habebãt, quaternasq; alas: pedes rectos, pedum uestigijs uitulinorum similibus, in æris politi speciẽ corruscãtibus, alis suberant humanæ manus, secundum 4. eorum quadrati partes, habebantq; quatuor illa ita compositas facies atque alas, ut alæ essent inter sese coniunctæ, nec ipsa conuerterentur inter eundum. Erant autem eorum facies ea figura, ut illa quatuor haberent dextra parte humanam, leoninamq; faciem, sinistra bouinam, atque aquilinam. hic coniunctæ erant rotæ, quæ chrysoliti speciem præ se ferebãt, ea forma atque opere, quasi esset rotæ interposita rota. Habebãt etiam quatuor ipsę canthos, eosq; altos et formidabiles, undiq; oculorum plenos. Harum copiosiorem descriptionem leges apud Ezechielem cap. 1 614




3355 SEruio Tullio puerulo dormienti caput ardere uisum est, quod prodigium Tanaquil Prisci Tarquinij uxor auguriorum perita, regnum illi portendere dixit. Cum igitur eundem adoptasset, post Tarquinij fata dolo Romanorum rex factus est. Dionysius libro quarto. Liuius libro primo Dec. primæ. Plinius libro secundo, capite 110. & libro triceſimo sexto, capite uiceſimo septimo. Cicero libro primo de Diuin. Flor. libro primo, capite sexto. Valerius Maximus libro primo, capite sexto. Plinius de uiris illustribus capite septimo. 608

Nabucadonosar

3365 

NAbucadonosar Babylo niæ rex cum Sidrach, Misach & Abdenago, qui statuam erectam contra dei præceptum adorare nolebant, in fornacem ardentem mittere iussisset, lætabundis ac deum collaudãtibus, ignis adeò nõ nocuit, ut capillos etiã ac uestimenta non attigerit, sed potius eos ex insperato, qui iniecerant, inuaserit, penitusq; absumpserit. Danielis 3. 598

3367 DAniel conlectus in lacum leonum fame laborantium, contra omnem hominum expectationem, non tantum diuino auxilio à septem leonum rabie seruatus, sed per dei angelũ ac prophetam Habacuc sustentatus est. Qui autem Danielem intromiserant in lacum, à leonibus in momento temporis coram eo deuorati sunt. Danielis 6. & ultimo. 596

3368 

NAbuchodonosor Magnus, quartus Babyloniæ rex, è regno demũ ob insaniam pulsus, cum feris atq; brutis animalibus in agro egit, atq; communem cum his uictum habuit. Decretum enim à deo, ut ros et pluuiæ transirent super eũ, æstas, hyems, ac frigora. Inhorruit eius etiam pilus, ac totam cutem operuit dẽsis uelaminibus, creuerũt ex pedore ungues ad similitudinẽ auium. Ac sic qui alios in exiliũ ieceRat multos, ipse à suis in exiliũ actꝰ est. Qui delicatis cibis abusus, bestijs cõpassuus factus: qui purpura indutus, horrido pilo tunc obtectus, q balsamo ac preciosis unguẽtis inunctus, imbribus ac rore cœli p septẽ cõtinuos annos abluit. Daniel. 5. 595 Finito

An. mundi. Ante Christum.

3368 FInito bello Sabino, cum Tarquinius Priscus in monte Tarpeio ædem Iouis, quam in eodē bello uouerat, ædificare uellet, & iam exaugurare fana secellaq; alia iuberet, ut libera à cęteris religionibus area esset, iamq; omnium sacellorum exauguratione admitterent aues, in Termini tantum fano nequaquam addixere. quod prodigiū, firma, stabiliaq; cuncta portendere Romanis uisum est. Sequutū est & aliud prodigiū, magnitudinem imperij portendens. Nam posteaquam futuri ædificij fundamenta aperiret, caput hominis integra facie, recenti tamen tabo & sanguine aspersum, in imo repertū est. Cuius prodigij gratia aruspices interrogati, responderunt, hunc locum non imperij tantum Romani, sed totius etiam mundi caput fore: Liuius, Plinius iunior, & Iulius Obsequens cap. 5.






3375 TArquinio in Hetruriam secundum Romanis bellum molienti, magnū signum extitisse dicitur. Cum eñ regnaret adhuc Romę Tarquinius, tęplumq; Iouis Capitolini fere ad finem perduxisset, siue uaticinio admonitus, siue qd ei aliter uisum esset, currū supnè fictilē Thuscis quibusdā ex Veiorū gēte figulis fingendū mādarat. Nec ita multò post regno exactus est. Cum autem Thusci currum illum confectum in fornacem intulissent, aliud longè euenit, quā luto in ignem immisso accidere consentaneū est. Condensari enim atq; coire expressa humiditate

588 595


miditate solet, tunc autem relaxatum est, & intumuit, eoque magnitudinis cõcepto robore duriciaq; increuit, ut uix sublato fornacis culmine, deiectisq; parietibus, ullo modo efferri potuerit. Plura leges apud Plutarch. in uita Publicolæ. Eius belli meminit etiam Functius.

3380 

FActa est solis eclipsis sub Astyage 8. Medorũ rege, quã Thales Milesius apud græcos lõgè ante futurã prædixit refert, ut Plin. li. 2. cap. 12. in quo tamẽ numeri Olympiadum nescio quo errore deprauati sunt. Nobiscum consentit Functius in Chronicis. 583

3383 QVotidie cœlestia prodigia Romæ et in agris uisa sunt, minas ostẽtantia. 480

Mox Oppia uirgo Vestalis, quã tamen alij Popiniã, alij Popiliã 3384 uocant, incesti damnata pœnas dedit. Anno sequenti, non segnior discordia domi, & bellum foris atrocius fuit: ab Æquis arma sumpta, & Veientes in agros Romanorum incursiones fecerunt. Liuius, Iulius obsequens. 481

3385 

MOuẽte è Sardibus Xerxe, cõtra Græcos cum ingenti exercitu bello profecturus, sol mane defectũ passus est. Etenim equa in exercitu leporẽ peperit. Apparuit & cometa Ceratias dictus, quòd instar cornu incurueꝰ. Maxima rerũ publicarũ, & omniũ statuũ orbis uicissitudo postea est subsequuta. neque enim sine subsequẽti incõmodo aliquo, huiusmodi signa conspiciunt, quibus deus semper suã [illegible] Marc. Frytschius in meteoris. 482

In bello

3386




IN bello cõtra Veientes, Manlij prætoriũ de cœlo tactum, laceratum fulmine tentorium, euersus focus lus, arma fœdata, ambusta, ac in totum cõtrita: occisus eximius equus, quo in præliis uti consueuerat. Interrogati igitur interpretes prodigiorum, responderunt, significare castrorũ oppugnationẽ, & clarissimorum uirorum interitum. Cum Hetruscis cruento prælio pugnatum. Q. Fabius, Marci frater, bis consul, & tunc legatus, lancea per pectus ictus interijt. Manlius consul in clade occubuit, & uallum Romanorum captum est. Liuius & Iulius obsequens cap. 12. 477

3406 HIppocrates cum tyrãnus Athenis esset hostiamq; immolasset, ahena (ut imposita erant) plena & carne & aqua absque igne efferbuerunt, ita ut aqua redundaret. Quod portentum conspicatus Chilõ Lacedæmonius, qui forte aderat, suasit ei primũ ne uxorem fœcundam duceret domum, secundo loco, si uxorem haberet, eijceret, & siquidem ex illa filium sustulisset, abdicaret. uerba sunt Herodoti lib. 1. folio 11. in Clio. Factũ est autem Cræsi Lydorum regis temporibus. 557

3408 ARcesilao regnum tenente cãdidus coruus apparuit, de quo graue responsum ferebatur. Et mox ad Democratiam status ciuitatis recidit, Bessus cum ad Hesperidas decessisset, occisus est. Heraclides in Politijs regni eius meminit, & Herodotus libro quarto. 555

3411 BOs in Sabinis, Androno Coratio Latino, miranda magnitudine ac specie nata est: cuius gratia cum Aruspices interrogarentur, responsum est, eum populum summam imperij habiturum, qui prius bouem illam immolasset. Latinus igitur bouem in Auentinum egit, & causam sacerdoti Romano exposuit. Ille 552

uero



3416

uero astutus, dixit prius eũ uiuo flumine manus purgare debere: at Latinus dũ ad Tyberis profluenta descendit, Romanus illo absẽte bouem immolauit: & sic imperium ciuibus, sibi uerò gloriam facto consilioq; uindicauit. Liuius, Iulius Obsequẽs capite 6.

CRœsus Lydorum rex cum à Cyro debellaretur, semestris filius in crepũdijs articulatè loquutus fertur, magno & pernitioso prodigio regnum amittendum prædicente. Alex. ab Alex. libro 2. cap. 31. & lib. 3. cap. 15. 547

CHrœso Lydorum rege ratiocinante, omnia suburbana colubris impleta sunt, quos equi inter ambulandum, cum ad pascua irent, comedebant. Crœsus igitur statim misit suos ad coniectores consulendos Telmissas, qui, ubi accepere respõsum, didicereq;, quid sibi uellet portentum, non tamen contigit, ut Crœso

renunciarent. Nam prius quã retro Sardis reueherent, Chrœsus est captus. Thelmisses ita cognouerant exercitum externum Chrœso illuc affuturũ, qui cum afforet, indigenas subigeret, qd dicerent colubrum terræ filium esse, equum hostem & aduenam. Herodotus lib. 1. fol. 16.



3420 DAniel propheta anno Balsasaris Babilonię regis primo ui dit cœli uẽtos uasto mari ruentes, & quatuor ingentia animalia, ex mari existere inter se dissimilia. Eorum primum erat simile leoni, aquilinis alis, aliud animal secundum ursę simile, in ore habens tres costas inter dentes, deinde animal pardi simile in dorso habens quatuor alas, instar uolucris, quatuorq; capita: quartũ animal erat terrificum, horribile, ac prœualidum, dentibus ferreis magnis, comedens ac comminuens, & reliquum pedibus conculcans, habens decem cornua. Harum omnium copiosiorem descriptionem leges Danielis cap. 7. 543

3422 ABeodẽ Balsasaris regis tertio anno, dum esset Susis in arce, quæ est in in Elamitide prouincia, uisus est aries stans ad fluuium Eulæum, habens duo cornua sublimia, quorum alterum altero sublimius erat, eum arietem cum nullum aliud animal impeteret, caprinus hircus cornu habens inter oculos eum inuasit, 541



inuasit, et uicit. Plura lege in cap. 8. Danielis, & eius interpretes.

3424 BAlthasar rex cum lautũ ad conuiuium optimates suos uocasset, in eodemq; uasa aurea atq; argentea templi à Nabuchodonosore deprędata apposuisset, eadem hora apparuere digiti quasi manus hominis, scribentis contrà candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ: Mane, Thecel, Phares. Quæ uerba cum ab ariolis neque legi neque interpretari possent ad id à rege uocatis, demum Daniel, præmissa concione de Nabuchodonoseris sacrilegio, ac Balthasaris filij fastus superbia ac impietate, breuiter ita interpretatus est: Mane, numerauit deus regnum tuum ac compleuit illud: Thecel, appensus es in statera, ac inuentus es minus habens: Phares, diuisum est regnum tuum, ac datum est Medis ac Persis. Eadẽ autem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldæus, cui Darius Medus successit, annos natus sexaginta duos. Danielis 5. 539

3440 

CVm mox Cumarũ ciuitas à Daunijs, Vmbris et alijs circũiectis gẽtibus oppugnaretur, (quo tempore quinquaginta peditũ millia, duodeuiginti equitũ uno tempore barbari in armis habuerunt,) cõstat Vulturnũ & Clanium 523

amnes hostiu castra præterlabentes, retro cursum suum flexisse: eoq; miraculo Cumanos in spem benè gerendæ rei erectos, in pugnam egredi ausos, fretosq; locorum oportunitate, immensum profligasse exercitum. Dionysius Halicarnass. lib. 7. Dionysius Eretriensis, & Sabel. lib. 9. Æneadis 2.

3443 

ANno Darij regis secũdo die uigesima quarta mensis undecimi, quẽ Sabath uocant, Zacharias propheta uidit per uisionẽ prophetica noctu hominẽ rubro equo insidentem, eumq; stantem inter myrtos, quæ erant in profundo, post quẽ erant equi rubri, uarij & albi, cui homo, qui stabat inter myrtos, apertis uerbis pronunciauit, Hi sunt, quos dominus misit ad peragrandam terram &c. Plura leges Zachariæ primo, & apud eius interpretes. 520



3449 TAges quidã dicitur in agro Tarquinensi, cum terra araretur, & sulcus altius esset impressus, extitisse uocẽ repẽte, & eũ affatũ esse, qui arabat: Is, ut in libris est Hetruscorũ, puerili aspectu, sed senili 514

sed senili prudentia, ubi ei bubulco uisus est, extemplo rei miraculo totam eo Hetruriam excitauit. Scriptis tradita dein, quę ille dixerit, quæ aruspicinæ rationem omnem continerent. Cicero de diuinatione.


3450 DArio Babylonem obsidenti uox è muris reddita est, urbem ipsam tunc à Persis captum iri, quū mula pareret. Quo prę sagio omnes capiendę urbis desperatio iam ceperat, donec Zopiri Persæ mula enixa est: Rauis. Text. 513

3454 TArquinius cum iam Signiā, Circeiosq; colonos misisset, prę sidia urbi terra mariq; futura, prodigium horribile uisum est. Anguis enim ex columnā lignea elapsus, non tantum terrorem fugamq; in regia fecit, sed ipsius etiam regis animum subito pāuore pculit, anxijsq; curis uniuersos impleuit. Aquilę etiam, quę regiæ incumbebant, nidum fecerunt, in quo pulli subito uulturū incursu discerpti sunt: quod mali imminētis prodigium esse putabant. 509

3455 Mox cum Rutulis bellatum, Ardea obsessa, & post nefandum Tarquinij cum Lucretia facinus, reges sunt exacti. Tarquinius autem dum Gabios, tanquam n regnum suum proficisceretur, canis & serpēs etiam uerbis expressis sunt loquutę. Liuius, Iulius Obsequēs capite septimo. Alexander ab Alexan. libro tertio, capite decimo quinto. 508



3457 SIlentio noctis ex sylua Arsia ingens uox audita est, quæ Syluani credita est fuisse. Proclamauit autem in acie Romanorum contra Veientes, uno plus Hetruscorum cecidisse, & uicisse bello Romanum. Liuius & Iulius Obsequens capite octauo. 506

3463 


HAstæ militares ad multam noctem in cœlo ardentes uisæ. Sequuta est tertia Sabinorum in Romanorũ agros irruptio, qua Posthumius cõsul magnam accepit ex sua indiligentia cladẽ: quam eius collega nisi mox uindicasset, male de repub. Romana actum esset. Duæ Romanorum coloniæ, Pometia & Cora, ad Aruncos defecerunt, & contra Aruncos bellatum. Liuius & Iulius Obsequens cap. 9.



3467 AVlus Posthumius dictator cum contra Latinos, qui in Romanos coniurauerant, ad lacum Regillum pugnaret, ac uictoria iam nutaret, duo iuuenes candidis equis insigni uirtute apparuerunt, pro Romanorum salute fortissimè dimicantes: quos dictator post uictoriam quæsitos, ut dignis muneribus honoraret, non inuenit, Castorem & Pollucẽ ratus. Florus lib. 1. cap. 11. & Iulius Obsequens cap. 10. ex lib. 2. Liuij Decad. 1 496

Pizelus

3472 PIzelus Atheniensis in pugna Marathonia dum prælíatur, uisum est monstrum, quod cum ipse quoq; ante se uideret, occidere uisus, luminibus captus perpetuo mansit. Herodotus. Meminit pugnæ Eusebius. 491


3473 

EClipsis lunę magna, de qua cũprimis mẽtionẽ facit Ptolomęus lib. 4. cap. 9. Atheniẽses, duce Calimacho, cõsilio Milciadis apud Marathonem, quò Hyppias Persarum exercitũ duxit, uicerũt, atq; ex Persis ea pugna 6300. ex Atheniẽsibus uerò (Herodoto ac Thucidide testantibus) 192. perierunt. 490

PRodigia multa Romæ audita, & uisa Quintilio Sulpitio Camerino, & Sp. Largio Ruffo cons. Liu. Dionys. Eutrop. li. 1.

IN muliebris fortunæ fano in uia Latina quarto ab urbe miliario constructo, quo in loco Coriolanus matris precibus adactus ab urbis excidio temperauit, fortunæ simulachrũ erat, quod non semel humanã uocem emisisse fertur. Alexander ab Alexan.

3483 libro 1. cap. 13.



LAodiceæ aduentu Xerxis platanus in oleam mutata est. Eo uerò è Sardibus exercitum mouẽte, sol mane defectum passus est. Pugnauit Leonides Lacedęmonius cum Persis ad Thermopylas, & primum nauale prælium ad Artemisium cõmissum est, ut authores sunt: Herodotus libro septimo & octauo, & Dionysius libro nono. 479





ACeratus propheta uidit ante delubrū Mineruæ ſacra arma prolata è conclaui, quæ intus propoſita fuerant, quæ nefas erat cuiquam mortali contingere, quod oſtentum ijs, Delphis qui aderant, perrexit nunciatū. Vbi barbari properantes ad fanum Mineruę puenere, ubi maiora, quā ſuperius, repręſentata ſunt. Martia enim arma ſua ſponte extra delubrum propoſita adparuerūt. Cum aūt Barbari ad ſacellū Mineruę, q̄d eſt ante templū, accederent, interea à cœlo fulmina in eos deciderūt & à Parnaſſo duo abſciſsi uertices magno cum fragore ſunt deuoluti, per multosq̄ eorum interceperunt. Atq̄ ex ipſo ſacello Mineruæ uociferatio iubilatioq̄ extiterūt, quibus omnibus pariter ingruentibus terror incuſſus eſt barbaris &c. Herodotus libro 8. Vraniæ.



CImon Atheniēſis cum ſuos contra Cyprios aut Ægyptios pararet milites, & iam in littore maris conſtitiſſent copiæ, horrēda illi ſpecies oblata eſt. Vidit enim canē quendam


dam lacessitam latrare, & inter latrãdum uera humana uoce uti. Astyphilus igitur Posidoniates uir uaticinij peritus, eiq; familiaris, mortem ait hanc sibi speciem præsagire. Sub hanc speciem



ecce & aliud ei, dum Libero patri sacrificaret, prodigiũ uisum. Cũ enim uates de more uictimã cecidisset, id sanguinis, quod iam humi cõgelatum erat, formicarũ caterua paulatim corripientes, ad Cimonem deportabant, & circa pedis pollicẽ extẽdentes, diu huic rei intentę singulos latuere. Simul itaq; cũ Cimõ huic miro formicarũ studio mentem adhibuisset, aderat & sacerdos iecur uictimæ sine capite ei ostentans. Hæc cum sic obtigissent, enauigauit tamen Cimon, qui tanti apparatus militiam honeste detrectare non poterat. Sexaginta itaque nauibus in Ægyptum transmissis, ipse cum reliquis ea maria perlustrauit, regiam classem, in qua Phæniss̃e & Ciciliæ naues erant, profligauit, circumiacẽtes deinde urbes subegit, & in Ægyptios omnem belli conuerterat molem. Plut. in Cimone.

3496 XErxes Persarum rex cum aduersus Græcos numerosum duceret exercitum, in castris equa leporem peperit, quo genere monstri tanti adparatus significatus est euentus. Nam qui mare classibus, terrã pedestri operuit exercitu, ut lepus fugacissimum animal, pauidus in suũ regnũ se recipere coactus est. Herodotus libro septimo musarum. Valerius Maximus libro primo, capite sexto. Sabel. libro secundo Æneid. rapsod. Alex. ab Alex. libro secundo, capite 31. 467

IDem Xerxes cũ montẽ Athon, qui Idę proximus est, ascẽdisset, priusq; Athenas deleret, in admirabile inter cœnã prodigiũ incidit



incidit. uinum enim cum pateris in funderet, subito in sanguinem conuersum est, nec semel tantum, sed iterum atque tertio. Qua de re magi consulti monuerunt regem, ut ab incepto desisteret. Valerius Maximus libro 1. cap. 6.

3496

THemistocles cum nauali prælio contra Xerxem regem pugnaret, flammam magno lumine ab Eleusine illuxisse, sonitum quoque ac uocem toto Thriasio agro ad mare usque exauditam esse, uelut ex hominibus multis mysticum Iachum educentibus, scribũt. ex multitudine uerò uocũ referri à terra paulatim nebulam, ac in triremes rursus reuerti, decideréque uisam. Alij imagines & simulachra affirmarunt ab Ægina apparuisse armatorum hominum, manusq; pro Græcis attollentium, quos Æaridas esse coniecerant, à quibus ante pugnam precibus & uotis implorarant opem. Ac sic Græci, Themistoclis atque Lycomedis Athenienſis Tetrarchi uirtute uictores contra barbaros facti Xerxem fugarunt. Authores sunt eius rei Simonides, ac Plutarchus in Themistocle. 467



3499



LApis in Ægis fluuio de cœlo ruit & eodem anno Themistocles taurino sanguine sublatus, natus Socrates. Mox Artabanus Persarũ rex diẽ obijt, in cuius locũ Artaxerxes, q̃ Longimanus cognominatus est, suffectus. Hermannus Contractus. 464

3500

COelũ ardere uisum, & annus tam hominibus quàm pecori lõgè fuit pestilẽtissimus. Æqui Antiatum suscipientes exules, contra fœdera cũ Romanis facta, excursiones in Latinorum agros fecerunt: cõtra quos anno sequenti missus Q. Fabius Vibulanus, qui prius pacem cum ijs fecerat, strenuè pugnauit. Verùm cũ se ad Volscos attraxissent, et fides Antiatum laboraret, cũ ingenti exercitu iterum in Romanorum agros populãdi gratia ingressi, à Posthumio uicti atque fugati sunt. Liuius & Iulius Obsequens cap. 13. 463



3502

COelum iterum ardere uisum plurimo igni, portentaque alia aut obseruata oculis, aut uanas exterritis ostentauere species, quibus auertendis terroribus, in triduum feriæ indictæ: per quos omnia delubra pacem Deũm exposcentium uirorum, mulierumq; turba implebant. Bellum gestũ est cum Æquis, cõtra q̃s Furius primũ parũ feliciter, Posthumius uerò prosperè pugnauit. Antiates milites ppter seruũ auxiliũ cũ ignominia sũt dimissi. 462

Anno

Anno uerò ſequenti, peſtis crudeliſsima Romæ graſſata eſt. Liuius & Iulius Obſequens cap. 14.

3503 

ITerum cœlum ardere uiſum, & bos loquuta. Æq omiſsis Latinis, Hernicisq; pperato itinere Romã properarunt, ut ob iuuẽtutis ab ſentiam urbem caperẽt. qui tamen à Lucretio mox circumuenti, ac magna ſtrage fugati ſunt. Volſcorum agri à Veturio uaſtati ſunt, quorum etiam nomen ferè eo anno deletũ eſt. Liuius & Obſequens. 460

3504 ANno ab urbe condita 292. iuxta Oroſij ſupputationem, dum bellũ Punicum ſurrexiſſet ſecundum, multa prodi- 459



gia prçceſ ſerunt: Romæ bos mugitum ſuũ in humanũ ſermonẽ conuertit: in Picæno lapis deſpluit: In Gallia lupam uigili gladium è uagina abſtulit. In Sicilia duo ſcuta ſudauerunt ſanguinem, & à metentibus cruentæ ſpicæ inuentæ ſunt.

APud Cerites aqua ſanguine commixta fluxit, cui prodigio poſt Valerium Maximum, & alios, ipſe etiam Auguſtinus lib. 4.

Digitized by Google

libro 4. de ciuitate Dei astipulatur, dum ait, Etiam tum natos infantes de uteris matrum quædam uerba clamasse: uolasse serpentes, fœminas & gallinas, ut homines in masculum sexum fuisse conuersas: Vincentius libro 6. cap. 40. Cuius tamen numeri sunt mendosi.






3505




TErra ingenti motu concussa, bos loquuta, & cœlũ iterũ ardere uisum, cui rei priore anno fides nõ fuerat data. uariæ spectrorum facies, horrendæq; uoces oculis & auribus hominum obuersatæ sunt. Carne pluit, quæ niuis instar è cœlo, frustis maioribus & minoribus demissa, ab omni genere auium interuolantium direpta, priusquam terram attingeret, reliquũ uerò, q̃d intercidit, in urbe agrisq; sparsum iacuit multo tempore, nec colore mutato, nec odore, cõtra morem ueterascentium carnium. Id uates indigenæ interpretari non po- 458

Digitized by Google



3506 tuerunt. Libri autem Sibyllini monuerunt, cauendum ab externo hoſte, & ciuium ſeditionibus. Hoc autem anno lex Terentilla maximo conatu de Decẽuiris creandis tẽtata eſt, maximęq; ſubortæ inter patricios & plebeios diſſenſiões. Proximo 457
autem anno exules Romani ac ſerui numero 4000. duce Appio Herdonio Sabino, Capitoliũ occuparũt, unde non abſq; magna ciuium ſtrage ſunt expulſi. Liuius, Dionyſius, Obſequens cap. 16.

3508 LVpi in Capitolio uiſi, qui à canibus fugati ſunt, cuius prodi- 455
gij cauſa totum Capitolium eſt luſtratum. Æqui, quibus ſuperiore anno pax data erat, fracto fœdere, duce Graccho Choelio Latinum agrum ac Tuſculanum populati, in Algido caſtra locarũt: contra quos L. Minutius profectus infeliciter in caſtris obſeſſus, ac demum à Quintio Cincinnato liberatus eſt. Æqui uicti, ac ſub iugum miſſi ſunt. Liuius Iulius Obſequens cap. 17.




Digitized by Google

3527 MArcomirus Troianorũ exulum rex cum in Scythia à Gothis hinc inde uexaretur, ac de alijs sedibus quęrẽdis rationes iniret, facto gentilium more sacrificio, monitus est oracuło, ut adiret eum locum cum suis, ubi Rhenus in mare labitur, ibi adepturus optatã quietẽ. Atq; ut certior esset, superuenit maga quædam Alruna nomine, quæ ad idẽ illum est cohortata. Effecit autẽ mulier illa arte sua, ut noctu regi Marcomiro appareret spectrum quoddam cum tribus capitibus, nempe cum capite aquilæ, capite bufonis, ac capite leonis. Dixitq; aquila, genus tuum ô Marcomire opprimet me, ac conculcabit leonem, interficietq; bufonem, quibus significauit futurũ, quod posteri eius habituri essent dominium in Gallos, Romanos & Germanos. Relicta igitur Scythia, peruenit in Germaniam & occupauit illa loca, ubi hodie est Geldria & Hollãdia, uocatiq; à Saxonibus Neomagi, id est, noui affines, seu noui uicini. Annales Frãciæ, Munst. li. 2. Cos. et Func. 436


IN Italia terræmotus ingẽs factus Proculo Gegano Macerino et L. Menenio Lanato Cõsulib. Fames maxima inde subsequuta est, adeò q̃d multi inopia coacti sese in Tiberim præcipitauerit.





3531 TErræmotus M. Cornelio Maluginẽsi, L. Papyrio Crasso Cõsulibus, pestis consequuta. Ioan. Funccius. 432

3538 DVm regnaret quartũ annũ in Spartanis Archidamus Zeuxidami filius, terræmotu facto omniũ ante eam ætatẽ memorabiliũ maximo, ingẽtibus Lacędemonia tellus hiatibus soluta est. Cõcussis Taygetis mõtibus, quidã eorũ uertices patefacti, 425



uniuersa ciuitas diruta atq; cõfusa, domos singulas, præter 5. cũ ingẽti fragore, & ruina pstrauit. Exercebãt tũc forte in medio portico puberes simul atq; adolescẽtes. Ante eam terræ concussionẽ leporẽ quendã in cõspectu eius aduenisse ferunt. Hunc adolescẽtes (ut erant) unctos ioco extra gymnasiũ insectatus fuisse, puberes uerò, q intus se cõtinuerant, ruina gymnasij obrutos oẽs ad unũ pariter perijsse, ea ppter eorũ sepulchrũ et nunc quoq; Sismatium appellatũ est. Plut. in Cimõe. Anno sequẽti maxima siccitate laborãtũ est, Plato philosophorum Deus natus, Pericles obijt, postquã Athenienſibus præfuisset annis 40. Euſebius & Thucid. lib. 2.




GRauissimo terræmotu tota Sicilia cõcussa est, et insuper Ætna mõs eiectis ignib9 fauillisq; calidis agros & uillas uastauit, tunc etiã Athalãte ciuitas Locris adhærens terræ contigua, repentino maris impetu obsessa, atq; in insulã desolata est. Athenienſium quoq; miserabiles reliquias pestis inuasit, diuq; depopulata est. Oros. lib. 2. & Vicent. li. 4. ca. 59. Euseb, cuius tamẽ supputationẽ hic nõ sequuti sumus. Cõtractus. & Ioan. Func.




3542 ATheniensis à socijs persuasi, cum sexaginta nauiũ classem ad Sicilienſe bellũ iam cõparassent, proluuium ignis ex Ætna quãtum ante nullũ memoria hominũ manauit, corrupitq; aliquantulum Catinensis soli Ætnæ 421

Anno mun di.



Ætnæ radicibus adiecti ter ad summū uiolenta illa uis ignium ad id tēpus extitisse dicit, ex quo Sicilia à Græcis cęperat habitari. Solis facta est eclipsis. Exijtq; cum his sextus Peloponnesiaci belli annus. Sabel. li. 6, Ænead. 5. Darius Artaxerxes fil. Xerxis diem obijt, ut author est Thucidides in 4.

3552 CLitodemus oīum, q̄t- 411
quot Athenięsium res paruas descripserunt, antiquissimus in Attica historia inquit, cū Athenienses classem iam Siciliam uersus instruxissent, infinitam coruorum multitudinem prouolasse Delphos, & mutilasse has simulachri partes, aurumq; ab eo rostris detraxisse. Addit idem, hastam fregisse coruos, & noctuas, & quicquid ad imitationem fructuum autumnalium erāt ad palmam effictum. Recēsuit item Clitodemus alia complura signa, quæ prohibuerūt, in Siciliam Athenienses ne soluerent. Pausanias lib. 10.

3553 


ANte cladem Athenien- 410
sium in Sicilia, quæ accidit Olympiade nonagesima secunda, Euclea Athenis prætore, cometa in Septentrionali parte cœli, sole circa Hybernas uersante conuersiones, uisus est. Caspa. Beuęer. de meteorolo. Mox Syracusani ab Athenienſibus uicti, obsessi sunt: Lacedæmonij Syracusanis auxilia res copias misere. Athenienses uicti

ſes uicti ac Nicias cum alijs interfectus eſt. Thucidides libro 6. & Plutarchus in Nicia.





3554 STatim poſt bellum Corcyrienſe in ipſa hyeme, quæ ſequuta 409
eſt, pernicioſa peſtis Athenis orta eſt, quę per annũ deinceps, nihil remittens, ciuitatis opes uehemẽter afflixit. Mota eſt ꝑterea pleriſq; Græciæ locis terra, in Hieta noctu ignes extiterẽ, interdiu fumus uelut ex camino quodam redditus eſt. Circa eandẽ regionem crebri fuerũt terrarũ motus, qui, Lacædemonijs in Iſthmũ procedere cupientibus, & in Atticã iter inſtituentibus, fuerũt impedimẽto. In Euboea circa Orobias, partẽ terræ & urbis etiã cũ ꝓpinquis multorũ ſubitus pelagi æſtus inũdauit. Ad Athlantã quoq; inſulã apud Locros ſimilis alluuio facta eſt, quę ſine motu terræ haud quidẽ accidere potuiſſe crediderũt. In Sicilia Chariada Athenienſiũ duce à Syracuſanis in pugna interfecto, Laches, penes quẽ unum erat nauium poteſtas, Mylas Meſcenijs ademit, duabus ibi hoſtium cohortibus oppoſitis. Sab. li. 6. Enne. 3. ex Thuc. & Plut q eius belli mentionẽ faciũt & Func.



3560 LYſandro cõtra Athenienſes maritimo prælio dimicante, Ca 403
ſtorem

storē & Pollucē in eius naue ex utraq; parte extitisse, à Pluta. memorię proditū est. Quidā & lapidis casum ad earū rerū euentum prodigio fuisse ferunt. Nā ut constās multorum est opinio, mirę magnitudinis saxū ad Ægospotamos è cœlo delatū esse. Quod post longā ætatem miraculi loco ostensum est, id præcipua religione prosequētib. Cherronesi incolis. Pluta. in uita Lysandri. Lysander Atheni. apud Ægos flumē nauali prælio uicit, in quo omnes Athenarū uires ceciderunt. Muri Athen. ad tybię cantū diruti. Tyranni triginta ad Remp. administrandam constituti sunt.



3569 LAcus in Albano nemore sine ullis cœlestib. aquis, causaue alia, quæ rē miraculo eximeret, in altitudinē insolitā creuit. Cum autē ab oraculo scisciteret, quid ea res portēderet? respōsum est, ut aquā eius lacus emissā per agros diffunderent. Sic em̄ Veios, quos acri ac diutino bello uexabāt, in potestatē populi Rom. uenturos. Quod ubi factū est, hostiū urbe potiti sunt. Tarquinienses noui hostes exorti Romanorū agros, ꝗs 394
3570 multis simul bellis, Volscorū ad Anxur, Æquorū ad Lauicos, & ad hoc Veienti quoq;, Valisco, Capenatiq; bello occupatos uidebāt, depopulabant: cōtra ꝗs tamen Aulus Posthum. & L. Iulius uoluntariorū manu, pfecti, turpiter fugarūt. Liui. li. 3. dec. 1. Plut. in Camil. Cic. de diuin. Val. Max. li. 1. ca. 6. Iulius Obseq. ca. 18.

3571 VEios iam post longam obsidionem expugnatis, cum Roma- 393
nimilites in urbis direptione, Deorum etiam statuas Romā

transferre conarentur, ac quidam seu spiritu diuino tactus, seu iuuenili loco ad statuam Iunonis diceret, Vis ne Romam ire Iuno? posteaquam capite annuisset, se libenter isturam, magna omnium admiratione respondit. Vnde Romam in Auentinũ æternam sedem suam ducta est, quò uota dictatoris uocauerant, templumq; ei à Camillo dedicatum est. Liuius lib. 5. Dec. 1. Lactant. lib. 2. cap. 8. Plutarch. Obsequens & alij.

3574 BRennus Gallorũ rex, cum magno exercitu ad Delphos pro 389
peraret, ut diriperet omnia, Barbaris signa à deo celeriter





sunt exhibita, omnium quod scimus manifestissima. Omnis em̃ terra, quam tenebat Gallorum exercitus, uiolentis motibus maxima diei parte est quassata. Tonitrua item & fulgura continua coruscarunt, quæ & perterrefecerunt Gallos, & quo minus, quæ annunciabantur, auribus perciperent, uenerunt. Hæc autem cœlitus demissa prodigia, non in unum tantũ grassabant, sed in uicinos etiã, & cùm homines, tum arma incendebãt. Apparuere eis & heroũ spectra, Hyperochus, Laodorus, & Pyrrhus. Nõnulli & his annumerant, Phylacum, Delphorũ indigenã. Ceciderũt in acie cum alij Phocenses permulti, tum Aleximachus, qui in hac pugna præ reliquis Græcis, flore ætatis, corporis robore animiq; fortitudine ad necem Barbaris inferendã alacerrimè est usus. Pausanias lib. 10.

3576 M. Ceditius homo de plebe, nunciauit Tribunis, se noctis si- 387
lẽtio audisse uocẽ clariorẽ humana, quę Magistratib. dici iuberet

iuberet, Gallos & Teutonas, atq; Germanos aduc̃tare. id, ut fit, p pter authoris humilitatẽ spretũ est, et q̃d lõginqua tum eoq; ignotior gens erat, uerũ illis non sibi, puidentibus, Roma tandẽ à Gallis exusta, duce Brẽno rege ipsorũ. Camillus autẽ, quẽ antea ex urbe eiecerat populus, hoc tẽpore, ut latè apud Liuiũ ac alios leges, boni uiri functus est officio. Nã omni, prsus dissimulata iniuria, quã præter meritũ passus erat, collectis ex ipsa uicinia copijs, inopinato oppressit Gallos & Germanos in urbe, seruata ab obsidione arce, & ciuibus omnib. qui reliqui erãt. Cladem hãc passa est urbs tẽporib. Artaxerxis Mnemõis, & sub idẽ ferè tẽp9 à Lacedæmonijs Athenæ captæ, et deuastatæ sunt. Alex. ab Alex. li. 3. ca. 15.

3585 MAgno terræmotu Helice & Bura Pelopõnesi urbes absorptæ sunt. Euseb. Eutrop. lib. 1. Anno p̃terito natus Aristot. præceptor eximius Alex. Magni. Gell. lib. 17. cap. 21. Euseb. Eutrop. Funcci. Mausolus rex Cariæ hoc anno obijt. Cui ab uxore Artemisia sepulchrũ factũ est nomine Mausolũ, quod postea inter septẽ orbis miracula à Plin. lib. 36. ca. 5. atq; alijs numeratũ est. 378

3596 INgẽs uniuersam Romã pestilentia corripuit, nata quidẽ, nõ ut assolet plus minusue solito tẽpore ex turbata tẽperie, hoc est, ex intẽpestiua hyemis siccitate, aut ex repẽtino ueris calore, aut ex incõgruo humore æstatis, uel ex autũni pinguis indigesta illecebra, uel expirata de Calabriæ saltib, corrũpente aurã, quæ repẽtinos aluitarũ infirmitatũ solet adferre trãscursus, sed grauis diuturnaq; incidit, quæ in nullo sexu erat dispar, in nulla ætate dissimilis, qui cũctos p bienniũ iugiter tabe cõfecit, ut etiã, quos nulla non egit in 3605 mortẽ, turpi macie exinanitos, afflictosq; dimiserit. Mar. Fritsch. 367



ROmæ in medio foro, siue motu terræ, siue quã ui ãlia, terra specu uastissimo collapsa est, quam terræ uoraginem nemo neq; terræ cõiectu, neq; ulla quauis materia explere potuit. Insiciebant autẽ ex editis inde uaporib. pestilẽtissimis multorũ hoĩm corpora, q̃ cũ remedia oĩa respuerẽt, rebus iã desperatis, deorũ monitu, Mar. Cur. strenui demũ equitis aĩmoso facinore liberati 358

sunt.

Digitized by Google

sunt. Posteaq̃ em̃ se pro salute patriæ in specum armatus præcipitasset, pestis statim post multorũ funera sedata est. Liuius lib. 7. Dec. 1. Orosius lib. 3. cap. 5. Obsequens cap. 20.

3606 Dion Syracusanus quũ exul in Dionysiũ iuniorẽ Siciliæ tyrãnum bellũ moueret, sues sine auribus natas ferũt. Tũ Dionys. suis uiribus diffisus, hosti principatũ cessit, in exiliũ concedẽs. Ita significatum fuisse in hoĩm mẽtibus inhæsit, ut breui tẽpore ciuiũ aures ab auditiõe tyrãnidis uacuæ essent. Polyd. Vergil. lib. 3. prod. 357

3609 

Cometes, in q̃ tubę effiges in hastam mutata est, hoc anno apparuit. Plin. lib. 2. cap. 25. Fit hic annus alter, quo conceptũ Alexand. Magnũ constat, q̃d eque mirari potest. Nã ea nocte, qua cõceptus est Alexãder, ferunt per quietẽ uisũ esse Philippo, q̃d reginæ Olimpiadis utero sigillũ impressisset, cui leonis effigies insculpta erat, significari hoc somnio interpretati sunt, Olimpiadem reginã grauidã è Philippo potentissimum regẽ pariturã esse. Eo anno Illyrici uicti sunt, atq; mox bellum sacrum ortum, de q̃ Iustinus lib. 8. Diodorus Sicul. de gestis Philippi regis. 354

3614 Philippi Macedonũ regis tẽporibus quũ multi direptis hinc inde tẽplorũ bonis ditescerẽt, essentq;, qui iã Apollinis tẽplũ aperuissent, atq; locum circa focũ ac tripodẽ (ubi thesaurus erat) excauare cœpissent, magnis terræ tremoribus factis, Phocenses ualde sũt pterriti, planeq; ita deis animaduersionem in sacrilegos prę mõstrantib. à furto destiterunt. Ac Philon, qui facinoris tam impij dux ac autor fuerat, breui pœnas meritas exoluit: sed enim pecuniæ sacræ interuersæ, licet crimen totum Phocensibus ascriberetur. Diod. Siculus de gestis Philippi anno 14. fol. 35. 349

3615 Chasma ingẽti incẽdio decidit in terras. Plin. lib. 2. ca. 27. Ochus Ægyptũ, Cyprũ, & Phœniciã recuperauit: Sidonẽq; proditione accepit. Orosius & Diodorus. 348

Valeri-

Digitized by Google

3617 VAlerius Coruinus tribunus militum sub duce Camillo reliquias Senonum persequēte, aduersus Gallum prouocatorem solus cum, processisset, coruus ab ortu solus galeę eius insedit, & inter pugnandū ora oculosq; Galli reuerberauit. Vnde quoque, hoste victo, Valerius Coruinus dictus est. Liuius lib. 7. dec. 1. Plinius de uiris illustribus cap. 29. Obsequens cap. 21. 346





3619 CArthaginenses cum magno impetu in Grecos atrocissimos hostes irruissent, & armis iam gliscentibus res geri cœpta esset, subito ex montibus stupenda tonitrua sonuere, fulguraq; cœlo cadentia pugnantium strinxere oculos, inde imber uento permixtus à uertice Græcis illatus, Carthaginensium ora occupat, Et iam præ nimio cœli strepitu ducum imperiū exaudiri nō poterat. Degrauari interim imbribus uestes, arcusq; & cętera instrumenta inutilia fieri, sed nihil æquè Pænorum animos turbauit, quàm quòd transeuntiū studio refractis Criniſŋ aggeribus, uorticosus & uiolentus amnis cœpit omnia circa loca inundare, ut iam alijs alij auxilio esse non possent. Postremo lectissima cohors à Timoleonte in hostem sua sponte turbatum immittitur, tum uerò Carthaginensiū multitudo cœno & aq̄s fœde colluctata, in fugā auertit. Multi ipsa planitie sunt oppressi, alij ui aquarū & fluminis uerticib absorpti perierūt. Decē barbarorū milia eo prælio desiderata, etin his tria Cartha. opib. et dignitate inter suos lōge principū. Nullo ad id tēpus prælio Carthag. tot uiros una pugna amiserant. 344

amiserant. Nam cæteris bellis mercenario milite plurimũ usi fuerant, uincereq; non uinci consueuerãt. Castris Timoleon, potitus quinq; millia hostiũ cœpit, mille thoraces, scutorum decem millia, auriq; & argenti maius omnino põdus, quàm pro numero hostium credi possit. Punica spolia Corinthum missa, solenniq; titulo dedicata. Sabel. lib. 3. Ænead. 4. ex Plut. Timoleonte & Diodoro Siculo in uita Philippi.

3621 TImoleonte in Delphum trajiciente, facta re diuina, cum in tẽ 342
plum Apollinis atq; in adytum uenisset, miraculum sibi euenit. Nam uitta quædam coronis, & trophæis insignis de suspensis donarijs defluxit, & caput eius, ut à deo coronatus ad res gerendas præmitti uideretur, coronauit. Cum itaq; naues decem haberet, Corinthias septem, Corcyreas duas, unam Leucadam, iter ingressus est. Cui noctu pelagus ascẽdenti, & sequundis uentis mare percurrenti, repente cœlum scindi uisum est, & supra nauẽ multum, lucidissimumq; ignẽ effundi. Deinde cum lampas quali in mysticis sacrificijs utuntur, eleuaretur, & cursu Italiam uersus dirigeretur, quo nautæ maximè intenti erãt, in terram ueluti fulmen irruit. Plutarch. in Timoleonte.

QVum Dionysius iunior suo principatu pulsus est, accidit prodigium, ut uno die in portu dulcescceret mare. Rauisius Textor. Hoc autem anno Dionysius Timoleonti se dedidit. Siciliam reliquit atq; Corinthum nauigans uitam miserrimè traduxit. Timoleon autem Syracusanis libertatem restituit. Plutarch. Diodorus, Iustinus lib. 21.

3623 

ALexander cum exercitum ad urbẽ Thebanorum ad- 340
duceret, signa ꝓdigiaq; dij ipsis miserunt, pronũciantes tantam, quantam nũquam antea, cladẽ. Nam palus Onchesti sonitum horribilem cõtinuumq; edidit, ita ut portus & stationes contremiscerent. Fons item, qui secundum Ismenũ, ipsaq; mœnia est, nomine

nomine Dirce, cum reliquo omni tempore pura dulciq; lympha fluxisset, repente prꝛter spem omnium sanguine impleta est, qua de re Thebani deos Macedonibus exitium minitari credebant. Tum in ciuitate in delubro Cꝛreris, aranea iuxta faciem imaginis, suam artem exercuit, consuetamq; telam duxit. Simulachrum etiam Mineruæ Alalcomeneidis cognominatæ, spontanea flamma combustū est, nullo igni subiecto, atq; alia innumerabilia eiusmodi contigerunt. Ælianus lib. 12. de uaria hist.

LYcomacho Athenis pꝛtore anno 4. Olympiadis centesimꝛ nonæ, cometa uisus est iuxta circulum Æquinoctialē. Hunc






sequutus est uentus horribilis propè Corinthum, & paulò post Athenienses Demosthenis suasu cum Philippo Macedone congressi ad Chꝛoneam cꝛsi sunt, amissis duobus millibus ciuium, desijtq; cum hac clade Græcorum potentia & libertas. Casparus Peucerus de meteorol.

3622 CVm Iunoni Monetæ in eo urbis loco, ubi Manlij domus fuit, ædes dedicaretur, prodigium ex templo dedicationem se- 341
quutum, simile uetusto mōtis Albani prodigio. Lapidibus enim pluit & nox interdiu uisa est intendi. Feriæ proinde sunt indictæ, nec tantum à Romanis tribubus supplicatum, sed à finitimis etiam populis. Iudicia eo anno populi in fœneratores facta, quibus






est ab ædibus dicta dies. Proximo uerò anno bellum cum Samnitibus ortũ est, gente tum opibus & armis ualidissima: quod bellum mox aliud cum Pyrrho rege, & cum Pœnis grauissmum peperit. Liuius & Iulius Obsequens cap. 22. Plin. lib. 16. cap. 4.

3628




335 QVo tempore ex Macedonia cum Alexandro abijt Seleucus, Pellę cum rem sacram Ioui faceret, ligna aræ imposita, sponte sua ad simulachrum se conuerterunt, & sine igne incensa arserũt, Pausanias lib. 1.

IN Abisari regione, Alexandri Magni temporibus constat dracones nutritos, unũ cubitorũ 80. 140. alterũ, ut à legatis eò à rege missis certo relatum est. Author est autẽ eius rei Onesicritus mirabiliũ rerum scriptor. Quod si ueritati non consentaneũ uideatur, non mirũ uidebitur



debitur, si leges in Aphrica, Regulo bellante, serpẽtem centenum pedum ac uicenum ad Bagradam fluuium à Romanis militibus balistis expugnatum esse, cuius corium postea in Aphricam missum est. De q̃ infra suo loco ex Tuberone, Liu. & alijs authoribꝰ.



ALexander autẽ rex Thebas captas disrupit, Asiam cum exercitu traijciẽs, ad Granicũ Persas collatis signis superauit, omnes regiones Ciliciam usq; obtinuit. Darius uerò ad Issam uictus, mater & uxor eius cum duabus filijs captæ, ab Alexandro summo honore habitæ.

3629



3630

ALexander Macedoniæ rex omniũ bellicosissimus dum in India prẽliatur, cõcussis armis, uisus est barbaris lumẽ infundere & mõstrum ante se gerere. Alexan. ab Alex. lib. 1. cap. 20. Eius expeditionis meminit Contractus. 334


IN tẽplo Cereris Thesmophorę signa sunt uisa, contraria illis, quæ ante Leuctricam pugnã apparebãt. Tũc enim supra templi fores aranei candidam telam texebant, atram uero sub Alexandri & Macedonum irruptionem. Dicitur & in agro Athenienſium cineribus pluisse anno priusquàm, bello illato, Sylla eos multis calamitatibus affecit. Eiectos itaque nunc ab Alexandro Thebanos & Athenas profugientes, Cassander postea Antipatri F. reduxit. Pausanias lib. 9. 333


Digitized by Google



ALexãder Macedo cum in Syria, Ægypto aliisq; regionibus sibi ob locorũ difficultatẽ insuetis, hinc inde cum exercitu castra mutaret, interdiu exinsperato demissi imbres soluere metum, ac humectantibus arenis, siccitatem insolitam extinxerunt. Quibus in se condensatis, ac suaues spiritus, ac purior impẽdebat aër. Inde dum ductores confusas amisissent metas, iamq; errare cœpissent, dispersis ex ignoratione comitibus, coruos qui prœuolãtes eis iter mõstrarent, ac tardius subsequentes præstolarentur, apparuisse constat. Et quod longe mirabilius est, tradit Clisthenes noctu palantes cantu ac uocibus ad sequenda comitum uestigia reuocasse. Plut. in Alex.

3631 ALexandro corona capiti imposita sacrificanti, cum pro ritu 332
sacrificij libasset, auis quædam ex eo genere, quæ prædæ assuescũt, aram præteruolãs, cum lapis, quem forte unguibus ferebat, excidisset, caput eius percussit. Arrianus lib. 2, de rebus gestis Alexandri Magni.





FVit per eos dies ingẽs Lunæ defectio. Quapropter Alexãder lunæ ac soli, & item Telluri, à quibus eclipsin generari ferũt, sacrificium

Digitized by Google

sacrificium instituit. Quam quidem rem Aristander contemplatus, Macedonibus, atq; Alexandro prosperam fore, eoq; mense cum Dario pugnandum, extaq; uictoriam Alexandro promittere asseuerauit. Arrianus lib. 3. de rebus gestis Alex. Magni.





ALexandro Magno Tyrios debellante, in ipsa urbis oppugnatione dira ostenta extiterũt. In urbe quippe riui sanguinis, follibus flare incipientibus, per ignem fluxere: & miles in castris quũ panẽ fregisset, sanguinis guttæ subito emicuere. Quo prodigio territus Alexander ab Aristandro uate est cõfirmatus, qui ad Tyrios id pertinere ostendit, quãdo cruor intus non foris fusus esset. Sabel. lib. 4. Ennead. 4. Polydorus lib. 3.







3633



ALexandro ex Media Babylonẽ petenti, cor ui ſublimi uolatu ſe mutuo inceſsẽtes quoſdã afflictos ac penè diſcerptos, in illius conſpectu ad terram demi ſere. Apollodoro quoque Babylonis præfecto pro re ge immolanti, ſine capite ie cur extitit, & ignotus quidã diademate & ſtola inſignis, in regio ſolio ex improuiſo reſedit, iuſſum à Serãpide ſe id facere prædicans, qui augurũ iuſſu cõfeſtim neci eſt deditus. His Alexander prodigijs terr tus, iuxa deos homines q ſuſpectos habere cœpit, atq omniũ maximè Antipatrũ, cuius filiũ Caſſandrum capillis arreptum parieti aſſixerat, quod barbaros intuitus regem adorantes, ut adoleſcens nuper domo profectus cachinno non abſtinuiſſet. Sabel. lib. 6 Enneadis 4. 329

CVm autẽ caſtra ſecus torrentẽ quendã poſita eſſent, circiter ſecũdam noctis uigiliã improuiſis imbribus auctus torrẽs, tanto ſeſe impetu per agros effudit, ut pueros pleroſq ac fœmi-





nas (quæ ægrè agmen ſequebant) cum regia ſuppellectile, ac farcinis, iumẽtisq (quæ ſupererãt) correptos abſtraxerit: ijs quoq, q in caſtris erãt, magna armorũ parte amiſſa, difficulter ſeruatis. Plerique etiam dum proficiſcerent, aquarũ copiã nacti, calore ac ſiti

ſtimu-

Digitized by Google

stimulãte, simul inopiæ futuræ metu immodico potu distẽti, animã efflauerunt. Arrianus lib. 6. de rebus gestis Alexãdri Magni.

CVm Alexãder Magnus in Cabazã regionẽ exercitum duceret, iã biduũ nubilo cœlo fœdamq; tempestatẽ interminante, iter egerat, cũ tertia dies multo nubilior orta, totã cœli faciẽ horrẽdo atrore fulgoribus intermicantibus uestijt, sequutus fragor cadentiũ fulminũ, fædaq; tẽpestate militũ oculos & mentẽ perstrin






gens, tum dena grãdo præcipiti casu supereffusa ita exercitũ afflixit, ut eo, quo quisq; fuerat, loco deprehensus, humi procũberet cõtegens se armis. Quidã arborũ stipitibus hærebãt, obrigescẽtibus interim mẽbris, multi codẽ habitu, q̃ hæserãt arboribus. Inter se obuersi exanimes repti sunt. Fuisset eo saltu pars maxima exercitꝰ cõsumpta, nisi exhortãdo singulos circuisset, ægrè humo attollẽs corpora torpore defixa, deerantq; uires ad cõtinuandũ iter, nisi toto saltu iussu regis ignes confestim excitati essent, quibus refectus miles paulatim gressum remolitꝰ est, signaq; obseruauit. Sab. lib. 6. Ennead. 4.




ALexãder Mag. cum ad Oxum amnẽ castra posuisset, & tabernaculũ suum militare statuis circũdedisset, fontẽ manãtis olei, q̃d dictu mirum, scaturisse apud Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 12. legimus.



ALexander Magnus cũ magno exercitu in Indiã penetrans, posteaquam flumẽ trajcere uellet, atq; quartam iam partem enatasset, subito horrendum prodigium oblatum est. Hippodami eñ equi fluuiales inter profundos aquarum gurgites emersi apparuerunt, raptosq; ih uertice uidente exercitu absorpserunt. Vnde iratus rex in duces, qui exercitũ in periculum duxerant, centũ ac quinquaginta ex his, in flumen mitti iussit, quos propulsos hyppodami iusta pœna affecerunt.

MVnitis castris Alexandri Magni iuxta stagnũ, militibusq; qeti nocturnę deditis, ad primos radiãtis lunæ ortus, subi-




tò arrectis caudarũ aculeis, scorpiones consuetã petentes aquationem, ad castra innumeri confluxere. Hæc prodigia insequuta est immensa uis cerastarũ, serpentumq; uarijs distinctorũ coloribus. Nam quidam rubentibus squamis erant, quidam nigri, & candidi coloris, quidam auri fulgore consimiles inspiciebantur. Sibilabat

bilabat tota regio, non paruum Macedonibus inferens metum. Sed illi frontem castrorum densauerant clypeis, & in manibus longas habebant hastas, quarum spiculis malas bestias configebant, & ignibus plures necabantur. Quæ res eos propè duas horas sollicitos tenuit. Pota autem aquâ minores abire cœperunt, & serpentes maiores, cum ingenti exercitus gaudio, latebras petierunt. Tum ad horã noctis tertiã, Macedonibus aliquã sperantibus requiem, binorum ternorumq; capitum cristati serpentes aduenerunt columnarum grossitudine aliquanto pro-



ceriores, qui ad potandam aquam ex uicinis montium speluncis processerant, oribus squamisque suis humum atterentes. Quorum pectora cum trisulcis linguis fauces exertabant, scintillantibus ueneno oculis, quorum halitus quoque pestifer erat. Cum



his hora amplius una Macedones pugnauerunt, triginta seruis; & uiginti militibus amissis. Post discessum serpentum, cancri immodicæ multitudinis, crocodilorum pellibus contexti ad castra uenerunt, Quæ prodigia duricia thoracis, uel loricæ ferrum respuebant. Multi ignibus usti, multi se in stagnum receperunt.

Cumq;



Cumq; castrenses putarent adesse finem inquietudinis; en superuenerunt albi leones, taurorum magnis comparãdi corporib9, nec minus fera nocte apri ingẽtes, lynces,



Tygrides

Tigrides & horribiles pantheri miscebãt prælia, illisq; fugatis uespertilionum genus columbinis corporibus æqualẽ infesta bat exercitum. Vna præterea noui generis bestia, maior elephãte






comparuit, tribus armata in fronte cornibus, equo simile habẽs caput, atri coloris. Hanc Indi appellant Odonta. Hæc pota aqua intuens castra subito in milites impetum dedit, ne ignis quidem oppositi tardabatur ardoribus. Ad quam supprimendam triginta sex milites fuerunt occisi, atque tres & quinquaginta falcati inutiles facti, uixq; tandem defixa uenabulis occubuit. Venerũt & mures Indici in castra uulturibus similes, quorum morsibus uulnerata quadrupedia statim expirabant. Vincentius libro quinto, capite uigesimo quarto.



AB eodem Alexandro in Ægypto uisæ sunt nubes ardentes de cœlo tanquam faces descendere, quarũ incensu totus campus ardeat. Vincentius libro 5. cap. 55.

Bucephalus



BVcephalus Alexandri Magni Macedonum regis equus, forma fuit ac natura præter cæteros equos insigni, magnitudine, quę mediocrem excederet, spiritu alto ac generoso, colore nigro, taurino (ut Arrianus in quinto de rebus Alexãdri, ac A. Gellius in 5. noctium Atticarum cap. 2. memoriæ tradiderunt) capite albam maculam habente, ornatus regia ephippia nullum omnino præter Alexandrum sessorẽ admittebat. De qua mira præterea leges apud Plutarchum in uita Alexandri, Strabonem libro 15. Curtium libro 9. & alios.

3647 ABderitas regionem suam nullam aliam ob causam deseruisse, patriumq; solum reliquisse literarum monumentis traditum est, quàm ob murium ranarumq; multitudinem, à quibus tota regio longè lateq; mirum in modum infestabatur. Sabellicus libro 7. Ennead. 4. 315


3663 INVmbrię quadã spelunca duo millia armatorũ fumo igniq; consumpti. T. Liuius lib. 10. & Funccius. 299

3667 TErra de cœlo pluit, & in exercitu Appij Claudij plerique fulminibus icti sunt. Infestis eo anno armis cum Samnitibus pugnatum est. Pestis mirum in modum per totam Italiã, & in urbe potissimum, 295

Digitized by Google

Anno mundi. Ante Christum.

potissimũ grassata est. Galli à Fabio victi, ac in fugam uersi sunt. Fuluius in Hetruria feliciter cõtra Thuscos pugnauit. Titus Liuius, & Iulius Obsequens. Sabellicus lib. 7. Ennead. 2.

3677 

Illa tempestate, qua Lysimachus intulit Heraclien sibus bellum in Hellesponti & Chersonesi regionibus, terra adeò horrendè mota est, ut Lysimachia urbs altero & uigesimo anno ab eo, q̃ cõdita fuerat, magna ex parte conciderit. Fuitq; prodigium illud Lysimacho, et eius stirpi post paulò interitur ę, ac malorum omnium, quæ deinceps sequuta sunt. Emuero Agathocles regis filius, haud longo interiecto tẽpore, ab Arsinoe nouerca ueneno sublatus est. Sabel. lib. 8. Ennead. 4. 286



3685 GAlli sub duce Brenno cum niterentur Parnassum montem in Græcia conscendere, & dispoliare Delphicum templum per excitatum à dæmonibus terræmotum, cecidit in exercitum ipsorum portio montis, quæ multos interemit, deinde insequuta est horrenda tempestas, tonitrua, fulmina & grando, unde bona pars exercitus prostrata est, ut cogerentur abstinere à 278

Digitized by Google

sacrilegio alij, Brennus quoque dux grauiter læsus, & dolorem uulneris ferre non potens, ex impacientia sibijpsi pugione mortem consciuit. Cõsimile euenit Xerxi quarto Persarum regi. Hic enim direpturus Græciam, cum magnam uim hominum in eam transtulisset, contendissetq; Apollinis templum spoliare, in maximum uenit periculum. nam deuoluebant ex monte in eius exercitum duo saxa, cadebantq; ignita spicula cum horrendis tonitruis è cœlo, unde, qui conscenderant montem, ceu insani præcipitabantur de monte, interieruntq; tunc machinatione dæmonis, ut Trogus scribit, quatuor millia hominum. Delphici liberati ex illa mortalitate laudauerunt Apollinem deum suum: usque adeõ diabolus apud infideles potest aëris tẽpestates, quo uult, uertere, quò illos in errore & falsa superstitione contineat. Hæc Munsterus & Auentinus.

3686



PYrrhus cum in Latio militaret, in sacrificijs cor siliens in extis defuit: unde, cum magnas calamitates & fortunæ minas futuras prædictum esset, Pyrrhus statim post multiplices clades Italia pulsus est. Alexand. libro quinto, capite 25. 278

3690

INter alia prodigia, fulmine est etiam deiectum Iouis in Capitolio signum, cuius caput per aruspices inuentum est. 274

3691

Pyrrhus contra Romanos bellum suscepit, qui à Curio uictus, & Tarentum fugatus est. Mox Tarentini iterum noua aduersus Romanos arma mouerunt, Carthaginensium auxilia per legatos poscentes, quos tamen iterum uicerunt Romani. 273

Plurimis

3691 PLurimis locis scaturiens è fontibus cruor fluxit. De nubibus guttatim in speciem pluuiæ lacte dimisso, ut ipsis uisum est, terras ut imbres irrigauerũt. Vincentius libro sexto, capite 55. ex Orosio. 172



3696 IN Græcia cum decem & sex messores quẽdam è sociis aquatum misissent, reperit is apud fontem serpẽtem, qui complexus aquilam, arctissimis eam spiris implicitam suffocabat, ille, ut falce messoria armatus erat, audacter progressus, ferro serpentem dissecuit, aquilam liberam abire permisit, cúmque hausta in urnam aqua redisset, sociis singulis poculum ministrauit: mox cum & ipse quoque bibere uellet, præsto adfuit aquila, quæ poculum ab ore dispulit eiectum procul: dumque messor factum miratur, & aquilã, quã probè nouerat, increpat, et amóq; apud socios ingrati animi ream agere meditat, uidet eos & hic & illic concidentes uitam exhalare, unde simul & aquam, quã illi biberant, ueneno infectam, & se periculo subductum intellexit, beneficiumq; in uolucrẽ optimè collocatum, manifestissimè cognouit. Historiam latè descripsit Crates Pergamenus philosophus, Stesichorus uero Græco carmine prosequutus est, eius autem meminit Pierius Valerius libro decimo nono Hierogliphic. 277



3696



OBscœna prodigia, & dira Romæ uisa sunt. ædes enim Salutis ictu fulminis dissoluta, pars muri sub eodem loco de cœlo tacta. lupi tres ante lucem ingressi urbem, semesum cadauer intulerunt, sparsumque membratim in foro ipsi strepitu hominum exterriti reliquerunt. Apud Formias multis ictibus fulminum mœnia undique ambusta, & dissoluta sunt. apud agrum Calenum repentè flamma scisso hiatu terræ eructa, tribus diebus & tribus noctibus exæstuans, quinque agri iugera, exhausto penitus succo hubertatis, in cinerem extorruit, ita ut non fruges solum, sed etiam arbores cum imis stipitibus absumpserit. Hoc anno Picentes noui hostes facti, Romana in se arma exciuere. Liuius, Obsequẽs, Orosius, Vincentius libro sexto, capite uigesimo tertio.



3697 SEmpronius consul cum aduersus Picentes exercitum duxisset, & iam directè intra iactum teli utraque acies consisteret, repentè cum horrendo fragore terra ita contremuit, ut stupore miraculi utrunque pauefactum agmen hebesceret. uerùm mox in certamen 268



certamen progressi, bellum adeo atrox fuit, ut meritò dicatur humanum tantorum hominum sanguinem susceptùram, etiam cum gemitu horrisono tunc terram tremuisse: in quo tamen prælio Romani, quorum pauci euaserãt, uicerũt. Liuius & Iulius Obsequens cap. 26.

3698 DE nubibus in specie pluuiæ lac descendit. 265

Fũccius in chronicis. Salentinis à Romanis bellum indictũ, qui & ipsi armis uicti, in deditionem uenere. Captiq; sunt cum ciuitate simul Brunduſitij, & de ijs triumphatum est. Eutropius libro 2. cap. 2. Florus libro 1. titulo 20. Salentini Picentibus additi. Plura uide in Cuspiniano in cõsules Aurelij Cassiodori.






3700 INter multa alia prodigia, sanguis è terra, lac de cœlo manare uisum est. nam & plurimis locis scaturiens è fontibus cruor fluxit, & de nubibus guttatim in speciẽ pluuiæ lacte demisso, diri terrani imbres irrigauerunt. Eo tempore Carthaginenses, dato aduersum Romanos auxilio Tarentinis, cum à Senatu per legatos arguerentur, turpissimam rupti fœderis labem præsumptam accumulauere periurio. Sequu-

263

tum est quoq; libertinorum Volscienſium aduersus dominos conſpirantiū nefandum ſcelus, qui tamen mox duce Fabio Gurgite pœnas dederūt. Peſtilentia etiam crudeliſſima hoc anno urbem inuaſit. Liuius & Iulius Obſequens capite uigeſimo ſeptimo.

3704 ROmæ columna ante Iouis ędem, ui turbinis eſt decuſſa cum aureo ſigno. Quo uiſo ex aruſpicum reſponſo omnes magiſtratus ſe primo quoque die authoritate abdicarunt. Eo anno exercitus Romanorum ingens in Siciliam miſſus, multos ad defectionē compulit. Vaſtata eſt interea & Italiæ ora ab altera Carthaginenſium claſſe, cum interim Africa ab omni hoſtili iniuria immunis eſſet. Liuius & Iulius Obſequens capite uigeſimo octauo. 260

3707 ATtilius Regulus dux à Romanis contra Carthaginenſes factus poſteaq; hoſtes atrociſsimè uiciſſet, atque longè lateq; per illorum agros ſeuagatus eſſet, demum ad Bagradam flumen ueniens in nouum & memorabile certamen incidit. Stabulabat loco flumini proximo ſerpens inuſitatę magnitudinis, quē cum 257



infeſto occurſu ex aquatoribus quoſdam necaſſet, nec aliorum impune quiſquam illi occurreret, conſul baliſtis, & catapultis uelut molem quandam grauiſſimam expugnauit. Eius exuuiæ 120. pedum longitudine & maxillæ uſque ad Numantinum bellum in publico pependiſſe dicuntur. Sunt huius rei authores, Gellius Tuberonem ſequutus, Liuius, Plinius, & alij pleriq;, quo magis miror Polybiū, qui id bellum diligentiſſimè ſcripſit, totum locum ſilentio præterijſſe. Nec multi inde dies interceſſere, quibus Attilius Tunes oppidum quindecim millibus paſſuum

à Car-

Digitized by Google

à Carthagine ui cœpit, ubi caſtra fecit Romanorum Conſul, inde aduerſus Carthaginem uelut ex arce quadam decurſurus. Sabellicus libro nono Enneadis quartæ, ex Liuio uel potius Floris epitome libro octauo decadis ſecundæ.

3724






TYberis inſolitis auctus imbribus, omnia Romæ ædificia in plano poſita deleuit, & quæ ſegnior redundatio tenuit, madefacta diſſoluit, & quæ rurſus torrens inuenit, impulſa deiecit. Hanc aquarum cladem grauior ignis ſequuta eſt uaſtatio. Is enim pluriſmas ciuitatis partes peruagatus, tantum opus uno cõſumpſit incendio, quantum plurimæ & peregrinæ uictoriæ conferre non potuerunt. Oroſius libro 4. cap. 6. cuius tamen numeri in annorum ſupputatione ſunt deprauatiſſimi. Romani eo anno cum Pœnis pacem facientes Phaliſcis bellum inferunt, ut authores ſunt Polybius libro primo, et Eutropius, licet Oroſius diuerſum ſentiat. 239

Digitized by Google

3729 IN Piceno flumẽ sanguine fluxit. In Thuscia cœlum arsit. Ari- 234
mini tres lunæ uisæ. Eutropius & Cuspinianus in cõmentarijs in Cassiodorum. Eo anno Carthaginenses Corsos, ac Sardos in Romanos incitarunt.





3742



CAria & Rhodus ita ter 228
ræmotu cõcussę sunt, ut Colossus solis, quẽ Chares Lindius Lysippi discipulus, duodecim annorum spacio 300. talẽtis p̃cio ex apparatu Demetrij regis fecerat, rueret. Eusebius, Orosius, Vincentius libro 6. capite 40. Munsterus, quorum tamen supputationes sunt diuersæ.

EO anno Demetrius Macedonũ rex fatis cõcessit. Cuius Philippus in ordine 37. successit. Obijt & Ptol. Euergetes postea q̃ regnasset in Ægypto annos 26. cui successit Ptol. Philopater. Victi sunt etiam Iudæi & 60. millia armatorũ ex numero eorum cæsa sunt. Eusebius, Funccius.

C. Fla. & Fuluius Cons. cum in Insubres copias agerent, fluuius, qui per agrum Picenum illabitur cruore fluxisse uisus est: Augures uerò, cum malis auspicijs Consules creatos affirmarent, è uestigio illos per literas reuocauerunt.

Liuius


Liuius, Plutarch. in Marcello, Volat. lib. 16. Anthro. Romani cõtra Gallos profecti, ut Polyb. in 2. scribit, contra Insubres, quorũ quinquaginta circiter millia erant, fortiter strenueq; pugnarunt. Vide Cuspinianum in suis in Cassiodorum commentarijs, ubi de anni ab urbe condita 530. consulibus scribit.



3744

IN Piceno flumen sanguine effluxit, apud Thuscos cœlum ardere uisum. Arimini nocte multa lux clara effulsit, tres lunæ distantibus cœli regionibus exortæ.

Magno terræmotu Caria & Rhodus insulæ adeo concussę sunt, ut labentibus uulgò tectis, ingens quoque colossus corruerit. Eodem anno Flaminius aduersus Gallos conflixit, & uicit. Anno uero proximo Claudius Marcellus interum profligauit, capto Viridomaro rege, & inter multa In- 220





subrium

subrium, quos ad deditionẽ coegerat, oppida, Mediolanum quoque urbem florentissimam cœpit. Liuius & Iulius Obsequens. licet hæc alij in annum mundi 3720. & 3742. referant.



3747 SAgunti eo tempore, quo Hannibalis excidium passa est, in- 216
ter magna & assidua prodigia infantem quoque ex matris utero penè editũ, in ipsam matris aluum reuertisse legimus, quod prodigium, quasi diuinatio futuri esset, teterrimum bellum, & fatale excidium, ac imminens fatum haud dubiè ostendit. Alex. ab Alexand. lib. 2. cap. 31.





Hannibale

Digitized by Google

3749 HAnnibale Italiam deuastãte, Spei templum, quod in foro olitorio erat, fulmine tactum est, quod prodigium perniciem Italiæ & imminens excidium, quo terra mariq; imperium agebatur, & fluctuabat, haud dubiè designauit. Alexan. ab Alex. lib. 2. cap. 4. ex Liuij lib. 1. Dec. 3. 215





FLamminio cõtra Hannibalem fortiter ad lacum Trasimenũ pugnante, cum iam milites prælia cõsererent, terræmotus factus est, qui multarum urbium magnas partes prostrauit, uertit cursu rapido amnes, montiumq; arduà loca lapsu ingẽti prorùit. Quæ prodigia etsi magnopere sæuirent, nemo tamen pugnantium illa per tumultũ atq; furentium armorum crepitum sensit. Liuius lib. 2. dec. 3. Plut. in Fabio Maximo, Florus lib. 2. & alij.

C. Flamminius pugnaturus ad Thrasimenum contra Hannibalem, cum equo delapsus esset, nihil eo prodigio inhibitus signiferis signa moueri sua sede posse negantibus, malum, ni cõtinuo ea effodissent, minatus est, uerum huius temeritatis pœnas satis dedit, cum in eadem clade 15. Romanorum millia cæsa 6000. capta, 20000. fugata sint. Liuius libro secundo de bello Punico. Cicero de diuin. libro primo. Valerius Maximus libro primo, capite sexto.

Hannibal

HAnnibal poſt conflictum cum Romanis ad Traſimenum ex hybernis cum exercitu proſectus, poſteaquam in Hetruriam ire pergeret, conſilio eius gentis ſibi, aut ui, aut uoluntate






adiungendæ, & iam in ſummum Apennini iugum ueniſſet, tempeſtas ſubito coorta ducem & exercitū itinere auertit. Ventus enim imbri mixtus ex aduerſo ſpirans primo agmen in ueſtigio tenuit, quum autem arma uis uentorum adimeret militi aut corpus turbine rotatum humi affligeret, ſed quum ne deiectis quidē reciprocandi ſpiritus facultas eſſet, uentis ex aduerſo flantibus,




parūper procellę auerſę conſederunt: ſequutus mox ingens cœli ſtrepitus, interq; horrēdos aëris fragores crebra coruſcatio. Capti itaque aurib. & oculis metu torpere primò cūcti, mox deiectò ad terram imbre, conati ſunt ibidem metari caſtra. Cæterum cum nihil omnino ſtatui poſſet, omnia uento proſcindente, ancipitesq; adhuc conſiliū ſtarēt, tam denſę uis grandinis, quæ ui frigoris in montium uerticibus concreuerat,

ſtantes



stantes inuasit, ut omisso opere ad terram procumberent milites, magis tegminibus suis obruti, quam recti. Obriguere interim iacentium membra immensa ui frigoris adeò, ut, illa cœli intemperie remittẽte, ex miserabili strage sese ægerrimè attollerent. Postremò cum crebro conatu paulatim moueri cœpissent, perrariq; ignes accensi essent, refecti animo eo, quo deprehensi fuerant, loco esse perseuerarunt. Biduum inde inuitis omnibus, & uelut obsessis, castra in Apennino habita, multiq; interim mortales, multaq; iumenta frigore consumpta sunt, & in his septem elephanti, ex ijs qui ex prælio ad Trebiam commisso supererant, Sabel. lib. 2. Enneadis 5.






3749 ROmæ in foro Olitorio infans semestris triumphũ exclamauit. In foro Boario bos in tertiam contignationem sua sponte ascendit, atq; inde habitatorum tumultu territus, sese deiecit. 214

L Nauium






nauium ſpecies in cœlo uiſæ. Lanuuĩ haſta ſe cõmouit. Coruus in ædem Iunonis deuolauit, atq; in ipſo puluinario conſedit. In agro Amiternino multis locis hominum ſpecies procul candida ueſte uiſæ. In Piceno lapidibus pluit. In Sardinia in muro circũeunti uigilias equiti, ſcipio, quem manu tenebat, & in Sicilia aliquot militibus ſpicula arſerunt, litora crebris fulſerunt ignibus:





milites fulminibus icti, ſolis circulus minui uiſus eſt. Præneſte ardentes lampades de cœlo ceciderunt. Arpis parma in cœlo, luna cum ſole certare, & interdiu etiam duæ lunæ uiſæ, Cærete aquæ ſanguine







sanguine mixtæ fluxerunt, fons Herculis sparsis hinc inde maculis cruẽtis manauit. Ancíj metentibus cruentæ in corbẽ spicę ce-





ciderunt. Faleriis cœlum findi uisum, sortes sua sponte attenuatę. Mauors telum suum quassauit, signum Martis in Appia uia ad simulachra luporum sudauit. Capuę cœlum ardere uisum, caprę lanatæ quibusdam factæ: gallina in marem, gallus uerò in gallinã uersus. Eodẽ anno Hãnibal Hetruriã inualit. Romani ad Thrasimenũ lacum cruento prælio uicti sunt. Liu. & Iul. Obseq. ca. 31.






3750



IN Auētino Romæ, & Ariciæ simul lapidibus pluit, & multo cruore. ex frigidiſſimo fonte calidæ aquę manarūt. in uia Fornicata, quæ ad templum erat, homines aliquot de cœlo tacti, atq; exanimati. Sequuta eſt memorabilis illa clades ad Cannas, Apuliæ uicū, in qua Paulus Æmilius occiſus eſt, & quadraginta millia peditū, cum duobus millibus equitum, & ſeptingentis, & pluſcq; tria Romanorum millia capta. & Hannibal Campaniā occupauit. Liuius lib. 3. decad. 3. & Iulius Obſeq. cap. 32. 214

3751



MAre arſit, ad Sinueſsā bos equuleū peperit, (quod tamen mirū nō uidebiť, cū apud Ælianū de uaria hiſtoria lib. 1. ca. 29. in paſcuis Nicippi tyranni ouem 213

non




non agnum nec agnam, sed leonem peperisse memoriæ proditū sit, ac Nicippo, qui priuatam tūc uitam agebat, tyrannidē portendisse creditū sit.) signa Lanuuij Iunonis Sospitæ cruore manauere, lapidib. circa id templum pluit: ob quem imbrem, nouendiale sacrū fuit, cæteraq; prodigia cum cura expiata. Eo anno in Gallijs Posthumius cum omni exercitu deletus est. bellum Macedonicū inchoatum, res in Hispania feliciter à Romanis gestæ. in Italia Campani cæsi ad Cumas, Pœni in Lucania fusi ac fugati, cædes Pœnorum quoq; ad Nolam facta est. Sardi à Manlio cæsi. Liuius libro 25. Obsequens & alij.





3751 IN Apulia uiridis palma ardere uisa est. Mantuæ stagnū Mincio amne effusum cruentum apparuit. Romæ sanguine pluit 212

in foro Boario. In uico Istrico tãta uis aquarum repente terra erupit, ut suo impetu dolia forte obiacentia prouoluerit. Atrium publicum in Capitolio de cœlo tactum, Ædes in Vulcani campo










& alia loca publica priuataq; fulmine sunt icta. Hasta Martis sua sponte Prænestę mota est. Bos in Sicilia loquutus. In Marucinis infans in utero matris io triumphe exclamauit. Spoleti ex mulie-re uir quidã est factus, q̃d ipsum nequis pro mendacio repudiet, pręter Liuiũ, qui pdigñ huius author est, Plin. Licinio Crasso, & C. Cassio cons. Casini puerũ scribit sub parẽtibus ex uirgine fieri contigisse, qui in desertam sit insulã aruspicum iussu deportatus. Licinius Mutianus uisum à se Argis prodidit Aristontẽ, cui no-

men



men fuisset Aristusæ, ac uirginem nupsisse, moxq; barbam et uirilitatem adeptum duxisse uxorem. Smyrnæ quoq; hoc ipsum aliquando accidisse idem author prodidit. Et à Plinio in Aphrica uisus, qui die nuptiarũ ex fœmina uir fuerat factus, L. quoq; Cosisitius appellatus. Nunciata sunt per id tẽpus prçter ea, quç diximus, & alia, pdigia. Adriæ ara in cœlo uisa, hominumq; species circa eam in cãdida uestẽ. Affirmabãt quidã se armatas legiões uidere in Janiculo, atq; huiusmodi uoce ciuitatẽ ad arma cõcitarunt. Examẽ apũ in foro Romano uisum, quia id rarum, idcirco prodigij loco acceptum. Sab. lib. 3. Ennea. 5. ex Liuij lib. 4. dec. 3.





LAnuuij in æde Iunonis Sospitç corui nidum fecerunt. Cali bus creta pluit. Tacta de cœlo, atriũ publicũ, nux in Sabinis, publicaq; uia, murus ac porta Gabijs. Qn & Romæ quoq; in ipsa urbe secundũ apũ examẽ in foro uisum. legionesq; armatç in Janicu lo uisæ etiã, quæ tamẽ mox cũ ad arma cõcursum est, euanuerunt.


Eodem anno Hannibal magna militum copia ad Nolam profectus est: à cuius expugnatione à Marcello prohibitus, magnam suorum stragem uidit, & ex Campania fugatus est. Cassilinū oppidum captum, Fabius Samnium depopulatus est, & multa oppida ui cepit. Syracusæ obsessæ: contra Philippum bellum susceptum, qui ad Apolloniā castris exutus est. res in Hispania prosperè à Scipionibus gestæ, & Saguntum recuperatum. Liuius & Obsequens.

3753



TItus Gracchus Consul 210
cum Lucanis rem diuinā faceret, duo angues ex occulto prolapsi, repēte hostię, quā immolauerat, adesso iocinore, in easdem latebras se receperūt: id cum aruspicum monitu sacrificiū instauraret, atq; intētius exta reserata seruarent, iterū ac tertio tradūt libato iocinore intactos angues abiisse. Aruspices igitur cum ad imperatorē id prodigiū pertinere prędmonuissēt & ab occultis hominibus caueret, prędixissent, nulla tamen prouidentia fatum imminens moueri potuit. Hospitis enim dolo præcipitatus paucorū insidijs occisus est. Val. Max. lib. 1. cap. 6. Liuius lib. 5. decad. 3. Sabel. lib. 4. Ennead. 5.






Murus

MVrus ac portæ tactæ, Ariciæ Iouis ædes de cœlo icta fulmine: nauium longarũ ſpecies in flumine Tarracinæ, quæ tamen nullæ erant, uiſę: in Iouis Vicillini templo, quod in Coſſano agro eſt, arma concrepuerunt, & flumen Amiterni cruentum fluxit. Siphax Numidarum rex contra Maſiniſſam regem pro Carthaginenſibus pugnãs uictus eſt. In Brutijs ex duodecim populis, qui anno priore ad Pœnos deſciuerant, Conſentini & Thurini in fidem populi Romani redierunt. Liuius & Iulius Obſequens.






3754



TEmpeſtates fœdæ coortę, in Albano monte biduum cõtinenter lapidibus pluit. tacta de cœlo multa, duæ in Capitolio ædes, uallum in caſtris, multiſq; locis ſupra Sueſſulam, & duo uigiles exanimati: murus, turresq;, & quędam alia Cumis fulminibus icta, & penitus decuſſa. Reate ſaxũ ingẽs uolitare uiſum: ſol rubere ſolito magis, ſanguineóque colori ſimilis apparuit. 209

Hannibal





Hannibal proditione Tarentum cepit, excepta arce. Samniorum agri à Romanis depopulati sunt. Romani bis cruentas clades accaperunt ab Hannibale. Capua à Romanis obsessa, & capta. Publius & Gneus Scipiones in Hispania ab hostibus circunuenti, & occisi sunt. L. Martius eques Romanus cũ in Hispania militaret, orationemq; ad milites haberet, felicis euentus flamma concionanti à capite, sine ipsius sensu cum magna circumastantium




pauore fusa est: cuius aspectu milites pristinam recuperare fortitudinem admoniti, septem & triginta hostium millibus cæsis, magnoq; numero in potestatem redacto, bina castra Punicis opibus referta cœperunt. Hispania aliquandiu quieta reddita. Marcellus captis Syracusis, magna cum gloria Romam reuersus est. Liuius lib. 5. decad. 3. Cicero lib. 2. de diuinatione, Valerius Maximus lib. 1. cap. 6, Iulius Obsequens capite 35. Frontinus lib. 2. cap. 10. Stratag.

In æde



3755 IN æde Concordiæ Victoria, quæ in culmine erat, fulmine icta, 208
decussaq; ad Victorias, quæ in æde fixæ erant, hæsit, neque inde
procidit. Anagniæ & Fregellis murus portæq; urbis de cœlo ta-






ctæ. in foro Sudertano sanguinis riui per totum diem fluxere. E-
reti lapidibus pluit, Reate mula peperit. Eodem anno incendium
pernicioſum Romæ Campanorũ malicia ortũ. Marcellus in Cã-
pania Salapiã recuperauit. Romana classis ad Sacriportũ infelici
ter pugnauit. Scipio in Hispania nouã Carthaginẽ expugnauit.
Marcellus Hãnibalis exercitum fudit, & magna pars Siciliæ ca-
pta est. Tusculi agnus cum ubere lactãti natus: Iouis ædis culmen
fulmine ictum, ac propè omni tecto nudatum, ijsdẽ fermè diebus
Anagniæ






Anagniæ terra ante portam icta, diem noctemq; ſine ullo ignis alimento arſit, aues ad compitum Anagninum in luco Dianæ nidos in arboribus reliquerũt. Tarracinę in mari haud procul portu, angues miræ magnitudinis laſciuientiũ piſcium more exultarunt. Tarquinijs porcus cum ore & capite humano genitus. In agro Capenate ad lucum Feroniæ quatuor ſigna ſanguine multo diẽ ac noctem ſudarunt. Liuius, Iulius Obſequens cap. 37. Sabel. lib. 4. Enneadis 5. Mox Valerius Meſſala agrum Vticẽſem depopulatus eſt, & lex poſt longas contentiones de reficiendis cõſulibus lata.



3757 IN Albano monte tacta de cœlo ſunt ſignum Iouis, arbórque templo propinqua, Hoſtię lacus, Capuæ murus, Fortunæ ædes, & Sinueſſæ murus cum porta. Albana aqua cruore fluxit. 206

Romæ





Romæ intra cellam ædis Fortis Fortunæ de capite signum, quod in corona erat, in manus sponte sua prolapsum. Priuerni bos lo-





quutus, uultur frequenti fo-ro in tabernã deuolauit. Si-nuessæ natus infans, ambi-guo inter marem ac fœminã sexu. Lacte pluit: puer cum elephanti capite natus. Mar-cellus cum Hannibale con-gressus, primò infeliciter, de-hinc secunda pugna dimica-uit, hostemq; in fugam uer-tit. Fabius Tarentũ recupe-



M rauit:

3758







rauit. Scipio in Hiſpania res proſperè geſſit. Liuius, Plutarchus in Marcell. Obſequens capite 38.


205

CApuæ duæ ædes, Fortunæ ſcilicet & Martis, ſepulchra aliquot de cœlo tacta. mures in æde Iouis aurum roſerunt. Caſſini examen apum ingens in foro cõſedit. Hoſtiæ murus, portaq; de cœlo icta. Cæræ uultur in ædẽ Iouis uolauit. Vulſinijs ſanguine lacus manauit. Peſtilentia grauis incidit urbem, agrosq;, quæ tamen magis in longos morbos, quàm in perniciales euaſit. Marcellus cum ſtudio niteretur, ut Pœnorum exercitum aut in Italia proſterneret, aut Italia pelleret, in ſolenni ſacrificio, quo uoluntates Deorum explorare cupiebat, in prima hoſtia, quæ ante foculum decidit, iecur ſine capite inuentum eſt: proxima iecinoris duplex caput habuit. quibus inſpectis, Aruſpex non placere ſibi exta reſpondit, quoniam prima trunca, ſecunda nimis læta apparuiſſent.


Digitized by Google


apparuissent. Ita monitus Marcellus, ne quid temerè niteretur, in sequenti nocte speculandi gratia cum paucis ingressus, ab hostibus in Brutijs circumuentus, dum improuidè contra Hannibalem pugnaret, lancea trãsfixus occubuit. Crispinus grauiter uulneratus, etiam interijt: id quod nũquam antea acciderat, ut duo Consules sine memorando prælio interfecti, uelut orbam Rempublicam reliquerint. Liuius lib. 7. decad. 3. Valerius Maximus libro primo, capite 6. Plinius cap. 45. de uiris illustribus. Obse-

3759 quens cap. 39.



TImoleon Corinthius, 204
adsumptus à ciuibus suis ad curam Syracusanæ Reipublicæ, dum è Corintho conductis triremibus soluisset, continenti nocte fax ardẽs in cœlo nauiganti ei p̃luxit, donec in Italiã cum omnib. suis copijs peruenit. Diod. Sicul. de Philippi Macedo regis rebus gestis, anno eius 6. Apud quem tamen consulũ nomina deprauata esse suspicor. Proptereain cõputatione annorũ consultò Func. sequutus sum.






3759




VEijs de cœlo lapidauit, 205
Minturnis sanguinis ri uus in porta fluxit. Iouis tem plum & lucus Maricæ, item Atellę murus & porta de cœ lo tacta. Capuæ lupus nocte portam ingressus, uigilem la niauit. in Armilustra lapidi bus pluit. Frusinone infans natus quadrimopar. In Auē tino Iunonis reginæ ædes de cœlo tacta. Apud Metaurū fluuium Hasdrubal cum omni exercitu à Romanis deletus est: in qua clade quinquaginta sex hostiū millia à Romanis cęsa sunt, capta quinq; millia & quadringenti: ciuium Romanorum, qui cā pti erant apud hostes, quatuor millia recepta. Liuius & Iulius Obsequens cap. 40.





3760 TArracinæ Iouis, & Satrici matris Matutæ templum de cœlo 204
tactum. in æde Iouis ex foribus duo angues prolapsi: spicæ cruentæ à metentibus uisæ. Ceræ porcus biceps, & agnus mas, idemq; fœmina natus. Albæ duo soles uisi. Fregellis nocturno tempore



tempore lux oborta, bos in agro Romano loquutus, in circo Flaminio ara Neptuni multo sudore manauit. ædes Cereris, Salutis & Quirini, de cœlo tactæ. Lucani in ditionem populi Romani sine certamine redierunt. Brutiorum urbes sese Romanis dedide-





runt. Masinissa rex à Romanis in amicitiam receptus est. Astapa urbs à Romanis oppugnata. Scipio rebellantes Hispanos in deditionem coegit. Liuius, Obsequens, Sabel. lib. 5. Ennead. 5.

3761 CRebrò de cœlo lapidatũ est, lectis igitur Sibyllinis, inuentũ 203
est, tũc demũ hostẽ alienigenã, q terrę Italię bellũ intulisset, pelli Italia posse, si Idæa mater ex Pessinunte Romã adueheretur. Eodem anno cum Hannibale in Brutijs frustra bellatũ est, pesti-

lentia utrunq; exercitũ moleſtãte. In Hiſpania noui motus exorti. in Italia Locri à Romanis recipiunt. Liuius & Obſeq. cap. 42.

3762 DVo ſoles uiſi, & nocte interluxit. fax Setiç ab ortu ſolis in occidentẽ porrigi uiſa. Tarracinæ porta, Anagniæ uerò porta & murus multis locis de cœlo tactus. in æde Iunonis Soſpitæ Lanuuij, cum horrendo fragore ſtrepitus editus. Scipio ex Sicilia in Africam traiecit, & euaſtatis agris, Hannonem iuniorem occidit. Sempronius aduerſus Hannibalem, primò infeliciter, deinde uerò proſperè pugnauit, cæſis quatuor Pœnorum millibus. Liuius & Obſequens cap. 43. 202









3763 AVrum in Capitolio corui non roſtris tantum laceraſſerunt




runt, ſed comederunt etiam. Mures Antij coronam auream arroſerunt 201

ferunt. Circa Capuam locustarũ uis ingens omnem agrum compleuit, equuleus Reate quinq; pedibus natus. Anagniæ sparsi pri










mum ignes in cœlo, deinde fax ardens in cœlo uisa. Frusinone arcus solem tenui linea amplexus est. Arpini terra campestri agro in ingentem sinum consedit. Consulum alteri primam hostiam immolanti, caput iocinori defuit. in Africa per Scipionem iuxta Vticam Pœnorum castra sunt combusta.

Digitized by Google



Romani multas in Brutijs ad se deficientes ciuitates receperunt, Hãnibalemq; in agro Crotoniensi cæciderunt. Magonem Hannibalis fratrem cruento prælio uicerũt. Syphacis regis fœdifragi castra incendio ac flammis expugnarunt, ipsumq; regẽ ceperunt. Circa, regia urbs à Masinissa rege capta est. Liuius & Iulius Obsequens cap. 44.





3764

CVmis solis orbis minui uisus, lapidib9 pluit. In Veliterno agro terra ingentibus cauernis consedit, arboresq; in profundũ haustæ. Ariciæ forum, & circa tabernç, Frusinone item murus aliquot locis, & porta urbis de cœlo tacta. in Palatio 200




In Palatio lapidibus pluit, magna Tyberis facta inundatio. Clau
dius eo ãno cõsul, pernicioſa tempeſtate ingruente, naufragium





paſſus eſt. Inſignis fuit hic quoque annus incendio ingenti, anno
næ uilitate, & morte Q. Fabij Maximi, qui uiginti duos
annos augur fuit. Hannibal magno exercitu
Africam ingreſſus. Vermina Sypha-
cis regis filius clade à Roma
nis profligatus eſt. Li
uius & Obſequẽs
cap. 45.

Digitized by Google




FRumenta in arboribus nata. Plinius libro 18. capite 18. Plaut. ex Sarsina Vmbriæ Romæ moritur, q propter annonæ difficultatẽ ad molas manuarias pistori se locauerat. Eusebius.

IVxtà Therã apparuit insula, quæ postea Hiera uocata est. Antiochus, Scopa superato, Syriæ urbes recepit et Iudæis fœdere cũiunctus est. Romani Græcis libertatem dederunt. Eusebius & Funccius.



Digitized by Google






3766

IN Lucanis cœlum arde- 197
re uiſum. Priuerni ſere-
no per diem ſol ſanguineus
fuit. Lanuuij in templo Iu-
nonis Soſpitę, nocte ſtrepi-
tus ingens exortus. Anima
lium obſcœni fœtus pluri-
bus locis nunciati. In Sabi-
nis incertus infans natus,
maſculus an fœmina eſſet:
alter ſexdecim annorum,
iam item ambiguo ſexu in-
uentus. Fruſinone agnus
cum ſuillo capite.



Sinueſſæ








Sinueſſæ porcus cum capite humano. In Lucanis in agro publico equuleus cum quinque pedibus. Fœda omnia, & deformia, errantiſque in alienos fœtus naturæ uiſa. Ante omnia tamen abominati ſemimares, iuſſiſq; in mare extemplo deportari. Bellum Macedonicum cum Philippo exortum. Galli, Inſubres, Cenomani & Boij, duce Hamilcare Pœno, irruptiones in agros proximos fecerunt, & oppida flammis ab incendio diripuerunt. Liuius lib. trigeſimo primo, & Obſequens capite quadrageſimo ſexto, Sabellicus lib. 6. Ennead. 5.

3766 INter inſulas Ceramnem & Ceraſiam medio utriuſq; ripæ, & maris ſpatio, ingens terræmotus factus eſt: in quo cum admiratione nauigantium repente in profundo cum calidis aquis inſula e- 197



sula emersit. In Asia quoq; eodem die idem terræmotus Rhodum multasq; alias ciuitates graui ruinarum labe concussit, quasdam solidas omnino absorbuit, quibus prodigijs territi homines à uatum Antistite intellexerunt orientis imperium Romanis cessurum, Macedonum autem regnum uacaturum Vincentius lib. 6. cap. 53. Eodem anno Antiochus Scopam ad Iordanem fluuium uicit Liuius lib. 4. decad. 3.

3767 SVestæ duæ portæ, quodq; inter eas muri erat, de cœlo tactũ. 196
Formiani Iouis, apud Ostienses Iouis, Veliterni uerò Apollinis & Sangi tẽpla fulmine tacta. in Herculis æde capillus enatus,






N in Brutijs




in Brutijs equuleus cũ quinque pedibus, pulli gallinacei cum ternis pedibus nati. in Macedonia laurea in puppi nauis longæ enata. Orta est hoc anno in Macedonia atrox militum Romanorum seditio. C. Bebius Pãphilus apud Gallos & Insubres infeliciter pugnauit. Carthaginenses argẽtum in stipendium impositum, primũ Romam aduexerunt.

3768




DE cœlo tacta sunt, uia publica Veijs, forum & ædes Iouis Lanuuij, Herculis Ardeæ, Capuæ murus, turres, & ædes quæ Alba dicitur, cœlum Aretij ardere uisum, terra Velitris trium iugerum spacio cauerna ingenti desedit. Suessæ agnus cum duobus capitibus natus. Sinuessę porcus cum humano capite. solis orbis diminui uisus. Quorum prodigiorũ causa supplicatio unum diem habita, & Consules rebus diuinis operam dederunt. Eo autem anno Flaminius feliciter in faucibus Epiri, contra Philippum Macedoniæ regem pugnauit. Thessalia, quæ est uicina Macedonię, 105






Macedonię, socijs Ætolis & Athamanibus, à Romanis uexata est. L. Quintius Flaminius consulis frater, nauali prælio Euboeam, ac maritimã oram omnẽ cepit. Achæi à Romanis in amicitiam recepti sunt, & cõiuratio seruorum de soluendis Carthaginensib. obsidibus, detecta atq; oppressa est. Liuius & Iulius Obsequẽs cap. 48.

3769



194 AEdes Vulcani Summa niqúe Romæ, & Fregellis murus ac porta de cœlo icta. Frusinone inter noctem lux orta. Asculo agnus biceps cum quinque pedibus natus. Formijs duo lupi oppidum ingressi, obuios aliquot laniauerunt. Romæ nõ in urbem modo, sed in Capitolium etiam penetrauit lupus. In Gallijs prosperè est pugnatum. Insubres qui in armis contra Romanos erãt, à Cornelio sunt debellati. Minutius Genuam exercitu abducto, ab Liguribus orsus bellum, oppida Clastidium, Litubium, item Celelates, Cer-






diceatesque in deditionem accepit, atque omnia cis Padum, præter Gallorum Boios, Iluates Ligurum, Romano imperio adiecit. Liuius & Iulius Obsequens capite 49.


3769

EO anno quo Mithridates Ponti rex, (qui Romanos bello uexauit postea) nasceretur. Cometa stupendæ magnitudinis uisus est, octoginta cõtinuis diebus. Cuius Vincentius libro sexto, capite centesimo meminit, proximo anno, Iudęi intollerabilia passi sunt, à Samaritanis, quæ latè describit Iosephus lib. 12. capite tertio. 194



3770

L. Iulius equestris in Sabinos proficiscens, fulmine unà cum equo exanimatus est. ædes Feroniæ in Capenate de cœlo tacta: ad Monetæ templum duarum hastarum spicula asserunt. lupus Esquilina porta ingressus, frequentissima parte urbis, cum in forum decurrisset, Thusco uico, atque inde Melio per portã Capenã propè intactus euasit. 193



Digitized by Google

ctus euasit. Hæc prodigia maioribus hostijs sunt procurata. Hannibal frustra in Africa bellum molitus, ob metum Romanorum profugus, ad Antiochum Syriæ regem, bellum cõtra Romanos gerentem fugit. Marcellus in Hetruria à Boijs est oppressus. Boij & Insubres à Romanis igni ferroque uastati. Philippus in Thessalia fusus & fugatus est. Liuius & Iulius Obsequens capite quinquagesimo.

3772 ROmani cum à Celtis prælio uincerentur, ac urbs ab eisdem 191
caperetur in Palatio lituum amissum ferunt (est autem lituus inflexus baculus quo ad inaugurandum sedentes cœli spacia designant.) Deinde eiectis barbaris in alto cinere intactum igni esse repertum, consumptis cæteris atque corruptis. Plutarchus in Romulo.





ROmæ in foro, comitio, & Capitolio, sanguinis guttæ uisæ sunt, terra aliquoties pluit, caput Vulcani arsit. Interamnæ lac fluxit, pueri ingenui Arimini sine oculis & naso nati. in Piceno infans absque manibus ac pedibus natus. in Adrianorum a-





gro lapidibus pluit. Ea prodigia ex Pontificum decreto procurata, & ſacrificium nouendiale factum. In Gallia Lucius Valerius Flaccus proconſul, circa Mediolanum, cum Gallis, Inſubribus & Boïs, qui Dorulaco duce ad concitandos Inſubres Padum tranſgreſſi erant, ſignis collatis depugnauit. Marcus Porcicus Cato ex Hiſpania triumphauit. T. Sempronius Boios primùm ancipiti Marte, tandem uerò inſigni ſtrage cecidit. in Macedonia T. Quintius Romanorum præſidia è Græcia Brunduſium deduxit. Liuius & Iulius Obſequens cap. 51.



Maximè

3773 MAximi & grauissimi terræmotus fuerunt, aquæ ingentes. 190
unde & Tyberis loca urbis plana inundauit. Circa portam Flumentanam quædam ruinis sunt collapsa, porta Cœlimontana fulmine icta, murusq; circà multis locis de cœlo tactꝰ. Ariciæ, Lanuuij, & in Auentino lapidibus pluit. Capuæ uesparum in-






gens multitudo in forū aduolauit, & in Martis æde cõsedit, quæ cum cura collecta, & igni cremata est. Horum prodigiorum causa, nouẽdiale sacrum factum, & urbs lustrata est. Minutius à Ligu ribus in extremum periculi adductus, uix Numidarum industria liberatus est. Antiochus Hannibale sollicitante bellum contra Romanos suscepit, & in Hispania res feliciter gestæ sunt. Liuius & Iulius Obsequens cap. 52.

3774 ROmæ dies duodequadraginta mota est terra, & ob eam rem ciuitas totidem per metum & sollicitudinem feriata est dies. Quadrigæ inauratæ in Capitolio positæ sunt, ac duodecim inaurata clypea à M. Tutio & Publio Iunio ædilibus. Atq; ex multa-





ticia pecunia fœneratoribus adempta. Incendio in foro Boario orto die nocteq; ædificia in Tyberim uersa arsere, tabernęq; omnes cum magni precij mercibus conflagrauerunt. Liuius libro 5. dec. 4. Sabel. lib. 6. Ennead. 5.





Capra

3774 CApra sex hœdos uno fœtu edidit in Piceno. Aretij puer natus unimanus. Amiterni terra pluit. Formijs porta murusq; de cœlo tacta. bos loquutus: Roma tibi caue. Cæterorum prodigiorum causa supplicatum est, bouem autem cum cura seruari, aliq; aruspices iusserunt. Tyberis infestiore quam prius impetu 189






illatus urbi, duos pontes, ędificia multa, & maximè circa portam Flumentanam euertit. saxum ingens sine imbribus, sine terræmotu, leuiori quam alioqui sentiretur labefactatum, in uicum iugarium ex Capitolio procidit, & multos oppressit. in agris passim inundatis pecua ablata, uillarum strages facta est. Q. Minutius in agro Pisano cum Liguribus signis collatis pugnauit, & nouem hostium millia occidit, cæteros fusos fugatosq; in castra compulit. Boiorum regio longè lateq; à Romanis uastata est. In utraque Hispania res feliciter gestæ. contra Vectones & Toletanos prosperè pugnatũ. Antiochus rex in Hellespontum cum magno exercitu irrupit. Liuius & Iulius Obsequẽs cap. 53.

Boues



BOues duo domiti in Carinis per scalas peruenerũt in tegulas ædificij, quos aruspices uiuos comburi, cineremq; eorũ in Tyberim deijci iusserunt. Tarracinę & Amiterni aliquoties lapidibus pluit. Minturnis Iouis templum & tabernæ circa forum de cœlo tactæ. Vulturni in ostio fluminis, duæ naues fulmine ictæ conflagrarunt. Eorum







prodigiorum causa ieiunium Cereri est institutum, Item nouendiale sacrum, & in unum diem supplicatio facta. Eo anno contra Ligures, acerrimos hostes, prospere à Q. Minutio est pugnatum, interfectis aliquot hostiũ millibus. Duobus ferè pòst mẽsibus, P. Cornelius cũ Boiorũ exercitu signis collatis, duodetrigintahostiũ millia occidit 3040. cepit, signa militaria 124. eqs 1230.

Attilius

Attilius Naupactum expugnauit. nauali prælio cum Eumene & Antiochi regis præfectis prosperè est pugnatum. Liuius & Iulius Obsequens cap. 54.

3775 SOl quinto Idus Quintilis defecit. Marcus Fritschius. 188








IVnonis Lucinæ tẽplum fulmine ictum, ita ut fastigium, ualuæq; deformarentur. In finitimis pleraque de cœlo icta. Nursiæ sereno nimbi orti, & homines duo exanimati. Tusculi terra pluit. Mula Reate peperit. Supplicatio per decẽ pueros patrimos; matrimos, totidẽq; uirgines habita. Æmylius Regillus eo anno feliciter contra Antiochum pugnauit; & Antiochus ipse à Scipione captus est. Liuius & Iulius Obsequens capite 55. 187

Luci

3778 LVce inter horam tertiam, & quartam tenebræ ortæ, in Auentino lapidum pluuiæ nouendiali expiatæ. In Hiſpania proſperè militatum. Sacrum nouendiale factum, quod in Piceno la- 185





pidibus pluit, igneſq; cœleſtes multifariam orti, leui afflatu complurium ueſtimenta aduſſerunt. Ædes Iouis in Capitolio fulmine icta. In Vmbria ſemimas duodecim fermè annorũ natus, aru-






ſpicumq; iuſſu necatus. Galli qui Alpeis trãſierunt in Italiã, ſine prælio eiecti. Fœdus eſt cum Antiocho conſcriptum, & à Thracibus

cibus Romani uexati sunt. Liuius & Iulius Obsequens cap. 56.

3779 


IN Sicilia Vulcani insula saxosa, deserta, quæ externis crateribus flammas eructabat, magna hominũ admiratione nata est. Eodem anno Q. Fuluius Flaccus prætor in citeriore Hispania 23. millia hominum fudit. Gracchus in Hispania ulteriore infinita oppida in deditionẽ accepit. Posthumius in citeriore Hispania feliciter etiam contra hostes pugnauit, ibidemq; multa oppida expugnauit etiam Gracchus. Liuius & Obsequens cap. 57. 184

3780 

EO anno quo Mithridates nasceretur, eodemq; simul anno cum regnum suscepisset (qui fuit ann9 ab urbe cõdita 569.) stella cometæ per utrunq; tempus 80. diebus ita luxit, ut cœlum omne conflagrare uideret, nam & magnitudine sui quartam partem cœli occupauerat, & fulgore sui solis nitorem uicerat. Et cum oriretur occumberetq;, uel 8. uel 7. horarum spacium consumebat. Iustinus & Vincentius lib. 6. cap. 100. Hæc autem stella à uatum & oraculorum peritis magnitudinem Mithridati in rebus bellicis prædicere uaticinatum est. 183

3780 LVdis Romanis, quos P. Cornelius Cethegus, & A. Posthumius Albinus faciebant, malus in circo instabilis, in signum 183


Pollentiæ procidit, atq; id deiecit, qua religione moti patres, & diem unum adijciendum ludorum celebritati, & signa duo pro uno reportanda, nouumq; auratum faciendum censuerunt. Gn. Manlius de Gallogręcis triumphauit, Asiaticasq; illecebras inuexit. In Hispania Lusitanorum, & Cæltiberorum cædes sub idem ferè tempus facta est. Liuius & Iulius Obsequens cap. 58.

3782 

IN area Vulcani per biduum, in area Cõcordiæ totidem diebus sanguinẽ pluit, in Sicilia, insula noua maritima. Hannibal in Bithynia ueneno periit. Celtiberi subacti. Obierunt clarissimi impatores, Scipio & Philippemones. Liuius lib. 39. & Obsequens cap. 59. 181


3784 PRocelloſa tẽpestate strages in urbe facta, signa ænea in Capitolio deiecit. Signa in circo maximo cum columnis euertit. Fastigia templorum aliquot à culmine abrupta dissipauit. Mulus triceps Reate natus. 178





Ædes






3785 Ædes Apollinis Caietæ fulmine ictæ. In area Vulcani, & Cõcor- 178
diæ, sanguinẽ pluit. Hastæ Martis motæ. Lanuuĩ simulachrum Iunonis Sospitæ lachrymauit. Pestilentiæ Libitina non sufficit. Ex Sybillinis supplicatum, cum sex mensibus non pluisset. Ligures prælio uicti, deletique. Pestis urbem & uillas inuasit, quæ adeo urbem exhausit, ut uix in Sardiniam contra defectionem Corsorum exercitus conscribi potuerit. Sex mensibus nunquam pluit. Liuius & Obsequens cap. 6.



Digitized by Google

3785 IVxta Æoli inſulas, igne ex flatu ſuſcitato apparuit inſula quæ 178
nunc Hiera uocat. Et mox Auerni nobiliſſima Galliarũ urbs
capta. Ioan. Iudæorũ dux & pontifex contra Hircanũ bellũ geſ-
ſit, & à Romanis in ius amicitiç poſtulãs, decreto ſenatus inter a-
micos relatus eſt. Mox Narbonam deductæ coloniæ. Euſebius
cuius tamen ſupputationem non ſequimur.

3787 NImbis continuis in Capitolio ſigna aliquot deiecta fulmine 176
Romę & circa plurima decuſſa, in lectiſternio Iouis terrę-





motu deorum capita ſe cõuerterunt. Lana cum integumẽtis, quę
Ioui erat oppoſita, decidit. De menſa oleas mures præroſerunt.
De Celtiberis triumphatũ. res in Hiſpania feliciter geſtæ, & cum
Liguribus proſperè pugna
tum. Liuius & Iulius Obſe
quens cap. 61.

3788 


INcendio circa forũ cum 175
plurima eſsẽt deuſta. æ-
des Veneris ſine ullo ueſti-
gio cremata. Veſtæ penetra
lis ignis extinctus. Virgo
iuſſu M. Æmilij Pontificis
maximi flagro cæſa, nega-
uit ulterius interitorũ ſup-
plicationibus habitis. In
Hiſpania

Digitized by Google


Hispania & Histria bella prospere administrata. Liuius, Iulius Obsequens cap. 62.

3789 LApis ingens in agro Crustumino in lacum Martis de cœlo cecidit. puer truci corporis in agro Romano natus. angu s quadrupes uisus. Capuæ multa in foro ædificia de cœlo tacta. Pu





teolis duę naues fulminis ictu cõcrematę. Lupus Romę interdiu cum Collina porta intrasset, per Esquilinã magno cõsectantium tumultu, euasit. Eorũ prodigiorũ causa, Cõsules maiores hostias immolarunt, & diem unum circa omnia puluinaria supplicatio fuit. Histrorũ agri à Romanis depopulati sunt. Nesatium oppidum à Iunio & Manlio oppugnatũ. Mutila & Faueria ui captæ, & deletæ. In Sardinia res prospere gestæ. Ilienses & Ligures sunt deuicti. In Crustumino auis, quam sanqualẽ uocant, sacrũ lapidem rostro portauit. bos in Cãpania loquutus. uacca ænea Syracusis ab agresti tauro inita, ac semine aspersa. In Crustumino diẽ unum in ipso loco supplicatio fuit, & in Campania bos alenda publicè data. Syracusanumq; prodigiũ expiatũ;




editis ab aruſpicibus diis, quibus ſupplicaretur. Pontifex eo anno etiam mortuus eſt. Liuius, Iulius Obſequens cap. 63.





3790



CVm immolaſsẽt uicti mas cõſules, iecur extabuit. Cornelius ex monte Albano rediens, mẽbris captus ad aquas Cumanas mortuus. Petellius contra Ligures dimicans occiſus eſt. Fax in cœlo uiſa Gabiis. Gabiis Apollinis templũ, & priuata ædificia plura, Grauiſcis murus, portaq; de cœlo tacta. Ea patres procurari, uti Pontifices cenſuiſſent, iuſſerunt. Ligures uicti, & Sempronius Sardos perdomuit. Liuius & Iulius Obſequeus cap. 64. 173

3791 GRaui peſtilentia hominum, boumq; cadauera, nõ ſufficiente Libitina, cum iacerent ulterius non apparuit. Celtiberi deleti, & Baſternarum gens ferociſſima, authore Perſa Philippi filio, ſine ulla pugna, uel aliquo hoſte euerſa eſt. Liuius, Iulius Obſeq. cap. 65. Oroſius lib. 4. cap. 19. Cuſpinianus in Caſſiodorũ. 172


Quintus

3792 QVintus Fuluius Flaccus, cum ex Laciniæ Iunonis templo marmoreas tegulas ad fortunæ equestris templum (quod iuxta lapideum theatrum constructum erat) detulisset, mox miraculose ob religionē (ut arbitrabant) eodē relatæ sunt. Alexād. ab Alex. lib. 1. cap. 13. Valerius Max. lib. 1. cap. 2. Liuius lib. 2. decad. 5. Lactan. lib. 2. ca. 8. diuina. institut. Fuluius Sabinus libro 5. cap. 25. antiquit. urb. & alij. 171



IN Veienti biceps puer natus, Sinuessæ unimanus. Oxini puella cum dentibus. Arcus interdiu sereno cœlo super ædem Saturni in foro Romano intentus, tres simul Soles effulserunt.





Digitized by Google





Faces eadẽ nocte plures per cœlum lapſæ ſunt, in Lanuuino. apud Cæritesanguis in oppido iubatus, aureis maculis ſparſus apparuit. in agro Campano bos loquutus, & in Sabinis terræmotus ingens factus eſt. Carthaginẽſes eodem anno cum Græciæ urbibus aduerſus Romanos, Perſeo ſollicitante conſpirauerunt. Liuius & Obſequens cap. 66.


3793 LAnuuij claſsis magnæ ſpecies in cœlo uiſæ. Priuerni lanâ 170
pulla terra enata. in Veienti apud Rementem lapidatum.







Pomptinum





Pomptinum omne uelut nubibus locustarũ coopertum. in Gallico agro, qua induceretur aratrum, sub existentibus glebis pisces emerserunt. Ob hæc prodigia libri fatales inspecti, & supplicatio prodigijs expiandis facta. In Ætolio pernicioſæ seditiones, propter ingentem æris alieni uim ortæ. Perseus bellum in Romanos parauit. in Ligurtbus, in agro Statellati pugnatum, ad oppidum Carystum, ubi decem millia hominum cæsa sunt, uincentibus Romanis. Liuius & Obsequens cap. 67.





Saturnia

3794



Saturniæ ſanguine per triduum in oppido pluit. 169
Calatiæ aſinus tripes natus. taurus cum quinque uaccis uno ictu fulminis examinati. Oxini terra pluit. Horū prodigiorum cauſa ſuppiſcatio in unum diem inſtituta, & habitæ feriæ ſunt. Iſſenſium agri hoc anno miſerè depopulati ſunt, ac niſhil memoratu dignū apud Romanos eo tēpore geſtū eſt. Liuius & Iulius Obſequens cap. 68.

3795 ANtiocho ſecundam profectionem in Ægytum parante, per 168
uniuerſam Hieroſolymā, quadraginta cōtinuis diebus ui-





derunt per aëra equites diſcurrentes, auratasq; ſtolas habentes, ac haſtas quaſi cohortes armatas, curſus equorum per ordines digeſtos, congreſſiones fieri cominus, & ſcutorū motus, ac galeatorū multitudinem gladijs diſtrictis, ac telorum iactus, & aureorum armorum ſplendorem, omnisq; generis loricarum. 2. Machabeorum cap. 5. & ſtatim Hieroſolyma miſerè direpta eſt.


Præterea

PRæterea hoc anno si Plinio credimus libro 7. cap 4. puerum ex uirgine sub parentibus factum refert, iussuq; aruspicum deportatum in insulam desertam.

3797 CAstor & Pollux bello Macedonico secũdo apud lacũ Iutur- 166
nę uisi sunt equorũ sudorẽ abluentes, cum ædes eorum, quę fonti iunctę erãt sua sponte patuissent. Lactantius lib. 2. de origine erroris cap. 8. & Valer. lib. 1. cap. 6. Parag. 3. Cladem describit Liuius lib. 2. decad. 1. Præterea in eodem bello equis albis insidentes Publio Vatinio Romam nocte uenienti se obtulisse dicuntur, nunciantes eo die regem Persen uictũ atq; captum, Quod paucis post diebus literæ Pauli uerum esse docuerunt. Lactantius libro 2. de origine erroris cap. 8. Liuius lib. 2. ab urb. cond. Dionysius lib. 6. Valerius Maximus libro 1. de Mira. Florus lib. 7. cap. 12, Frontinus lib. 1. cap. 11. Plut. in uita Æmilij.

ANagniæ fax in cœlo conspecta, bos fœmina loquuta. Mirturnis per eos dies cœli ardentis species affulsæ. Reate pluit lapidibus. Cumis in arce Apollo triduum ac tres noctes integras lachrymauit. Romæ in æde Fortunæ anguis iubatus à conspluribus uisus. Palma in area enata. Sanguine interdiu pluit.






Fregillis





Fregillis in domo L. Atrei, hasta quam filio militi emerat, interdiu plus horas duas arsit, ita tamen, ut nihil eius ambureret ignis. Horum prodigiorum causa post supplicationem uictimis maioribus circa omnia puluinaria facta sacrificia. Perseus rex in Thracia feliciter pugnauit, uictis Dardanis, & subactis Illyrijs. Liuius Iulius Obsequens cap. 69.






3798 ECLypsis lunæ totalis facta in fine æstatis, de qua Plutarchus 165
in uita Paulî Æmylij pluribus uerbis agit. Hanc Sulpitius
Gallus

Gallus Tribunus militum, postea Cõsul primus inter Romanos reddita causa prædixit. Plinius lib. 2. cap. 12. Facta est autem hæc Eclypsis, quemadmodum ex Liuio & Plinio conijci potest, quarto die mensis Septemb.

3799 ROmæ aliquot loca sacra, profanaq; cœlo tacta. Anagniæ terra pluit. Lauinij fax ardens in cœlo uisa. Calatiæ in agro pu- 164






blico per triduum, & duas noctes sanguis manauit. Rex Illyrici Gentius, & Macedoniæ Perses, deuicti. Obsequens cap. 70.






P In Campania

3800 IN Campania multis locis terra pluit. In Prænestino cruenti ce- 163
ciderũt imbres. Veienti lana ex arboribus nata. Terracinæ in
æde Mineruæ mulieres tres, quæ operatæ sedebant, fulmine exa-
matæ. Ad locum Libitinæ in statua equestri ænea, ex ore & pe-
de aqua manauit diu. Galli Ligures deleti. comitia cum ambitio-











sissimè fierent, & ob hoc Senatus in Capitolio haberetur, miluus
uolans, mustelam raptam de cella Iouis, in medio cõsessu patrum
misit.

Digitized by Google

misit. Sub idem tempus ædes Salutis de cœlo tacta. In colle Quirinali sanguis terra manauit. Lanuuiñ fax in cœlo nocte conspe-





cta, fulmine pleraq; discussa. Cassini & sol per aliquot horas noctis uisus. Theatri Sidicini puer cum quatuor manibus, & totidē pedibus natus. Vrbe strata, pax domi foriscp fuit. Obsequens cap. 71.

3801




PEstilētia Romæ famecp 163
ita laboratum, ut ex Sibyllinis populus circa compita, sacellacp operaturus sederit. In æde Penatium ualuæ nocte sua sponte apertæ, & lupi Exquilijs, & in colle Quirinali meridie apparuerunt, exagitaticp fuerunt. Vrbe lustrata, nihil


Circa annū mundi

triste accidit. Iulius Obsequens cap. 72.

3803 MAchabæus & qui cum eo erant, pugnantes contra Thimoteum, habuerunt manifestè de cœlo auxiliū, apparuerunt enim uiri 5. in equis &c. postea uero alia uice euntes ad prælium, contra Lysiam, apparuit præcedens eos eques, in ueste candida, armis aureis hastam uibrās. 2. Mach. 10. & 32. 160


3803 CApuæ nocte sol uisus. In agro stellati fulgure uerueçum de grege pars exanimata. Tetracinæ pueri trigemini nati. Formijs duo soles interdiu uisi. cœlum arsit. Concij homo ex speculo acie orta combustus. Gabijs lacte pluit. Fulmine pleraque de- 160





cussa in Palatio. In templum Victoriæ cygnus inlapsus, per manus capientium effugit. Priuerni puella sine manu nata. In Ce-






phalenia turba in cœlo cantare uisa. Terra pluit. Procellosa tempestate tecta diruta, stragesq; agrorum facta. Crebrò fulminauit.

Nocte













Nocte ſpecies ſolis Piſauri adfulſit. Gære porcus humanis manibus & pedibus natus: & pueri quadrupedes, & quadrumanes nati. Ad forum Eſij bouem flamma ex ipſius ore nata non læſit. Liuius & Iulius Obſequens capite 73.






3804 ANagniæ cœlum nocte arsit. fulmine pleraq; decussa. Frusi- 159
nonæ bos loquutus. Reate mulus tripes natus. Gn. Octaui-
us legatus in Syria per Lysiam, tutorẽ Antiochi pueri, in gymna
sio occisus. Iulius Obsequens cap. 74.





3810 PRocellosa tẽpestate in Capitolio ædes Iouis, & circà quassa- 153
ta. Põtis maximi tectũ cum columnis in Tyberim deiectũ. In
circo Flãminio porticus inter ædem Iunonis Reginę, & Fortunę
tacta, & circà ædificia pleraque dissipata. Taurus ad immolatio
nem cum duceretur, ob hæc ipsa corruit. Dalmatæ Scordis supe-
rati. Iulius Obsequens cap. 75. In pro-

Digitized by Google





3812 IN prouinciã proficiscens Posthumius cõsul, cum immolaret, 151
in plurimis uictimis caput in iocinore non inuenit, profectusq; post diẽ septimũ, æger Romã relatus, expirauit. Consæ arma in cœlo uolare uisa, fulmine pleraq; decussa. A Gallis, & à Lusitanis Romani per arma grauiter uexati. Obsequens cap. 76.

3814 TVrbinis ui in Cãpo colũna ante ædẽ Iouis decussa, cũ signo 149
aurato. Cumq; aruspices respõdissent, magistratuũ, & sacerdotũ interitũ fore, omnes magistratus se protinus abdicauerunt. Quod Ariciæ lapidibus pluerat, ita supplicatio habita. quód Romæ multis locis species togarũ uisæ; ad propinquantiũ oculos eludebãt. In Lusitania uariè, in Gall. pspere pugnatũ. Obs. ca. 77.





3818 VAsto incendio Romæ cum Regia quoq; ureretur, sacrariu, & ex duabus altera laurus, ex mediis ignibus inuiolata est, & erunt. Pseudophilippus deuictus. Iulius Obsequens cap. 78. 145

3819 ANno urbis sexcentesimo septimo arsit cometes totos triginta duo dies. Caspar Beucerus de meteorologia. Eodē præterea anno Andricus Pseudophilippus Macedoniam inuasit. P. Iuuencum prætorem uicit atq; fugauit. Ptolemæus Euergetes Ægypti rex, qui ob corporis deformitatē physcon dictus est, in Ptolemæi Philometoris iam defuncti locum successit. 144










AMiterni puer tribus pedibus, una manu natus. Romę & circà, fulmine pleraq; icta. Cęre sanguinis riui terra fluxerunt, & nocte cœlum ac terra uisum. Frusinone aurum sacrum mures adroserunt.



adroserũt. Lauinij inter horam tertiam & quintã duo discolores circuli solem cinxerunt, rubente alter, alter candida linea. Et cum Carthago obsideretur, in captiuos Romanorũ per Hasdrubalẽ barbaro more sæuitum, mox Carthago per Æmylianum diruta. Obsequens cap. 79.



CVm aduersus Achæos regemq; Aristonicum bellaretur, Apollo Cumanus quatriduo fleuisse dicitur, quo prodigio aruspices territi, cum id simulacrum putassent in mare proiciendum, Cumani senes inhibuerunt, cum eiusmodi prodigium, & Persis & Antiocho haud infeliciter uisum esse cõstaret. Augustinus libro 3. de ciuitate Dei, & Vincentius libro 1exto, capite 83.



383

140

Amiterni

3823



3824




AMiterni puer trib. pè-
dib9 natus. Cauræ san
guinis riui è terra fluxerunt.
Cum à Salassis illata clades
esset Romanis, decẽuiri pro
nunciauerũt, se inuenisse in
Sibyllinis, quoties bellum
Gallis illaturi essent, sacrifi-
cari in eorũ finibus oporte-
re. Obsequens cap. 80. Mi-
thrid. rex eo an. Babylonem
cepit, teste Eutrop. lib. 4. 140

FAmes & pestilẽtia cum 139
essent, per decemuiros
supplicatũ. Lunæ androgy
nus natus, præcepto arusp
cũ in mare deportatus. Tan
ta fuit Lunẽsibus pestilen-
tia, ut iacentibus in publicũ
passim cadaueribus, qui fu-
nerarent, defuerint. In Ma-
cedonia exercit9 Romanus
prælio uexatus, aduersus Vi
riatũ dubiè dimicauit. Ob-
sequens cap. 81.


PRænestè, & in Cephalenia si-
gna de cœlo cecidisse uisa.
Mons Ætna ignibus abundauit,
prodigium maioribus, hostijs
quadraginta expiatum. An
nus pacatus fuit, Vi-
riato uicto.


Cum

3829 CVm Lanuuĩ auſpicarentur, pulli è cauea in ſyluam Lauren 134
tinam euolarunt, neq; inuenti ſunt. Præneſte fax ardens in cœlo uiſa. ſereno intonuit. Terracinæ M. Claudius prætor in nauе fulmine cõflagrauit. Lacus Fucinus per millia paſſuũ quinq;,









quoq; uerſum inundauit. In Græcoſtaſi, & comitio, ſanguine fluxit. Exq; ĩs equuleus cũ 5. pedib. natus. Fulmine pleraq; decuſſa.

HOſtilius Mancinus in bello Numantino cum iret in Hiſpaniam dira & uidit & audiuit prodigia. Cum enim Lanuuĩ ſacrificium faceret, pulli è cauea miſſi, in proximam ſyluam fugierunt,


gierunt, nec uisi sunt amplius, quo prodigio nil territus, cum nauem conscendisset audiuit sine authore uocem clamãtem: Mane Mancine, Mãcine mane. qua territus cum Genuam petijsset, uidit immensę magnitudinis serpẽtem, quibus prodigijs omnibus contemptis, cum pugnaret, turpi fœdere & deditione funesta numero calamitatum æquauit.

3830 RHegium penè totum incendio consumptum, sine ullo humanæ fraudis, aut negligentiæ uestigio. Puer ex ancilla quatuor pedibus, manibus, oculis, auribus, & duplici obscœno natus. Pu 133






teolis in aquis calidis riui manarunt sanguine. Fulmine pleraque deiecta, puer aruspicum iussu crematus, cinisq; eius in mare deiectus. Ab Achæis exercitus Roman. cæsus.






Mons




3831 MOns Ætna maioribꝰ solito arsit ignibus. Romæ puer solidus posteriore naturæ parte genitus. Bononiæ fruges in arboribus natæ. Bubonis uox primū in Capitolio, dein circà urbē audita. Quæ auis, prę mio posito ab aucupe, capta, cōbustaq́, cinis eius in Tyberim dispersus. Bos loquutus. in Numātia res malè gestæ. exercitus Romanus oppressus. Obsequens, Vincentius lib. 6. cap. 82. 132




3832 IN Amiterno sol noctu uisus, eiusq́ lux aliquādiu fuit uisa. Bos loquutus, & nutritus publicè. Sanguine pluit. Anagniæ seruo tunicà arsit, & intermortuo igne, nullum flammæ apparuit uestigium. In Capitolio nocte auis gemitus similes hominis dedit. In 131

Q æde





ædeIunonis Reginæ ſcutum Liguſticum fulmine tactum. Fugitiuorum bellum in Sicilia exortum. Coniuratione ſeruorum Italia oppreſſa. Tiberius Grachus legibus ferendis occiſus. Proditum eſt memoriæ, Tiberium Grachum, quo die perijt, triſtia neglexiſſe omina, cum domi, & in Capitolio ſacrificāti dira portenderētur, domoq; exiens, ſiniſtro ad limen offenſo pede, decuſſerit pollicem, & corui fragmentum tegulę ante pedes eius proiecerunt ex ſtillicidio. In lacu Romano lacte riui manarūt. Lunæ terra quatuor iugerum ſpacio in profundum abijt, & mox de cauerna lacum reddidit. Ardeæ terra pluit. Minturnis lupus ui-





gilem


Digitized by Google


gilem laniauit, & inter tumultum effugit. Romę bubo, & alia à-uis ignota uisa. In æde Iunonis Reginæ clausis per biduũ ualuis, infantis uox audita. Scuta nouo sanguine maculata. Puella qua-drupes nata. In agro Ferentino Androgynus natus, & in flumen






deiectus. Virgines ter nouenæ canentes, urbem lustrauerunt. In Italia multa millia seruorum, quæ coniurauerant, ægrè compre-hensa, & supplicio consumpta. In Sicilia fugitiui Romanos ex-ercitus necauerunt. Numantia diruta.





Digitized by Google

3836



REate mulus cũ quinq; pedib. natus. Romæ in agro Cortasi lacte pluit. Lupus & canis Hostiæ pugnãtes, fulmine exanimati. Grex ouium in Apulia, Prætor populi Romani uno ictu fulmine exanimatus. Terracinæ sereno nauis uelum fulmine tactum, in aquas deiectum, & impensas omneis, quæ ibi erãt, ignis absumpsit. 127

Publius Crassus aduersus Aristonicum dimicans, occisus. Apollinis simulachrũ lachrymauit per quatriduum. Vates portenderunt, Græciæ forè exitium, unde deductum esset. Sacrificatũ tum à Romanis, donaq; in templo posita. Phrygia recepta. Asia Attali testamento legata Romanis. Antiocho regi Syriæ ingenti exercitu dimicanti, hirundines in tabernaculo nidum fecerunt, quo prodigio neglecto, prælium cõmisit, & à Parthis occisus est. M. Fului Flacci triũuiri dissensione in legibus ferendis, angues duo nigri in cella Mineruæ allapsi, ciuilem cædem portenderunt.

3837




IN Bosphoro dum Mithridates rex sacra Cerealia celebraret terræmotus adeò repẽte exortus est, ut magna clades, urbium atq; agrorum sequuta sit. Et paulò pòst Castor Mithridatis præfectus, qui Phanagorio præerat, interfectis regis amicis arcem occupauit, & quatuor Mithridatis filios ad præsidia Romana transmittit. 126

Mithridates

Mithridates ipse ira commotus ob tantum scelus plures amicos, & Exipodrũ filium interfecit, & mox à Phameio filio altero debellatus, filiabus uenenum prębentibus ipso quoq; eodem sublatus est.





3838 MVlta intra & extra urbem de cœlo tacta. Reate mula pepe- 125
rit. Frusinone ex ancilla puer biceps natus, fax ardens in cœlo uisa, & bubonis uox in urbe audita. Cęre sanguine pluit: ac gallus gallinaceus quinq; pedibus inuẽtus. Bella inter Antiochum Syriæ regem & Phaartem Parthorũ regẽ gesta sunt. Et res turbidæ Ægyptiorũ: Ptolemæus enim Euergetes, ob nimiam crudelitatẽ suis in, uisus, incensa à Pop. Ro. regia, clàm in Cyprum profugit, & cum sorori eius Cleopatræ, quam eius filia uirgine per uim compressa, & in matrimonium ducta, repudiauerat, regnum à populo datum esset, infensus, filium quem ex ea habebat, in Cypro occidit, caputq; eius, manus item & pedes, matri misit. Obsequens cap. 88.






Digitized by Google

3839 NOcturna tempestate in Capitolio aliquot templa concussa sunt. Romæ & circà, fulmine pleraque deiecta sunt. Æthna mons Siciliæ terræ motu ignes super uerticem latè diffudit, & ad insulam Liparas mare efferbuit, & quibusdam adustis nauibus uapore plerosq; naualeis exanimauit: piscium uim magnam examinem dispersit, quos Liparenses auidius epulis appetentes, contaminatione uentris consumpti, ita ut noua pestilentia uastarentur insulæ. Quod prodigium aruspicum responsio, seditionem, quæ post tempora patuit, portendit.







Digitized by Google



IN arboribus fruges natę sunt. Oleo et lacte in Veiente pluit. Bubo in Capitolio uisus. Arpis lapideus imber triduo apparuit. Locustarum ingentia agmina in Africa, quæ à uento in mare deiectę, fluctibusq; eiectę, odore intolerabili Cyrenis mortifero uapore, grauem pestilentiam fecerunt pecori, hominumq; 800. millia consumpta tabe, proditum est. Fregellę, quæ aduersus Romanos coniurauerunt, dirutæ. Ligures Sallyes trucidati.






IN Græcostasi lacte pluit. Fulmine Crotonæ grex ouium cum cane, & tribus postoribus exanimatus. Saturæ uitulus biceps natus. Tumultus in urbe fuit, Gracho leges ferente.


In foro














3843



IN foro Vessano andro- 120
gynus natus, in mare de-
latus est. In Gallia tres so-
les, & tres lunæ uisæ. Vitu-
lus biceps natus. Bubo in
Capitolio uisus, & ex incen
dio cathena cõsumpta. Sal-
lyes & Allobroges deuicti.

Grex

3844

3846

3847




GRex luporum limites, qui in agrorum diuisione per C. Grachum depositi erāt, dissipauit. Ipse Grachus in Auentino occisus. 119

ANdrogynus in agro Rom. annorū 8. inuentus, & in mare deport9. Virgines ter nouenæ in urbe cātarunt. Obsequens cap. 94. 117.


CAtone cons. immolāte exta tabuerūt, caput io 116

cineris inuctum non est. Lacte pluit. Terra cum mugitu tremuit.










Digitized by Google

Examen apum in foro consedit. Sacrificium ex Sibyllinis. Eodem anno tres soles uisi, ut Plin. lib. 2. cap. 31. author est. Eo anno Narbonem in Gallia coloniam à Romanis ductam Eutropius scribit. Q Martio scilicet ac M. Porcio Conss. anno urbis sexcentesimo trigesimo tertio. Vbi tamen iuxta Glareani nostri supputationem legendum est 636. aut secundum Cuspinianum (qui semper per unius anni spacium ab eo dissentit.) 635.

3849 FVlmine Romæ & circà pleraq; tacta. Præneste lacte pluit. 114
Hastæ Martis in regia motæ. Priuerni terra septem iugerum





spacio in cauerna desedit. Saturniæ Androgynus annorũ decem inuentus, & mari demersus. Virgines 27. urbẽ carmine lustrauerunt. Reliquum anni in pace fuit. Cecilius Metellus dux à Rom. contra Dalmatas declaratus, deuictis ijs triũpha uit. Eutrop. lib. 4. Appian. in Illyrico.






3851 RHodus insula terræmotu cõcussa, colossus ruit. Iugurtinũ bellũ ortum, in quo Iugurta cõtra Rom. pugnãs captus est. Euseb. Hircanus Samariã quæ iam à Iudæis defecerat, post annuã obsidionem solo æquauit. 112
Pompeius


3852 POmpeius Elnius eques Romanus, à ludis Romanis, cum in Apulia reuerteretur, in agro Stellati filia eius uirgo, equo insidens, fulmine icta, exanimataq; uestimento deducto, in inguinibus exerta lingua per inferiores locos, ut ignis ad os emicuerit, responsum: Infamiam uirginibus & equestri ordini portendi, quia equi ornamenta dispersa erant. Tres uno tempore uirgines Vestales nobilissimæ, cum aliquot equitibus Romanis, incesti pœnas subierunt. Ædes Veneri Verticordiæ facta.

LVmen de cœlo noctu uisum, ut diei species noctu luceret. Plinius lib. 2. cap. 33. Ex hoc tempore Syria crebris tumultibus agitata est, donec in Romanorum potestatem deuenit.










Albanus

3853 ALbanus mons nocte ardere uisus. Ædicula & signū de cœlo tacta. Ara Salutis interrupta. Terra in Lucanis & Priuernati latè hiauit. In Gallia cœlum ardere uisum. Cimbri, Theutoniq; alpes transgressi, fœdam stragem Romanorum sociorumq; fecerunt. 110

LActe & sanguine pluit. Plinius libro 2. capite 56. Auentinus asserit, hoc ipso tempore ab urbe condita sexcentesimo quadragesimo Cecilio Metello, & Cn. Papyrio Carbone Cōs. armorum crepitus, & tubarum sonitus auditos è cœlo, qui proculdubio futuras portenderint calamitates. Ab eo enim tempore, horribili marte ululârunt Cimbri, Teutones. Ambrones cum regibus suis Celeo, Teutobocho, Bolo, transcendentes Rhenum, multis mox cladibus Romanorum.

3854 MAxima pars urbis exusta, cum æde Matris magnæ. Lacte per triduum pluit, hostijsq; expiatum maioribus. Iugurthinum bellum exortum. 109







3857 AVis incēdiaria, & bubo, in urbe uisæ. in Laotomijs homo ab homine adesus. Ex Sibyllinis in insula Cimolia sacrificatum per triginta ingenuos patrimos & matrimos, totidemque uirgines. Multa millia hominum, intumescente Pado, & sta- 106

R gno Arretino





gno Arretino obruta. Bis lacte pluit. Nursiæ gemini ex muliere ingenua nati: puella integris omnibus membris: puer à parte priore aluo aperto, ita ut nudum intestinum cospiceretur. idem po-





steriore natura solidus natus, qui uoce missa expirauit. Contra Iugurtham prospere dimicatum. Obsequens cap. 106.


3859 MArcus Tullius Cicero, natus tertio Ianuarij mensis die, 104 Ante Christum natum 103. Gellius libro 15. cap. 28. prodigiosum


digiosum fulmẽ, quod in natiuitate ipsius euenit, uide in lib. Me teorologico Frytschñ. Bellũ inter Romanos ac Cimbros ortum, Vnde Aurelius Scaurus à Cimbris captus & à Bolorege interfectus est. Florus lib. 67.





3859 A Miterni cum ex ancilla puer nasceretur, Aue dixit. In agro 104
Perusino, & Romę locis aliquot, lacte pluit. Inter multa ful
mine icta, Atellis digiti hominis quatuor tanquam ferro præcisi.
Argentum signatum afflatu fulminis diffluxit. In agro Trebula-
no mulier nupta ciui Romano, fu mine icta, nec exanimata. Fre-






Digitized by Google

mitus cœleſtis auditus, & pila cœlo cadere uiſa, ſanguine pluit. Romæ interdiu fax ſublimè uolans conſpecta. In æde Larum flā ma à faſtigio ad ſummum columen penetrauit innoxia. Per Cæpionem Conſulem ſenatorum & equitum iudicia communicata, cætera in pace fuerunt.

3860 TRebulæ, Mutuſcæ antè quàm ludi committerētur, canente tibicine, angues nigri aram circumdederunt: deſinente cantare, dilapſi. Poſtero die exorti, à populo lapidibus enecati. foribus templi adapertis, ſimulachrum Martis ligneum capite ſtans inuentum. A Luſitanis exercitus Romanus cæſus. 103





Bubo


3861 BVbo extra urbem uisus, bos loquuta Trebulę. Mutuscæ simulachrum in templo, quod capite adoperto fuit, opertum inuentum. Nuceriæ ulmus uento euersa, suâ sponte erecta in radicem coaluit. In Lucanis lacte, Lunæ sanguine pluit. Arimini




canis loquutus: arma cœlestia, tẽpore utroque ab ortu & occasu uisa pugnare, & ab occasu uinci. Aruspicũ responso, populus stipem Cæreri & Proserpinæ tulit. Virgines uiginti septem dona canentes tulerunt. Luna interdiu cum stella, ab hora tertia usque ad horam septimam apparuit. A fugitiuis & desertoribus, in Thurinis regiones uastatæ. Cimbri alpes transgressi, per Hispaniam uastatam, iunxerunt se Theutonis. Lupus urbem intrauit. Fulminis ictu uultures super turrem exanimati. Hora diei tertia, solis defectus lucem obscurauit. Examẽ apium ante ædẽ Salutis consedit. In Comitio lacte pluit.












In Piceno tres soles uisi. In agro Vulsinienſi flãma è terra orta, cœlumq; uisa cõtingere. In Lucanis duo agni equinis pedibus nati, alter fiminino capite. In Tarquinienſi lactis riui terra ſcaturienti exorta. Aruſpicũ reſponſo ſigna oleaginea duo armata ſtatuta, ſupplicatũq;. In Macedonia Thraces ſubacti.

3863

C. Mario contra hoſtem pugnante, duo circa 100





eius

eius exercitum uultures ante prælium assidue comparebant, sequebanturq; noti torquibus ferreis: hos torques cum milites captis auibus apprendissent, illas rursus dimiserunt: Ex quo uultures militibus uelut notis extra castra quocunq; egressis, obuios, se læti, & tanq; boni quiddã allaturi ingerebant. Sed cum prodigia multa contigissent, alia quidem uulgaria fuerunt. At ex Amelia, & ex Tuderito Italiæ urbibus renunciatum est, noctu per cœlum hastas ardentes, & scuta principio errãtia uisa fuisse. Deinde ad inuicem irruentia, more hominum pithnantium acie, impetu facto. Tandem his cedentibus, illis insequentib. omnes uersus occasum abijsse. Per ea tempora adueniens Bathabaces Pessinunte, sacerdos magnæ matris nũnciauit deam in templo ex adytu ad se loquutam, uictoriamq; belli prædixisse.

ANno ab urbe condita 652. Quinto Luctatio Catulo & Aulo Maritio (Caio Mayio legendum uidetur) Cõsulibus: Tyberis insolitis auctus imbribus adeò intumuit, ut omnia Romæ







ædificia deijceret, & dum maiorem urbis partem deuastasset, ignis incerto authore edaci flamma plurimas ciuitatis partes perua gatus, non tantum hominum domorumq; miserabilem stragem edidit, sed etiam opum diuitiarumq; infinitos thesauros adeò consumpsit, ut non tantum plurimæ peregrinæ uictoriæ conferre urbi non potuerint. Cumq; omnia in circuitu fori depopularetur etiam ædem Vestæ corripuit.


Digitized by Google

NOuendiale ſacrum fuit, quòd in Thuſcis lapidibus pluerat. Vrbs aruſpicum iuſſu luſtrata. Hoſtiarum cinis per Decẽuiros in mare diſperſus: & per dies nouem circa omnia templa per magiſtratus, & municipia, pompa ducta ſupplicatum. Haſtæ Martis in regia, ſua ſponte motæ. Sanguine circa amnem Anienem pluit. Examen apum in foro Boario, in ſacello conſedit. In Gallia, in caſtris lux nocte fulſit. Puer ingenuus Ariciæ flamma comprehenſus, nec ambuſtus. Ædes Iouis cluſa fulmine icta, cuius expiationem, quia prius mõſtrauerat Æmylius Potenſis.









Digitized by Google

Potensis aruspex, præmium tulit cæteris cælantibus, quòd ipsis, liberisq; exitium portenderetur. Piratæ in Sicilia à Romanis deleti. Theutoni à Mario trucidati. Ancylia cum crepitu suâsponte mota, seruusqué Seruilij Cæpionis matris Ideæ se præcidit, & trans mare exportatus, ne unq; Romę reuerteret. Vrbs lustrata, capra cornibus ardentibus per urbem ducta, porta Neuia emissa, relictaq;. In Auentino luto pluit. Lusitanis deuictis, Hispania ulterior pacata. Cimbri deleti.



3864 C. Marius cum exercitu contrà Germanos Sicãbros ad Mosam uenit, de quibus victor euasit, hunc tam lætum tamq; felicem libertatis Italiæ, adsertiq; Imperij nuncium (ut authores sunt Plinius & Lucius Florus) per deos Castorem & Pollucem datis Prætori literis, Romanus populus accepit. Factũ est quinetiam hoc ipso eodem tempore illis bellis populi Romani quiritibus ostentum. Nuceriæ in luco Iunonis Vlmus, postea q; ei cacumen amputatum erat, quoniã in ipsam aram procumbebat, restituta est sponte, ita ut protinus floreret. A quo deinde tempore maiestas populi Romani resurrexit, quæ ante uastata cladibus fuerat. 99

3865 FAx ardens Tarquinijs latè uisa, subito lapsu cadens. In Piceno, terræmotu domicilia ruinis prostrata, quædã conuulsa, sede sua inclinata manserunt. Fremitus armorum ex inferno auditus. Quadrigæ auratæ in foro à pedibus sudauerunt. Fugitiui in Sicilia prælijs trucidati. 98


Clypeus






CLypeus ardens ab occasu ad ortum scintillans trãscurrit occasu solis. Plinius libro secundo. Romæ optimates in foro à Mario trucidati. Plutarchus, Orosius, Eutropius, Valerius Maximus lib. 3. cap. 2.

3866




BVbone in urbe uiso, urbs lustrata, nimbis & procella plurima dissipata, fulmine pleraque tacta. Lanuuij in æde Iunonis Sospitæ, in cubiculo deæ sanguinis guttæ uisæ. Nursiæ ædes sacra terræmotu disiecta. Lusitani rebellãtes subacti. Sextius tribunus plebis de agris diuidendis populo, cum repugnantibus collegis pertinaciter legem ferret, corui duo numero in alto uolantes, ita pugnauerunt supra cõcionẽ, ut rostris, unguibusq; lacerarent. Aruspices sacra Apollinis litanda, & de lege quæ ferebat supersedendũ, pronunciarũt. Fremitus ab inferno ad cœlũ ferri uisus, inopiã famẽq; portẽdit. 97

Populus





Populus stipem, matronæ thesaurum, & uirgines dona Cereri & Proserpinæ tulerunt. Per uirgines uiginti septem cantitatum. Signa cupressea duo Iunoni Reginæ posita. In Lusitania prospere à Romanis pugnatum.





3867 BVbone in Capitolio supra deorum simulachra uiso, cum pia 96
retur taurus, uictima exanimis concidit. Fulmine pleraque decussa. Hastæ Martis in regia motæ. Ludis in theatro, creta candida pluit: fruges & tempestates protendit bonas. Sereno tonuit.


Apud

Apud ædem Apollinis Decemuiris immolãtibus, caput iocineris non fuit. Sacrificantibus anguis ad aram inuentus. Item androgynus in mare deportatus. In circo inter pilà militum ignis fusus. Hispani pluribus prælijs deuicti.







3868



SVpplicatum in urbe, qd 95
androgynus inuẽtus, & in mare deportatus erat. Pisauri terrę fremitus auditus. Muri pinnæ sine terræmotu passim deiectæ, ciuiles portẽdere discordias. Nursiæ simulachrũ Iouis in partem sinistram conuersum. Cupressea simulachra Iunonis Reginæ posita per uirgines uiginti septem, quæ urbem lustrauerũt. Celtiberi, Medi, Dardani subacti.

Lupus







3869



LVpus urbẽ ingressus, in domo priuata occisus. Bubo in Capitolio occisus. Fulmine pleraq; decussa. Signa aurata Iouis cum capite, columnaq; disiecta. Fessulis sanguine terra manauit. Aretij mulieri è naso spicæ farris natæ: eadm farris grana uomuit, urbe lustrata. Ptolemęus rex Ægypti Cyrenis mortuus, S.P.Q. Romanum hæredem reliquit.





S Cære

3870 CÆre lacte pluit. Lebadiæ Eutychides in templum Iouis Trophonij digressus, tabulam æneam extulit, in qua scripta erant, quæ ad res Romanas pertinerent. Fulminis afflatu pleraque animalia exanimata. Venafri hiatu terra altè subsedit. Vultures





canem mortuum laniantes, occisi ab alijs, & comesi uulturibus. Agnus biceps. Puer tribus manibus, totidemq; pedibus natus. At hastæ Martis in regia motæ. Androgynus Vrbino natus, in mare deportatus. Pax domi, foriscq; fuit.





Nouendiale

3871 NOuendiale sacru fuit, quòd in Volsca gente lapidibus plu- 92
erat. Vulsinijs luna noua decidit, & non nisi postero die hó
ra tertia comparuit. Puella biceps, quadripes, quadrimana, gemi
na fœminea natura, mortua nata. Auis incendiaria uisa, occisaq.








In Vestinis, in uilla lapidi-
bus pluit. Fax in cœlo ap-
paruit, & totum cœlum ar-
dere uisum. Terra sanguine
manauit, & concreuit. Ca-
nes, saxa, tegulas uulgò ro-
serunt. Fesulis ingens mul-
titudo inter sepulchra lugù
bri ueste, pallida facie, in-
terdiu ambulare gregatim
uisa. Per Nasicam Hispa-
niæ principes, qui rebella-
bant, supplicio consumpti;
urbibus dirutis.

Digitized by Google

3872




ROmæ & circà, fulmine pleraque decussa. Ancilla puerũ unimanum peperit. Fregellis ædes Neptuni nocte patefacta. Maris uituli cum exta demerentur, gemini uitelli in alto eius inuenti. Arretij signum æneũ Mercurij sudauit. In Lucanis gregẽ uerue cum, cum pasceretur, & nocte in stabulo flamma cir-





cumdata nihil adusit. Carseolis torrens sanguinis fluxit. Lupi urbem ingressi. Prænestelana uolitauit. In Apulia mulla peperit. Miluus in æde Apollinis Romæ comprehensus. Herennio consuli bis immolanti, caput iocinoris defuit. In sacro nouẽdiali cœna deæ posita, à cane adesa antè quàm delibaretur. Vulsinijs prima luce flamma cœlo emicare uisa, cum in unum coisset, os flammæ ferrugineum ostendit: cœlum uisum descendere, cuius hiatu uertices flammæ apparuerunt. Lustrationibus prosperè expiatum. nam totus annus domi foris q; tranquillus fuit. Ptolemæus Aule-

3873



Auletes ob matris tyrannidem à subditis in Ægypti regnum reuocatus. Antiochus Gryphus Syria, Herodiani insidijs moritur.


BVbo in æde Fortunæ equestris comprehensus, inter manus expirauit. Fesulis fremitus terræ auditus. Puer ex ancilla natus sine foramine naturæ, quo humor emitti- 90






tur. Mulier duplici natura inuenta. Fax in cœlo uisa. Bos locuta. Examen apiũ in culmine priuatæ domus cõsedit. Volaterris sanguinis riuus manauit. Romę lacte pluit. Arretij duo androgyni inuẽti. Pullus gallinaceus quadripes natus. Fulmine pleraq; icta. Supplicatio fuit. Populus Cereri, & Proserpinæ stipem tulit. Virgines uigintiseptem carmen canentes, urbem lustrauerunt. Medorum in Macedonia gens, prouinciam cruente uastauit. Seleucus Griphi filius cum patruo Zynziceno de Syriaco imperio dimicauit, atque acie uictum interfecit. Ipse à patruele regno pul-







874 

ſq, atq; in Palatio cõcremat9 eſt.

L Martio & Sex. Iulio conſulibus in agro Mutinenſi duo montes inter ſe cõcurrerũt, crepitu maximo aſſultantes, & recedentes, & inter eos flamma fumoq; exeũte. Quo cõcurſu uillæ oẽs eliſæ ſunt, animalia permulta (quæ intra fuerãt) examinata fũt. Inter initia Marſici belli Alcippe mulier peperit elephãtum, & quædam ancilla ſerpentem. Raui. Textor ex Alexandro ab Alexandro lib. 2. cap. 31. 89.

Libius











Libius Troſo, P. Tarquinius, leges ferentes, cum bellum Italicum conſurgeret, prodigia multa apparuerunt urbi: Sub ortu ſolis, globus ignis à ſeptentrionali regione cum ingēti ſono cœli emicuit. Arretij frangentibus panes, cruor è medijs fluxit. In Veſtinis per dies ſeptem lapidibus

testisq; pluit. Ænarix terræ hiatu flamma exorta, in cœlum emicuit. Circa Rhegium terra mota, pars urbis murique diruta. In Spoletino colore aureo globus ignis ad terram deuolutus, maiorq; factus, è terra ad orientem ferri uisus, magnitudinem solis obtexit. Cuius in arce, simulachrum Apollinis sudauit. Ædis Pietatis in circo Flamminio clausa fulmine icta. A Sylo per ludos Romani trucidati, cum ex agris in urbem pecora, armentaq; Latini agerent, strages hominum passim facta, armenta in tantam rabiem concitata sunt, ut uastando suos, hostile imaginarentur bellum, lachrymantesq; multis affectibus, calamitatem præsagirent suis. Et statim intestinis causis sociale bellum in Italia cummotum est, & Drusus tribunus plebis, domi suæ incerto authore interfectus est. Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani, occultam defectionem meditantes, Q. Seruilium procõsulem, & legatum ad se missum, apud Asculum interfecerunt, statimq; clausa porta ciuitatis, omnes ciues Romanos crudeliter iugularunt. Vincentius libro 6. capite 96. apud quem annorum numeri sunt corruptissimi.

EOdem anno, antequam aduersus Romanos sociale bellum se commoueret, omnia animalia humanis usib. subdita, utpote canes, equi, asini, boues, & quæcunq; animalia alia atq; pecora quæ hominibus subdita erant antea. Tunc temporis subito efferata, & domesticæ benignitatis oblita, relictis tectis libere magno cum impetu uagabantur, & non solum aliorũ, uerumetiam dominorum propriorum auersabantur accessum, nec sine exitio ac periculo.

3876. MEtella Cæcilia somnio Iunonem Sospitam profugientem, quod immundè sua templa fœdarentur, cum suis precibus ægrè reuocatam diceret, gregem matronarum sordidis, obscœnisq; corporis coinquinatum ministeriis, in quo etiam sub simulachro Deæ cubile canis confœtuerat, commundatum supplicationibus habitis, pristino splendori restituit. A Picentibus Romani barbaro more excruciati: ubique in Latio clades accensa. Lucilius Lupus, spretis religionibus, cum in extis caput non inuenisset iocineris, amisso exercitu in prælio occisus est. 87.

Syllæ

Anno mundi

Ante Christum.

SYllæ temporibus canes, & alia id genus animalia rugitu miserabili lugubres uoces dedisse scriptum est, quę prodigia intestinum bellum denotarunt, quod sequutum est.

L. Sylla cum in Samium profectus aduersus Nolam exercitum ducere uellet, Deos patrios de pugnæ fortuna consuluit, cum immolaret igitur anguem ab una parte aræ prolapsam conspexit, interrogato autem Posthumio aurusice quid portenderet, responsum est, ut magno animo castra hostium inuaderet, quo facto potitus est uictoria, quæ futuræ eius potentiæ fundamentum extitit.



3877.

SYllę immolãti iecur extrema sui parte speciem laureæ coronę præ se tulisse fertur, mirabili futuræ felicitatis ostento.

LVcius Cornelius Sylla posteaquã ex Italia moueret exercitum, cum alia cõplura Mithridati rege Ponti circa Pergamũ missa diuinitus signa traduntur, tum uero coronatum uictoriæ simulachrũ, quod Pergameni quibusdã superne machinis in eum demittebãt, cum fere caput attingeret effractũ, coronãq; multa per frusta humi per theatrũ esse collapsam. Quæ es uulgò quidẽter rorem, Mithridati aũt non parũ mœroris incusit, tametsi p id tẽpus res supra spẽ illi succederẽt. Ipse enim intercepta Romanis Asia, regibusq; Bythinia, & Capadocia expulsis, Pergami consederat, amicis opes, potentatus, ac regna dispertiens, Filiorũ eius unus antiquũ principatũ in Ponto ac Bospharo supra Mœotim obstantib. nullis, obtinebat. Alter Ariarathes Thraciam & Macedoniam magno subegerat exercitu, aliaq; alij loca duces magnas habentes copias in potestatẽ redigebant. Ex quib. maximus Archelaus uniuerso mari (nã nauib. imperitabat)

86.

Cyclas

Cyclades insulas in seruitutem trahebat, reliquas omnes quæ intra Maleam sitæ sunt, simul & Eubœam ipsam subiugarat. Indè concitatus ab Athenis usq; Thessaliam omnes à Græcis gentes ad defectionem solicitauit.

POmpeius Sylo in oppidum Bouianum, quod ceperat, triumphans inuectus, omen uictoriæ hostibus ostendit: quia triumphus in urbem uictricem, non uictam, induci solet. Proximo prælio, amisso exercitu occisus. Mithridati aduersus socios bellũ paranti, prodigia apparuerũt. Stratopedo, ubi senatus haberi solet, corui uulturem tundendo rostris occiderunt. In eundem locum sidus ingẽs cœlo demissum. Isidis species uisa, fulmine petere. Lucum Furiarum cum Mithridates succenderet, risus exauditus ingẽs, sine authore. Cum aruspicum iussu uirginem Furijs immolaret, è iugulo puellæ risus ortus, turbauit sacrificium. Classis Mithridatis in Thessalia à Romanis in prælio amissa. Cinna & Mario per bella ciuilia crudeliter sæuientibus, Romæ in castris Gnei Pompeij cœlum ruere uisum, arma signaq́ue tacta, milites exanimati. Ipse Pompeius afflatus sidere, interijt. Lectum eius populus diripuit, corpus unco traxit, quòd discrimine ciuili perseuerasset periclitanti patriæ nõ succurrere: cum & imperium, & maximos haberet exercitus.

Peirçum

Peiræum Sylla cum oppugnaret, unus miles eius aggerem ferēs, exanimatus fulmine. Aruspex respondit, Diuturno labore, quod caput iacentis in oppidum uersum esset, introitum & uictoriam Romanis significare. Post breue tempus Athenæ & Peiræum à Sylla capta. Ilio à C. Fimbria incēso, cum ædes quoque Mineruæ deflagrasset, inter ruinas simulachrū antiquissimum inuiolatum stetit, spemq; restitutionis oppido portendit. In agro Mutinensi duo montes inter se concurrerunt, crepitu maximo assultantes, recedentesq;, inter eos flamma fumoq; in cœlum exeunte. eo concursu uillæ omnes elisæ, animaliaque multa, quæ intrà fuerant, exanimata sunt. Exarsit eo anno sociale bellum, quod haud scio an funestius terræ Italiæ fuerit quàm ciuile. In eo autem bello L. Cornelius Sylla cum in agro Nolano ante prætorium immolaret, subitò ab una parte aræ anguis prospexit, qua uisa, Posthumi aruspicis hortatu, continuò exercitum in expeditionem






eduxit, ac fortissima Samnitum castra cepit, quæ uictoria futuræ eius amplissimæ potentiæ signum extitit.

Cn. Octa-

3878 CN. Octauius Consul dirum omen quemadmodum timuit, 85
ita etiam uitare nequaquã potuit, è simulachro enim Apollinis per se abrupto capite & ita infixo humi, ut auelli nequiret, armis à collega suo Cinna dissidens, præsumpsit animo eare significari exitũ suum, in quẽ metus prodigij tristi fine uitæ incidit.

COnidus centurio in bello contra Marsos fertur miraculo fuisse, quòd poculum supra cassidem, modo suscitãs flãmam, modo remittens deferebat.

3879 

IMminẽte Romanis primo ciuili bello, ignis ex hastis subito emicuit, q uix potuit extingui, Tres corui pullos suos in uiã pductos laniarũt, qd ex laniatu supfuit, retulerũt in nidũ. Mures aurũ in tẽplo raserunt. Capta ex his fœmina qnos masculos in mussipula enixa est, & tres ex illis deuorauit. Tubarum clangor in aëre cõcrepuit. 84

3882 

SYlla post unum atq; alterum cum rege Mithridate congressum, cum magno exercitu iam in Italiam properaret, Satyrũ animal humano ore, atque forma, qua pingitur, somno pressum atq; ita captum, locorũ accolæ ad Syllam uinctum perduxerunt: apud quem haud una uoce interrogatus quis esset? multisq; uariarum linguarum peritis ad hoc ipsum adhiditis, tantum uociferatus dicitur, uoxq; aspera 81

ex eo

ex eo profecta, inter balatum & hinnitū media. Sylla religione tactus, datis comitibus qui eum in solitudinē deducerent, missum





fieri imperauit. Eodem anno & alia quædam prodigia uisa sunt. Nam & mula peperit, & mulier uiperam pro infante enixa est. terra in urbe adeò horrendè mota est, ut quibusdam in locis omnino soli faciem mutauerit. Capitoliū anno circiter quadringentesimo ex quo conditum erat, incendio est consumptum.

SYllæ circa Tarentum, quà traiecerat immolanti, iecur extrema sui parte laureæ coronæ formam habens inspectū est, corymbo pendente gemino:




Pridie quàm Campaniam ingrederet, duo eximiæ magnitudinis hirci penes Ephæum montem conferere conspecti sunt, omnia quæ interpugnādū euenire mortalibus solent, nunc inferentes, nunc tolerantes: Erat autem uisio, quæ paulatim à terra eleuata quaquauersus per aërem dispergebat; obscuris idolis perquàm si

T milis:

milis: Postmodum euanuit: Nec diu post Mario iuniore, & Norbano consule magnas inducentibus copias, Sylla cum neque aciem, neque turmas suorum instruxisset, comminus strenuitatis robore, & audaciæ usus impetu, in fugam conuertit hostes, & septem millibus cesis, intra urbem Capuam Norbanum inclusit.

3882. PEr Syllana tempora, inter Capuam & Vulturnum, ingens 81.
signorum sonus, armorumq́, horrendo clamore auditus, ita ut uiderentur duæ acies concurrere per plureis dies. Rei miraculo intus considerantibus, uestigia equorum, hominumq́, & recentes protritæ herbæ, & uirgulta uisa molem ingentis belli portendere. In Hetruria Clusij, materfamiliæ uiuum serpentem peperit, qui iussu aruspicum in profluentẽ deiectus, auersa aqua natauit. Lucius Sylla post quintum annum uictor in Italiã reuersus, magno terrori fuit inimicis. Æditui Capitoliũ una nocte conflagrauit. Syllæ crudelitate fœda proscriptio principum fuit. Centena millia hominum consumpta Italico, ciuilique bello relata sunt.





3887. PLinius libro decimo capite uigesimoprimo author est, Gallũ 76.
Gallinaceum in Arminiensi agro atq; uilla Galleri hoc anno loquutum. Idem refert mirum ostentum contigisse, lib. 2. cap. 35. Quo tempore, Romæ Lepidus Pompeij intercessione consul factus, multorũ in urbe dissidiorũ causa fuit. Syllæ acta rescissa. Catulus ex Italia pulsus, in Sardinia frustra bellũ molitus, periit.

Didius

3888. DIdius Lælius legatus Pompeij, cui prodigium Romæ erat factum, in lecto uxoris duo angues cõspecti, in diuersumq; lapsi. Proximè Pompeio in castris sedenti, accipiter super caput accesserat. In Hispania aduersus Sertoriũ, inter pabulatores occisus. Obsequens cap. 119. 75.

3889. 

RAte terræmotu ędes sacræ in oppido, agrisq; cõmotę. Saxa, quibus forum stratum erat, discussa. Pontes interrupti. Ripę labẽtis fluminis in aquã prouolutæ. Fremitq; inferni exauditi. Et post paucos dies, quæ concussa erant, corruerũt. Saxum uiuũ cum prouolueretur, in præcipiti rupe immobile stetit. A Sertorio in Hispania exercitus Romani cæsi. Aduersum Medos uariè dimicatum. 74.

3890. LVcullus contra Mithridatem regem pugnaturus, cum iam copias in aciem educeret, atq; utrinq; iam pugnę signum datum esset, nullo prorsus iudicio præcedente, ingens flammeũ corpus, aëre repente cõfracto intra duos exercitus est elapsum. Erat id corpus forma quidem dolio, argento uero ignito colore persimile. Subitus itaq; tanti prodigij pauor certamẽ utrinq; diremit. Hoc autem circa Otrias (hic Phrygię locus) euenisse traditum est à Plut. in uita Luculli. 73.

SErtorio in Hispania exercitum ducenti, tale prodigium est factum. Scuta equitum parte exteriore, iaculaq;, & pectora equorum cruenta uisa: quod prosperum sibi interpretatus est Sertorius, quia exteriora hostili sanguine maculari solent. Continua ei prælia cum successu fuerunt. Cyzicum Mithridates cum oppugnaret, Aristagoræ, qui in summo magistratu erat, Proserpina in quiete uisa est dicere aduersus tibicines, se tibicinẽ cõparasse. Postero die turres hostiũ uento disiectę sunt. Ad immolandũ bos





ſacra iniuſſa, de montibus per hoſtium claſſem adnatauit, ſeq; ad aras percutiendam obtulit.


3902. FVlmine pleraque decuſſa. Sereno Vargunteius Pompeius 61.
de cœlo exanimatus. Trabs ardens ab occaſu ad cœlum extenta. Terræmotu Spoletum totum concuſſum, & quædam corruerunt. Inter alia relatum, biennio ante in Capitolio lupam Remi & Romuli fulmine ictam, ſignumque Iouis cum columna diſiectum, aruſpicum reſponſo in foro repoſitum. Tabulæ legum æneæ literis liquefactis. Ab his prodigijs Catilinæ






nefaria







nefaria conspiratio cœpta. Cum in Agro Pistoriensi Catilinam deuicisset, laureatos fasces in prouinciã tulit, ibi à Dardanis oppressus, amisso exercitu profugit. Apparuit eum hostibus portendisse uictoriam, cum ad eos laurum uictricem tulerit, quam in Capitolio debuerat deponere. Lupi in urbe uisi: nocturni ululatus flebiles, canum auditi. Simulachrũ Martis sudauit. Fulmen tota urbe peruagatum, pleraq; deorum simulachra decussit, homines exanimauit. Vrbs lustrata. Propter dictaturam Pompeij, ingens seditio in urbe fuit. Obsequens capite 122, ubi consulum nomina sunt corruptissima.

Digitized by Google



C. Iulius Cęsar cum Lusitanię prępesset, equus insignis fissis unguibus anteriorum pedum, & propemodum digitorum humanorum, natus est, ferox admodum atque elatus: Quē natum apud se cum aruspices imperium orbis terræ significare domino pronunciassent, magna cura aluit. Nec patientem sessoris alterius, primus ascendit: Cuius etiam signum proædē Veneris genitricis postea dedicauit. Ex eo Cęsar in maximam spem ueniens cum consul esset, reuersus ex Lusitania leges populares tulit.





De toto ante sereno, circa horam undecimam nox se intēdit, deinde restitutus fulgor, turbinis ui tecta deiecta, põte sublapso, homines in Tyberim præcipitati. In agris pleræq; arbores radicitus euersæ, Lusitani & Gallæci deuicti.

M. Lic

3910. M. Licin. Crassus cū ducere uellet à Corris exercitū aduersus Parthos, pullum ei traditum est paludamentum, cum in prælium euntibus aureum aut purpureum dari soleret, Mœsti et taciti milites ad principia conuenerunt, qui uetere instituto cū clamore & alacri uultu accurrere debebāt, Aquilarū altera uix, cōuelli à primipilo potuit, altera egerrime extracta in contrariam ferebatur partē, & seipsam cōuertit. In ipsa igitur strage legiones præcipue interiere, multa signa amissa & Romanorū infiniti misere trucidati sunt. 53.

CRassus cum eo tempore, quo Cæsar in Britanniam traiecit, & barbaros bello uicit, in Parthos studio & cupiditate pecuniæ quærendæ exercitū duceret, ad Zeugma iuxta Euphratem prodigia horrenda euenerunt. Nam aquila aurea (sic enim appellatur ea, quæ sacellum habet perexiguū, in quo collocata est, quæ longissimæ hastæ affixa gestatur in omnibus exercitibus ex delectu comparatis: cuius quidē hastæ pars inferior peracuta est, ita ut possit in terram figi) ea inquā aquila, cum Crasso Euphratem transire noluit, sed terræ perinde adhærebat, atq; si in ea nata fuisset, donec eam multitudo, quæ circumstabat conuulsit, ipsaq; ui consequuta est. Præterea pons, antequam omnes transirēt fractus est. Vnde mox contra Oradem regem bellans cum filio Crasso cunctoq; ferè exercitu interijt, & à Parthis, qui eius cadaueri aurū in os infundebant, turpiter irrisus est.

3911 M. Crassus ad Parthos profectus, cum Euphratem transiret, multa prodigia neglexit. Cum etiam coorta tēpestas, signifero signum arreptum mersisset gurgiti, & offundente nimborum caligine prohiberentur transire, pertinaciter perseuerans cum filio & exercitu, interijt. 52

3915 LAna & lateribus pluit ut Plinius lib. 2. cap. 56. scribit iuxta Carissanum castellum, ubi postannum T. Annius Milo occisus est. Bellum ciuile ortum, quod magnis iam dudum dissensionibus ac molitionibus parabatur. 48

CÆsar cū infesta contra Pompeium arma suscepisset, multa quoq; alia prodigia apparuerūt. In delubris enim deorū sua sponte signa cōuersa militarē clamorem strepitūq; armorum ma-

gnum Antiochiæ et Ptolomaide ediderũt. Pergami abditis delubris ſonus auditus Trallibus in æde Victoriæ, ſub Cæſaris ſtatua inter coagmenta lapidum iuſtæ magnitudinis palmam enatam legimus. Quibus adparuit cœleſtiũ numen & Cæſaris gloriæ fauiſſe, et Pompei errorem inhibere uoluiſſe.

CN. Pompeius belligerans cõtra Cæſarem cum à Pyrrachio egreſſus eſſet, fulmina aduerſa ſibi audiuit, apum examina









ſigna ſua obſcurabant, ab ipſis altarib. taurus immolandus fugit, flamma quędam clariſsima ab eius caſtris ad Cæſaris exercitum ferri uiſa eſt, Quæ prodigia ruinam Pompeio cõtra Cęſarẽ pugnanti prædixerũt.


MVla pariens, diſcordiam ciuium, bonorum interitum, mutationẽ legum, turpes matronarũ raptus ſignificauit. Incendium, quo maxima pars urbis deleta eſt, prodigij loco habitum. Nocturni terrores in exer-

exercitu fuere. Ipse Põpeius pridie pugnę die uisus in theatro suo ingenti plausu excipi, mox acie uictus, in Ægypto occisus.





3918



IVlio Cæsare cõtra Pompeium pugnante, cõstat eius exercitũ lapidea saxorum grãdine, penè obrutũ esse, in cuius castris cuspides sua spõte arsisse memoriæ porditum est. Nec multo post Iuba rex cũ 3. legionibus 800. equitib. frenatis, & 30. elephantis numeroq; leuis armaturæ ingenti, ad Scipionem & Labienum reuersus, haud procul ab eorũ castris consedit. Cæsar hostes fugat, & eius postea ad Leptim naues concremantur.

IVnesta illa pugna q̃ ad Pharsalũ facta est, magnis q̃dẽ & multis fuit signis antea põmõstrata. In Elide em̃ simulachrũ Victoriæ q̃d in tẽplo Mineruæ fuit, à ianua auersũ, eo die q̃ sic dimicatũ est, sua spõte ad ualuas se cõuertit. Antiochiæ in Syria bis eodẽ die tãt⁹ est clamor circa urbẽ audit⁹, ut cũ armis sit populariter in muros discursũ. Ptolemaide in tẽplo tymp. exaudita sunt. Patauij C. Cornelius

nelius augur quũ capturus auguria resedisset, primo conspectu ad suos repente conuersus, iam res ipsa conficitur inquit, iam ueri opus ineunt, mox repetito auspicio lymphatica uoce exilijt clamitans. Vincis Cæsar. Ea res quum stuporem astantib. incussisset, detractã ille capiti coronam, non prius repositurum relatus est, quã res acti fidem astipulata esset. Liuius sic accedisse author est. Plinius peruenisse strepitum ait duarũ acierũ ex aduerso confligentiũ ad auguris sensum in Patauinis montib. sedentis, ausiq; ob id affirmare, aut mundanam machinam breui solutum iri, aut Cęsarem cum Põpeio conflixisse. Sub id tempus quo est in Pharsalia dimicatum, Cassius subito accessu concremauit 35. Cæsaris naues, quibus M. Pomponius Messanæ præerat, uenisseq; Messana in hostium potestatem, nisi Pharsalicæ pugnę nuncius peropportune fuisset in insulam allatus.


3920 DEcimæ legionis aquilæ Gn. Pompeij filio, quæ fulmina tenebant, uisæ dimittere, & in sublime auolare: ipse adolescẽs Pompeius uictus, & fugiens occisus. 43


IVlio Cęsare Rauennam iam relinquente, Quidam eximia magnitudine in proximo sedens apparuit fistula ex calamis compacta canens, ad quem audiendum, quum præter pastores, ex militib. quoq; plurimi occurrissent, atque inter eos uenator quidã, rapta ab uno tuba in fluuiũ prosiluit, ingẽtiq; spiritu classicũ exorsus, ad ulteriorem pertẽdit ripã. Tũ Cęsar, eatur, inqt, quo deorũ uocãt ostenta, et inimicorũ iniquitas. Iacta est alea. Phasmatis huius author est Tranquillus. Plutarchus nocte quæ Rubiconis transitum proxime præcesserit, Cæsarem per quietem sibi uisum subito matri stuprũ inferre, quod insomniũ alij in Hispania tum quum quęstor esset,




obti-

Digitized by Google








obtigisse memorat, eumq; à coniectoribus admonitum, futurum ut terra quæ omnium parens esset, aliquãdo ipsius potestati subiiceretur, sed quodcũq; illi ostẽtum est oblatũ, minus tum insigne fuit quàm ea quæ circa urbem aut facta aut nunciata sunt. Nam & sanguinem pluisse proditũ est, sudasse deorum simulachra, plura loca è cœlo tacta Mulã peperisse. Et Rubicone Cæsar Ariminũ digressus ante oppidum occupauit, eoq; Tribuni plebis ex urbe pulsi ad eum uenerunt, qui in concione specti uehementer militũ animos ad ultionem inflammarunt.

3921 ROmæ tres soles exorti, paulatim in eundem orbem coierũt. 42
Et inter cętera portenta, quę toto orbe facta sunt: bos in suburbano Romæ ad arentem locutus est, frustra se urgeri, nõ enim frumenta, sed homines breui defuturos. Mox Antonius aduersum Cæsarem Augustum bellum suscepit.

Roma





ROmani cum post multa egregia facta diuinos Cæsari honores decreuissent, die statuto quo accepturus eos in senatū uenturus erat sacrificauit, sed in uictima quā immolabat cor non inuentū est. ubi licet aurus pex felicia Cęsari portēdere dixisset, di uersum tamē accidit, in curiā enim ueniens mox Cæsar honorem decretū accepturus, trib. et triginta uulnerib. cōfossus occubuit.

3921 CÆsari futura cædes multis portentis ānteā significata est. 42
Martis enim arma, quæ tum apud ipsum more maiorū seruabantur, quia pontifex erat, sonuerūt Dion. Nicęus, in Cęsare.



IVlij Cęs. mortem admiranda quædam signa & prodigia pręcesserunt, fulgores nāq; cœli, & nocturnos strepitus, per multa delatos loca, solitarias in forū aues delapsas, in tāta cōmemorare calamitate fortasis indignum est. Strabo uero philosophus scribit cōplures ignitos apparuisse homines: Extitisse quendā militis seruum, ex cuius manu ingētem emicuisse flāmā,

quod


quod qui intuebantur, concremari hominẽ existimabant: ut uero extincta est, eum nihil mali habuisse liquebat. ipsi quoque Cęsari immolanti cor nusquam apparuisse uictimæ, quod dirum sanè erat prodigium. Nullum enim animatium sine corde natura cõstare certũ est. Multi præterea tradidere, ei à uate prędictum, ut magnũ idib. Martijs discrimen pręcaueret. Ea dię Cæsar cũ in senatũ iret, uatem salutauit, secũq; cauillatus: Martiæ quidẽ, inquit, idus aduenere: cui ille, submissa uoce: uenere utiq;, sed nondum præteriere, respondit.




Pridie apud M. Lepidum cœnans, cũ discũbens quasdã de more subscriberet epistolas, incidente sermone quęnam optima mors esset, cunctos præueniens, magno cum clamore, inexpectata respondit. Illo deinde penes uxorem (ut assolet) dormiente, omnes pariter cubiculi fores atque fenestræ patefactæ sunt. Strepitu ac splendore (illucescebat enim luna) perturbatus, Calpurniam sensit profundo sopore iacentem, incertas uoces, & inarticulata somno suspiria emittentem: Ipsa uero se ipsum lugere existimabat, quem inter ulnas trucidatum haberet. Quidam hoc mulieri uisum obtigisse negant, uerum, ut Liuius refert, ante Cæsaris domum sacellum quoddam instar tumuli decori ac uenusti, ex consulto senatus instructum prominebat, hoc in somnijs demolitum cernens Calpurnia, maximis prosequi lamentis, & lachrymis uidebatur. Cum igitur illuxit dies, Cæsarem supplex orauit, ut si fieri posset, foras ne progrederetur, aut senatum saltem differret, sin sua parui faceret insomnia, alijs diuinationibus & sacrificijs rei sciscitaretur euẽtum. Plut. in uita C. Cęsaris. Inter præcipua & crudelia prodigia, alij enumerant stellam crinitã horrendæ magnitudinis, quæ septem noctes post eius necem nimio fulgore,



gore & magno mortalium metu apparuit. Solis præterea lumen caligine obſeſsũ. Toto nanq; illius anni ſpatio pallens globus, & ſine ſplẽdore oriẽs, imbecillẽ & tenuem ex ſe emittebat calorem, inde aẽris intẽperies, maximaq; frugum cruditas extitit. Plutarch. in uita Cæſaris. Plinius lib. 2. cap. 30. Cum in colonia Capua deducta lege Iulia Coloni, ad




extruendas uillas, uetuſtiſſima ſepulchra diſſicerent, idque eò ſtudioſius facerent, quod aliquãtum uaſculorũ operis antiqui ſcrutantes reperiebant. Tabula ænea in monumento, (in quo dicebatur Capis conditor Capuæ ſepultus eſt) inuenta eſt ſcripta literis græcis uerbisq; hęc ſententia. Quandocunq; oſſa Capis detecta eſſent, fore ut Iulio prognatus manu cõſanguineorum necaretur, magnisq; mox Italiæ cladibus uindicaretur. Cuius rei ne quis fabuloſam aut cõmentitiam putet, author eſt Cornelius Balbus familiariſſimus Cęſaris. Proximis



diebus

diebus equorum greges quos in trajiciendo Rubicone flumine consecrarat, ac uagos & sine custode dimiserat, comperit pertinacissimè pabulo abstinere, ubertimq; flere, & immolantē monuit, caueret periculum quod non ultra Martias Idus proferretur.


Pridie autem Idus eadem, auem regaliolum cum laureo ramulo Pompeianę curiæ se inferentē, uolucres uarij generis ex proximo nemore persequuti ibidē discerpserūt. Ea uero nocte cui illuxit dies cædis, & ipse sibi uisus est per quietē interdū supra nubes uolare, alias cum Ioue dextram iungere. Et Calphurnia uxor imaginata est collabi fastigiū domus, maritumq; in gremio suo confodi, ac subitò cubilis fores spōte patuerūt. Cētesimo die ante mortē eius fulmen cecidit iuxta statuā eius in foro, & de nomine eius superscripto C literā eius capitalē abrupit. Eadē die cum iret in Capitoliū datæ sunt ei literæ indices mortis imminētis. Quæ dū referrentur occisus, in manu eius inuentæ sunt nondum solutæ.







C. Octauius testamento Cæsaris patris, Brunduſij se in Iuliā gentem adsciuit. Cumq; hora diei tertia ingēti circumfusa multitudine Romā intraret, sol puri ac sereni cœli orbe modico incluſus, extremæ lineæ circulo, qualis tendi arcus in nubibus solet, eam circūscripsit. Ludis Veneris genitricis, qs, p collegio fecit, stella, hora undecima, crinita sub septentrionis sidere exorta, conuertit omnium oculos. Quod sidus, quia ludis Veneris apparuit, diuo Iulio insigne capitis consecrari placuit. Ipsi Cæ-





sari monstrosa malignitate Antonij consulis multa perpesso, generosa fuit ad resistendum constantia. Terræmotus crebri fuerunt, fulmine nauali pleraque tacta, turbinis ui simulachrum, quod Marcus Cicero plebiscito ante cellam Mineruæ pridie quàm in exilium iret, posuerat, dissipatum membris pronum iacuit, fractis humeris, brachijs, capite, dirum ipsi Ciceroni portendit. Tabulæ æneæ ex ædeFidei turbine euulsæ. Ædis Opis ualuæ fractæ. Arbores radicitus, & pleraq; tecta euersa.





Fax cœlo ad occidentem uisa ferri. Stella per dies septem insignis arsit. Soles tres fulserunt, circaq; solem imum corona spicæ similis in orbem

lis in urbem emicuit: & postea in unum circulum sole redacto, multis mensibus languida lux fuit. In æde Castoris nominum literæ quædam Antonij & Dolobellæ consulũ excussæ sunt, quibus, utrisq; alienatio à patria significata. Canũ ululatus nocte ante pontificis maximi domum Lepidi auditi: ex his maximus à cęteris laniatus, turpem infamiam Lepido portendit. Hostiæ grex piscium in sicco reciproco maris fluxu relictus. Padus inundauit, & intra ripam refluens, ingentem uiperarum uim reliquit. Inter Cæsarem & Antonium ciuilia bella exorta.

3922 OCtauianus Augustus post initum cum Antonio ac Lepi- 41
do fœdus contra Iulij interfectores, anteq; cum exercitu Romã ueniret, multa prodigia uisa sunt quibus eorũ magna potẽtia & grauissimi casus, demõstrabantur. Nã Lepido anguis gladiũ Cẽturionis cuiusdã cõplicauit, & lupus ingressus in castra, intra tentoriũ Lepidi cænantis uenit, ac mensam cõplexus, amplissimam potentiã eius ostendit: sed in ea conseruanda difficultatem.



Antonio uero, fossa lacte circumfluens, & cõcentus de nocte auditus, magnas animi uoluptates significauit, ob easq; exitum pernicioſum. Sed Cæsari aquila statim inito cũ ambobus fœdere, supra tẽtorium stetit, moxq; coruos duos aduolantes, qui ex alis eius plumas euellere conabantur, occidit. Itaq; ex utroq; uictoriã portendit.

REfert præterea Xiphilinus in Dionis compendio, multa prodigia à Dione recitari ad longum, quæ Augusti Cæsaris & Antonij temporibus uisa sunt, & præsertim tum, cum Brutus & Cassius Romanorum amissam libertatem recuperare contra Cæsarẽ & Anton. conati sunt. Vbi Xiphilinus hoc unũ refert, quo commutationem rerum significatã putauit; flumina scilicet quæ-

dam, in Italia in contrarias partes fluxisse, quædam autem exaruisse prorsus.






BRutus & Cassius postea quã collatis castris in Europã ex Abydo ꝓperarẽt, Bruto terribile oltẽtum est noctis silẽtio oblatũ. Sedebat solus in tabernaculo, de euentu belli uehementer sollicitus, & iam fortè animum in aliquam eiusmodi rei meditationẽ intenderat, quum sibiꝑsi intentus præsensit ad se unum quendam ingredi. Tum uero ad strepitum cõuersus (nam non multum luminis aderat) uidere se arbitratus est feri corporis imaginem astare. Commotus est Brutus horrẽdo dæmonis aspectu, interrogare tamẽ ausus quis hominũ deorumúe esset? Quid præterea sibi uellet? Sum ille (inquit submurmurans) tuus malus genius Brute: in Philippis me uidebis. Tum Brutus interritus, uidebo ait? ac simul imago illa è conspectu abiit. A pueris inde qui in tabernaculis erant scisciatus Brutus, an aliquem ad se uenientẽ uidissent? aut foras exeũtem? quum illi utrunꝙ negasset, admiratiõis plenus dedit se quieti. Postridie quumpri-


Digitized by Google

quumprimũ illuxit Cassio, eam phãtasmatis speciẽ enarrauit, ille Epicuri rationibus innixus, ut inanẽ & nullius momẽti asper natus est. Nec diutius cõmorati in Europam cis ca Nigritem Æ- num (ut Appia. scribit.) biduo copias traiecere, inde ab Æno ad Serrium montẽ, omnia quę interiacẽt perpetuo uictoriæ cursu armis subigunt. Norbanus ab hostibus propemodum circumuentus præsidio decessit, fuissetq; omnino clades aliqua insignis accepta, nisi Antonius subsidio affuisset.










Digitized by Google

ROmæ lupi per medium forum discurrerunt, animalia urbi minimè assueta. infans recēs natus loquutus dicitur. Simulachra deorum quędam sudore, alia sanguine manarunt, inanes uoces auditę, armorum strepitus, equorum cursus, quum equos cerneret nemo. Lapidibus pluit, & circa solē prodigia quædā facta dicuntur. Tres soles simul orti, in unum coiuere. Accersitis ex Hetruria uatibus, unus remp. in regnū relabi cecinit, omnesq; ut olim subiectū iri, p̄ter se unū, atq; ita cōpresso spiritu extincto est.



CÆsari cū honores decreti essent, & imperium aduersus Antoniū, immolāti duplicia exta apparuerunt. Sequutę sunt eum res, pſperæ. C. Panſa Coſ. ſtatua equestris Antonij domi corruit. Equus phaleratus in ipsius conspectu festinās concidit. Quidam è populo sanguine uictimarum prolapso, respersam cruore palmā proficiscēti dedit. Funesta hæc ipsi, pdigia fuerūt.






Qui mox

Qui mox aduersus Antonium dimicans, in mortem uulneratus est, armorum, telorumq; species, à terra uisa cum fragore ad cœlum ferri. Signa legionis quæ relicta à Pansa ad urbis præsidium erant, ueluti longo situ inductis araneis uenire uisa, fulmine pleraque icta. In castris Cæsaris luce prima, in culmine prætorij super linteum consedit aquila: inde circumuolantibus minoribus auibus excita, de conspectu abijt. Oraculo Apollinis uox audita. Iupis rabies hyeme, æstate frumentum non demessum. Veterranis Cæsari consulatū flagitantibus, terribilis tumultus Romæ fuit. Cæsar cum in campum Martium exercitum deduceret, sex uultures apparuerunt. conscendenti deinde rostra, creato cōsuli iterū sex uultures cōspecti: ueluti Romulo auspicijs nouam urbem condituro signum dederunt. Reconciliatione inter Cæsarē, Antonium, Lepidum facta, fœda principum fuit proscriptio.

TRes soles uisi. Plin. lib. 2. cap. 31. Occisores Iulij ab Octauiano uincuntur, qui & ipsi sibi mortem consciscunt, pereuntq; ijsdem pugionibus, quibus Iulium interfecerant.

TRallis terræmotu consederūt. Indi ab Augusto p legatos amicitiā postularunt. August. Calabriā & Gallos uectigales fecit, Cyzicenos libertate priuat.






Ante

ANte bellū q̄d ab Octauio cōtra Antoniū gestum est, bubo in urbe uolauit ad Concordię tēplum, deinde ad reliqua, in quibus etiam cōsidebat. Æthnæ ignibus multæ ciuitates finitimę diro incēdio absumptę. Draco biceps in Hetruria pedū 85. longitudine uisus, qui cum multa iam uastasset, fulmine est percussus. Antonij statua, quę in Albano collocata erat, cum esset lapidea, multum sanguinē emisit. Illico cœpit Cęsaris cū Antonio bellū cuius apparatus oēs uicit superiores, qui cum biduo certauisset apud Actiū ubi nūc est Nicopolis inter se, Antoniani uicti sunt.

3923 MVla Romæ ad 12. portas peperit. Canis æditui mortua, à cane tracta. Lux ita fulsit intempesta nocte, ut tanq̄ die orto, ad opus surgeretur. In Mutinensi uictoriæ Marianæ signum meridiem spectans, sua sponte conuersum in septentrionē hora



quarta cū hæc uictimis expiarent, soles 3. circiter horā tertiā diei, uisi, mox in unū orbē cōtracti. Latinis in Albano mōte cū sacrificaret, ex humo, à pollice Iouis cruor manauit. Per Cassium & Brutū in prouincijs, direptionibus sociorū, bella gesta. Notatū est prodigijs loco fuisse, q̄d P. Ticius prætor propter dissensiones collegæ magistratū abrogauit, & ante annū est mortuus. Cōstat enim neminē qui magistratū collegæ abstulerat, annū uixisse. Abrogauerunt autē hi: Luc. Iunius Brutus consul, Tarquinio Collatino: Tib. Gracchus, M. Octauio Cæcinnę: P. Tarquinius, P. Marullo: Tullius, Bruto & Cassio, pugnā aduersus Cæsarem & Antonium molientibus. In castris Cassij examen apium consedit. Locus, aruspicum iussu intercluſus, interius ducto uallo.


Vulturum





Vulturum, & aliarum alitum, quibus strages cadauerum pabulo est, ingens uis exercitum aduolauit. Puer in põpa Victoriæ cultu cum ferretur, ferculo decidit. Lustratione lictor peruersis fasci bus lauream imposuit. Brutianis in prælium egredientibus, Æthiops in porta occurrit, & à militibus cõfossus: Cassius & Brutus interierunt.







3928 ANno eo quo M. Vipsanus Agrippa cum L. Caio (quem 35
alij Caniniũ Gallũ uocãt) cõsul erat, in urbe multa portẽta
nunciata

nunciata ſunt, ſed in primis cõplures Delphinos ad Aſpide oppidum Africæ concertantes inter ſe iuterniſſe, in eodemq; oppido pluiſſe ſanguinem, eundemq; ſtatim à uolucribus in uarias partes allatũ eſſe memoriæ proditũ eſt. Porrò quod Liuiæ (quæ Cæſaris uxor erat) euenit, magnam Octauio attulit uoluptatem. Nam aquila in ſinum eius coniecit gallinam albam, quę ramum lauri gerebat, in qua baccæ erant. Quæ res cum magnum aliquid ſignificare uideretur, Liuia gallinæ magnã curam habuit, ſeuitq; laurum, quæ cum creuiſſet, laureã ſuppeditabat iis, q parta uictoria triumpharent. Eodem anno Antonius ex Syria in Italiam uenit, propter bellum Sexti, à quo magna clades Cęſari illata eſt. Herodes in Iudæa Hieroſolymã cepit, ac reliquum anni in ſubigenda prouincia conſumpſit.


ANte bellum Antonij cum Cæſare, mira prodigia fuiſſe certum eſt: conſtat enim Piſaurum urbem non longè ab Hadria, in qua Antonius colonos deduxerat, hiatu terrę abſorptam





periſſe. Albæ ſtatuam quandam Antonij lapideam multos dies ſudaſſe, & cum à quibuſdam ſiccaretur, non deſtitiſſe ſudorem emittere. Patris dum ibi Antonius eſſet, Herculis fanum fulmine tactum arſiſſe. Athenis ex pugna gigantea Bachum ui uentorum excuſſum in theatrũ decidiſſe. Eadem tempeſtas Eumenis & Attali

Digitized by Google





& Attali Colossos, qui Athenis erant, Antonio transscriptos humi prostrauit, & quidem solos ex multis. Præterea etiam Cleopatræ nauis, quæ Antonias dicebatur, signum horrendum habuit: Nam cum sub puppi hirundines nidificassent, superuenere aliæ, & primis per uim expulsis, nidos destruxere. Iapidæ, Dalmatæ, ac Pannonij in potestatem à Cæsare redacti.


IN bello contra Cæsarem & Antonium, M. Bruto tũ alia horrenda prodigia uisa sunt, & præter cætera aquila quædã apum plena, conspecta est, & tribuni militaris cuiusdam repente brachium mira suauitate rosei odoris manantem, uidit. Quod cum plures abstersissent, nihil tamen desijt. Duas etiam referũt aquillas in medio utriusq; exercitus spatio, ante prælium congressas, simul pugnauisse: Quas cũ uidissent, omnes in prælium profectas, silentium ambo castra tenuerũt: Permagnum et incredibile fermẽ: cessisse tamen aquilam è partibus Bruti profectã, atq; fugisse narrant. Mox sequuta est infelicissima Bruti clades, post quam sibi ipsi manus intulit. Hæc testatur Publius Volumnius philosophus, qui ex initio Bruto commilitauerat & ex eodem Plut.

3934 HIs diebus trans Tyberim è taberna meritoria fons olei terrã 29
exundauit, ac per totũ diem largissimo riuo fluxit. Hoc tempore uerum Augusti imperiũ inchoatur, quo bellis ciuilibus finis impositus est, unde Augusti appellationẽ Senatus addidit Octa-

uio, propter ſucceſſum & felicitatem eius in rebus gerendis. Fun ctius ex Oroſio, Euſebio ac alijs, qui tamen in temporum ſuppu tatione hic, ut in alijs etiam, mirum in modum diſſentiunt.

3935 TErræmotus in Iudæa magnus, quo hominum triginta mil- 28
lia periere. Ioſephus de bello Iudaico li. 1. ca. 27. uictis ac fu-
gatis apud Accium Antonio ac Cleopatra, Ægypti regnum in
Auguſti poteſtatem uenit, ac Romanorum prouincia facta eſt.





IN Ægypto imber non ſolum aquæ ſed etiã ſanguinis de cœlo cecidit, in qua regione ne ros quidẽ antea ceciderat. Præterea draco miræ magnitudinis, ut primum ab Ægyptijs uiſus eſt, ſta-




tim mirũ in modum ſibilla uit. Stellæ quoq; uiſæ ſunt, quas Græci cometas uocãt. Apparuerunt etiam imagi nes hominũ mortuorũ, & ſimulachra Deorũ mœſta fuerũt. Poſtremò ipſe Apis (deus) mugitus ingentes et miſerabiles edidit, ac uim la chrymarũ profudit. Eodẽ anno Octauius Cæſar deui cto Antonio totũ Ægyptũ ſubegit

subegit & tributariam fecit, eiq; præfecit Cornelium Gallum, triumphauit de Ægyptijs Romæ & ornamenta Cleopatræ reginæ in templo posuit.

MArcus Antonius cum Cæsarem aduersus quẽ militabat, ad singulare certamen frustra puouocasset, ea postea nocte, cũ iã fermè intẽpesta esset, cũctis silentibus, & ob timorẽ futuri euentus, mãgna cura anxius subitò concentus quosdã omnis generis organorũ ferunt auditos, & simul clamorem ueluti cœtuũ quorundã cantu & saltatu satyrico strepentiũ. Fuisse aũt hoc aiunt à media urbe ad eã portam, quæ Cæsaris castris erat apposita, tandẽ per hãc portã ingenti clamore eam turbam egredi uisam. Et mox Antonius rebus desperatis, cũ Ero seruo frustra se interficiẽdum præbuisset, sibi ipsi manus crudeliter intulit.

3938 OCtauius Cæsar posteaquam Augustus est cognominatus, ei subito de nocte prodigium non paruum extitit. Tiberis enim inæquis & planis locis urbis ita stagnauit, ut in ijs nauigaretur. Qua re uates Cæsarem maiorem in modum auctũ iri prædixerunt, urbẽq; omnino in eius futuram potestate. Itaq; Augustus ea quæ pertinebant ad imperium, alacrius faciebat, & diligentius, quasi id sibi deorum ac hominum consensu datum esset. 25



SVb Augusto Cæsare, cetus latitudine pedum uiginti, triplicata uero longitudine, atque in omnibus præter caput, mulieri simillimus, ex Oceano in Celticam uenit.

3940 FAusta q̃dã D. Augusti annis, è plebe Ostiæ duos mares totidẽq; fœminas enixa, famẽ, q̃ secuta est, portẽdit, haud dubiè. 23

3949 SVb Apẽnino, in uilla Liuiæ uxoris Cæsaris, ingenti motu terra intremuit. Fax cœlestis à meridiano ad septentrionẽ exten- 15









taluci, diurnæ ſimilem in nocte fecit. Turris hortorum Cæſaris ad portam Collinam de cœlo tacta. Inſidijs Romanorū Germani circumuenti, ſub M. Lollio legato grauiter uexati.

3954. DRuſus Tiberij frater, ab Octauio Auguſto contra Celtas 9. miſſus, qui trans Rhenum incolunt, captis rebus omnib. quæ factę eſſent obuiā, uſque ad Albim fluuium eſt progreſſus, ubi quædam mulier inuſitata magnitudine fertur ei occurriſſe, atq;

se, atque ita dixisse. Quò pergis Druse cupide & inexplebilis? nõ enim potes hæc omnia ex fatis uidere, quamobrem recede, nã tibi adest exitus uitæ et rerum tuarum omnium. Itaq; Drusus, cum diligenter etiam atque etiam reuerteretur, tamen in itinere morbo extinctus est.



IN Germania, in castris Drusi examẽ apium in tabernaculo Hostilij Rutilij præfecti castrorũ consedit, ita ut funem pretendentem, prefixamq; tentorio lanceã amplecteretur. Multitudo Romanorum per insidias subiecta est.

3961 IMperãte Augusto, crebro & passim plus solito pleraq; ostenta, prodigiaq; in cœlo & in terra uisa sunt, Consulti Astrologi, uates, sacrificuli, & ipsa etiam aliorũ oracula, responderunt, principem dominumq; terrarũ naturam parturire. Romani id ad Augustum referebant. Prudentiores de Christo uiuentium rege, & domino mundi interpretabantur.

3962 ZAcharias sacerdos domini iustus ac pius, cum domino sacrificasset in templo. Vidit angelum Domini à dextris altaris stantẽ, qui precationes suas quas p Elizabetha uxore sterili ad Deum fudit, exauditas esse nũciauit. Parituram enim eã mox filium Ioannem magnũ Dei prophetam, quem ab officio ac uirtutibus latè describit. Quod cum credere nollet, ad eum usq; diem mutus factus est, donec implerentur ipso facto quæ prædicta erant. Luc. 1.

De prodigiis Post Christum natum.

CVm Iesus Christus æternus & coæqualis Dei filius, Saluator mundi mortalẽ nostrã induit naturã, natus ex Maria uirgine, Bethlehemi ciuitate Dauidis, anno 2. supra quadragesimũ imperij Augusti 8. Calend. Ianuarias, quo die tum, ut Plin. ait, bruma erat, literatores hyemale solstitiũ uocant. Pastoribus in Galilæa noctu uigilantib. ac gregem custodientibus, apparuit Dei angelus, qui timore (ob diuinũ splendorẽ) perculsos, his uerbis alloquutus est: Nolite timere, Ecce nuncio uobis gaudium permagnũ, ac omni populo. Natus est enim uobis hodie saluator Christus dominus in ciuitate Dauidis. Inuenietis infantẽ pannis inuolutum ac positũ in præsepio. Et subitò facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis. Laudantiũ Deũ ac dicentiũ: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Quo tẽpore sanè omnia oracula cõticuisse atq; defecisse, cultores etiam deorum Gentiliũ testes sunt, Strabo, Plutar. & alij plerique omnes.

ANno quo Christus saluator natus est, die 13. (ut Vincẽtius lib. 7. refert cap. 91.) Magi ex Persia & Chaldæa uenientes ex Sabæa regione stella duce splendidissima Hierosolymã, regi Iudæorum, aurum, thus, & myrrham obtulerunt, cuius rei miraculo, non tantum Herodes et incolæ Hierosolomytani, uerum etiam tota Iudæa cõmota est, hæc autem stella, ut Fulgentius memoriæ prodidit, fuit à cæteris discreta, locumq; habuit neq; in firmamento cum stellis minoribus neq; in æthere cum planetis, sed in aëre uicina terræ locum suum occupauit.




TIberij equus in cõflictu belli ore flammas interdum emittere uisus est.

Magni





MAgni terræmotꝰ Ro 7,
mæ facti sunt. Tiberis pontem disturbauit, fecitq; ut urbs septem dies nauigaret. Herode mortuo intercutis morbo, scaturiẽtib. ex corpore uermibus. Archelaꝰ eius filius ab Augusto in eius locũ substituitur & Tetrarchæ quatuor factæ sunt.




ECclypsis solis est facta. 10,
mox Archelaꝰ Iudæorum rex in Viennam Galliæ relegatur ab Augusto. Iudæa Tetrarchis committitur & Augustus Cæsar moritur, anno ætatis septuagesimo sexto. Adeò dira Romanos inuasit fames, ut Cæsar lanistarum familias, omnesq; peregrinos, seruorumque maximas cõ

pias, exceptis medicis ac præceptoribus, trudi urbe præceperit.

12. IN Cypro plurimæ ciuitatum partes terræmotu concidérunt. Germani à Lolio superantur. Tiberius Cæsar Vindelicos & eos qui Thraciarum confines erant Romanas prouincias facit. Anno Christi decimotertio. Quintilius Varus, à Germanis duce Arminio cęsus est. Quam cladem uaria portenderunt prodigia, inter quæ etiam cometa fuit. Postquam enim Manilius libro primo ostendit cometas, tumultus & bella tum externa






tum intestina portendere, subijcit exemplum, dicens: Vt fœdere rupto, Cum fera ductorem rapuit Germania Varum, Infeciteque triũ legionum sanguine campos, Arserunt toto passim minitantia mundo Lumina, &c.

16. SVb finem diui Augusti principatus, Fausta quædam plebeia Ostiæ, duos mares totidemq; fœminas enixa est. Quod portentum ingens fames sequuta est.


SExto Pompeio & L. Apuleio Coss. anno uidelicet. V. C. 766. Sol totus hominibus deficere & cœli magna pars ardere uisa est, ignitæ trabes cadere de cœlo, & sanguinolenti cometæ uisi sunt, cum propter ualetudinem Augusti publicè supplicaretur, curia clausa reperta est, bubo; q; qui super eam consederat, cecinit,

cecinit, & fulmen quod cecidit in statuam Cæsaris positam in Capitolio, primam literam è nomine Cæsaris deleuit, ex quo aruspices responderunt eum postero die participem fore alicuius diuinitatis. Idq; coniiciebant ex eo quod prima litera eius C uidelicet, centum apud Latinos, reliqua pars Hetrusco sermone Deum significabat. Eodem igitur die uel postero Augustus mortuus est, non tamen absque dati ueneni suspitione.










Tredes





TRedecim urbes terræmotu corruerunt, Ephesus, Magnesia, Sardis, Mosthene, Megaechyero, Cęsarea, Philadelphia, Himolus, Temis, Cyme, Myrrhina, Apollonia, Dyahyrcania. Anno igitur sequenti Tiberius multos reges ad se per blanditias euocatos nunquam remisit, in quibus Archelaum, Cappadocem, cuius regno in prouinciam uerso Mazacam nobilissimam ciuitatem Cæsaream appellari iussit.

20.



20. IN Calendis quibusdam cum Romæ multi essent in Seiani domo, qui consulatum cum Tiberio obtinebat & magna arrogatione se extollere in dies magis magisq; uidebat, lectus positus in aula, ubi salutabatur, propter multitudinem sedentium fractus est, felesque exiens transiuit medius. Seianus cum ipse descenderet in forum, peractis sacrificijs, ac auspicijs habitis, nullæ aues prosperę, sed corui circũuolarunt & cecinerunt, & deinde aduolare domũ eius & super eam considere uisi sunt. Ex statua Seiani

prodijt

prodijt fumus posteaquam caput abscissum esset, & magnus inde serpens prorepsit. Cumq; eidem statuæ subito alterum caput repositum esset, funiculus in collo eiusdem statuæ religatus est repertus.


M. Iulio uel Iunio ut alij, & L. Norbano Balbo Cos. anno V.C. 771. Calendis cuiusdã mensis prodigiũ non paruũ extitit, quo Germanici interitus prædicij quodãmodo uidebatur. Nam eo die Norbanus consul, qui semper in id incumbebat, ut tuba caneret, in eoq; studiose exercebatur, prima luce, cũ iam domi adesset magna hominum multitudo, tuba canere cœpit, quæ res omnes pariter conturbauit, quasi consul bellicum cecinisset. Augebat timorem, quòd statua Iani ceciderat, quodq; per id tempus quædã oracula canebãtur pro Sibyllinis, quib. ualde omnes commouebantur. Dicebatur autẽ his oraculis, fore, ut ter trecentis annis præteritis ciuiles seditiones inter Romanos suscitarẽtur, & furor Sybariticus. 21.

L. Claudio principe, in Britãnia simulachrũ Victoriæ, quod Camuloduni erat, subitò conuersum retro, quasi hostibus cederet. Facta igitur rebellione repente, Insulanorum ad 70. Romanorum sociorumq; millia cæsa sunt. 22.

QVum duces qui Polynicem sequuti sunt conuiuiũ agerent, aquila quædam descendens telum Amphiarai in sublime tulit, moxq; dimisit, id autem humi fixum in laurũ uersum est, quo in loco quũ postridie dimicarẽt, Amphiaraus unà cũ curru absorptus est. Id apud Trysimachum tertio ædificiorũ libro scriptũ est. 23.

DVm Christus inclinato capite patri spiritum tradidisset, ut ex Euangelistis apparet, ab hora sexta usque ad nonam sol amisit splendorem suum: quod eo tempore cõtra naturam erat. Nam primum durabat eclypsis tres integras horas, deinde non poterat esse naturalis, quod luna eo tempore erat 14. & ideo plena, & tunc in oriente, quando sol in occidente. Proinde Dionysius Areopagita Athenis dixisse fertur: Aut mundus peribit aut Deus naturæ patitur. Ethnicorum testimonijs factus est etiam eo tẽpore (ut Eusebius refert) non in Iudæa tantum sed etiam in Bithinia terræmotus, & in urbe Niceæ ædes plurimæ corruerũt. Et 33.

ut Fle-





ut Flegon olympiadarū ſupputator ſcribit, tāta fuit ſolis defectio, ut dies ſit in noctē uerſus, & ſtellę in cœlo uiſæ ſunt, petræ ſciſſæ ſunt, mortui egreſsi de ſepulchris, uelū tēpli, quod ante ſancta ſanctorū erat, ſciſsū eſt, à ſummo uſq; deorſum. Et forte etiā uelū appēſum ante fores tēpli, q̄d ad tegēdas fores appoſitum dicit Ioſephus, cū interior ſciſsū eſt, Nā in Euāgelio Nazareorū ſuperliminare tēpli infinitę magnitudinis fractū eſſe legit, auditasq; uoces in aëre, trāſeamus ab his ſedibus. Petrus Cōmeſtor & Vincētius lib. 8. cap. 45. Phlegon Olympiadarum ſcriptor antiquiſsimus.

34.



PAulus cui adhuc Sauli nomen erat, cum accepiſſet à principe Sacerdotū literas, quarū autoritate in Chriſtum credentes duceret Hieroſolymā captiuos, dū Damaſcū (in quo magnus credentium numerus erat) cum ſatellitibus properaret, ſubito cœleſti impetu proſtratus in terrā, audiuit uocem clamantem de cœlo, Saule Saule quid me perſequeris?

Digitized by Google


persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrare, & ab illo tempore oculis captus, suorum auxilio, ductus est Damascum: ubi tribus diebus ac noctibus, nec uidit, nec manducauit, nec bibit quicquam, donec uisum ab Anania diuino auxilio recepisset, tunc demum enim ceciderunt ab oculis eius quasi squamæ & uisum recipiens, conuersus atque uas electionis factus est.

CAligula imperator cum diuinos honores ex mera superbia sibi ascripsisset, deorumq; uestes induisset, templum quoque sibi in urbe faciendum curauit, & domum in Capitolio, quo posset unà cum Ioue habitare. Sed indignatus postea quod sibi habitanti cum Ioue secundas partes darentur, alterum templum in Palatio sibi ædificauit, & cum Iouis Olympij statuã in suam formam transferre uellet, non potuit, eò quòd nauis quæ ad transuectionem eius parata erat, fulmine percussa est & fracta. Præterea quoties ibatur ad eam statuam tangendam, multus risus audiebatur. 40.

CLaudius Romanorum imperator cum Neronem Agrippinæ filium adoptasset, eumq; sibi postea generum faceret, emancipata filia, ne fratres matrimonio coniungi uiderentur, ma- 48.







gnum prodigium extitit. Cœlum enim mirum in modum ardere uisum est. Cometa uisus est, pluitq; sanguinem, & fulmen de cœlo in signa prętorianorum militum cecidit, templumque Iouis Victoris sua sponte apertum est. Mox Claudius imperator instinctu Agrippinę à Locusta uenefica est uenefico sublatus, & deinde ex singulis generibus magistratuum singuli mortui sunt.

30.



PHœnix in Ægypto uisa est; ea Tiberio Cæsari mortem denuntiare putabatur. Etenim sequēti anno grauiter ægrotauit: Cui Caius, metuens ne conualesceret, postulanti cibum non suppeditabat, quod assereret eum caloris indigere, quem cum grauibus uestimentis cooperiret eum suffocauit.

NOua insula 30 stadiorum in mari apparuit, antea nunquam uisa. Iudæorū in seditione triginta millia necata diebus Azymorum, & eorum pars ex urbe à Claudio eiecta.

Treu



TRes simul soles appa- 51.
ruerũt, statimq; simul
in eundẽ orbẽ coierũt. Ma
gna fames facta Romæ.

IN Britannia per dies ali 53.
quot oceanus cruore ui
sus est fluere. Et mox Ro-
manũ præsidium ab insula
nis, qui subito rebellarant,
est occisum.

CLaudius Cæsar quò 56.
mense ueneno interce
ptus est, cometa apparuit
longo tempore. de cœlo Drusi patris monumentum est tactum.
Sacrificanti iocinoris caput defuit, quod futuri periculi omen cer

Digitized by Google





tissimum fuisse memorant. Sic etiam Caius princeps cum sacrificaret, caput in iocinore non inuentum, paulo post futurum periculum prædixit.

60.



NEro Romanorum imperator cum iam Agrippinam matrem interfecisset, in medijs sacrificijs quę Agrippinę causa fiebāt decreto senatus, sol omnino defecit, adeò ut stellæ uiderentur. Præterea elephanti, qui currū Augusti egerant, in circum ingressi, cum eo usque, ubi senatores sedebāt, ueniissent: nō ultra progressi, cōstiterunt. Et quod maxime conijcere licet, diuinitus accidisse: cœna, quæ ad eū perferebatur, tota fulmine deflagrauit, quasi harpya quædam cibos ei eriperet.


TErræmotus magnus Romæ factus, & solis uisa defectio, Eusebius. Capua ac Nuceria coloniæ additis ueterranis à Romanis firmatæ. uectigalia remissa ac S. C. factum de spectaculis in prouincia faciundis.

Lucio





LVcio Fonteio Capitone, Vipsanioq; Consulib. puerq dā octo annos nat 945000. passuū à meridie trāsiuit ad uesperū. Iulio Solinus ca. 6. Itē eclypsis solis facta pridie Calend. Maij. 61.



QVinquennale ludicrū ad morem Græci certaminis institutū, & Neroneū appellatū, Cometes dū spectacula eduntur effulsit. Hūc aūt regis mutationē significasse iudicauerūt. Vnde cū Rubellius Plautus ab omnib. Cęsar futurus crederet, huic Nero consuluit, ut Antistia cōiuge ac familiaribus in Asiā ad auitos agros proficiscat. Iisdē igit dieb. nimia lux & cupido, infamiam ac periculum Neroni tulit. 62.



ANte mēsam Neronis fulmen cecidit, post 64.

annos igitur duos Nero, ut ſimilitudinē ardētis Troię inſpiceret, plurimam partem Romanæ urbis incendit.

66. NEronis Imperatoris tempore oceanus cruento aſpectu fluxit, & humanorum corporum effigies in littoribus relictę ſunt. Simulacrū Victorię Camuloduni retrò cōuerſum eſt, quaſi hoſtib. cederet. Fœminę per Angliā furore turbatę, adeſſe exitiū canebant, adeò, ut Inſulani ad ſpē & ueterrani ad metū traherent.

LAodiceia Hieropolis & Colloſſe Aſię urbes terræmotu corruerunt. Prodigia diuerſi generis & cometa apparuit mēſes ſex, præter morem cometarū, qui tanto tempore uideri nō ſolēt. Antea quoq; ſub Claudio uiſus eſt cometa & tres ſoles, qui haud dubiè portendebant tres propter principatū imperij, breui concertaturos. Equidem ad eundem modū arbitror ingentem cometam illum ſignificaſſe non ſolum ſeditionē, ſed immutationē in toto imperio Romano, & in primis lamentabile excidium regni Iudaici. Albinus Iudeę procurator moritur & Ceſtius Florus ſuccedit, ſub quo Iudęi contra Romanos rebellarunt.





68. QVidā Ananię filius Iheſus nomine, uir plebeius & ruſticus ante quartū belli Hieroſolymitani annū, cū ciuitas in pace et abūdantia perduraret, in die feſto tabernaculorū repēte clamare cœpit. Vox ab oriente, uox ab occidēte, uox à quatuor uētis, uox ſuper Hieroſolymā & templū, uox ſuper ſponſos & ſuper ſponſas, uox ſuper populū. Et indeſinenter die noctuq; per omnes plateas circumiens, hęc clamabat, uſquequo quidā primores, uelut

infauſti

infausti presagij indignatione commoti, correptum hominem multis uerberibus afficiunt. At ille nequaquam pro se aliquid loquens, nec deprecans, easdem uoces, absque timore ullo repetebat, unde ad Romanorum iudicem ductus, eiusdem iussu flagris ad ossa usq; laniatus, neq; preces, neq; lachrymas fudit, sed priora crebrò repetẽs magno affectu ac clamore adiecit insuper, ue ue Hierosolymis.

ANno quo Nero excidit principatu, oleæ & prata in cõtrarias sedes transiere. Petrus ac Paulus in prima Christianorũ persecutione martyrio coronati, tertio calend. Iulias. 69

ANte mortem Sergij Galbæ, quum opidatim uictimæ cæderentur, taurus securis ictu consternatus, rupto uinculo essedum eius inuasit, & totum crure perfudit. Mathematici eo anno ex Italia pulsi. Titus Vespasianus à patre rebus Iudaicis (ut Iosephus libro sexto capite ultimo author) præfectus est. 71



CVm Otho Syluius Romanorum imperator contra Vitelliũ bellũ gereret, ferunt p̃ter cætera prodigia, quæ tum accidere, auem eximiæ magnitudinis, quanta nũquam antea uisa fuerat, per multos dies uisam esse. Otho igitur, cum nihilominus manus cum Vitellio cõseruisset, desiderata sunt utrinq; in prelijs ad Cremonam factis, hominũ quadraginta millia.

VItellio imperante sinistra apparuerũt prodigia. Nam & cometes apparuit, & luna contra rationẽ statuti temporis bis deficere uisa est. Quarto em̃ et septimo die obscurata est. Preterea in oriente atq; in occidente duo soles uisi sunt eodẽ tẽpore, q̃rũ hic imbecillis & palidus, ille potens & clarus erat. Inuẽta q̃q; sunt in

Digitized by Google








Capitolio multa & magna uestigia quorundam Deorũ, qui: ex eo descendisse uidebantur, renunciatumq; est à militibus qui ea nocte in excubijs eius fuerãt, templũ Iouis sua sponte cum magno fragrore apertum esse, atq; ob eam causam nonnullos custodes perterritos & exanimatos fuisse.

PRæterea Vitellij atque Vespasiani milites cũ cruentissimo prælio pro imperio Romano decertarent, capto iam Alieno proditore, qui Cremonã urbem ceperat, non tantum lunæ inter prœliandum facta est defectio, sed etiam plane atra atq; supra communem cõsuetudinem sanguinolenta uisa est.

VItellius Romanorum imperator antequam contra Vespasianos milites pugnaret, dum sacrificaret atque ad milites suos concionaretur, magnus numerus uulturum irruit, extaq́ue sacrificij discerpsit, ac ipsum ferè imperatorem de tribunali deturbauit.

Cæte-





CÆterum cum Vienhæ pro tribunali sederet, etiã dira prodi- 71
gia apparuerunt, quæ exitiũ maximum imminere demonstrarunt, supra caput enim & humeros principis residẽs gallinaceus magno terrori fuit cunctis: superuolarunt præterea fœdæ aues tamq; multæ ut penè tenebras afferrent.

HIerosolymæ urbis excidiũ multis signis & prodigijs est de- 72
monstratum, nec signis tantum, sed prophetica etiã uoce, ut pœnitentia agi potuerit, & dira scelerũ ultio declinari propiciato numine, nisi obstinatio amentiã peperisset, amentia rerum omniũ oblivionem, ut pietatis & iustiæ immemores cæci in suũ exitium ruerent. Sydus gladij figura in cœlo apparuit urbi imminens Azimorum die, qui octauus erat mẽsis Aprilis. Nona noctis hora circa maximam aram templi tantum lumen effulsit, us



sit, ut dies putaretur illuxisse. Eodem die cum bos ad aram traheretur medio templo peperit. Ænea porta interioris templi, cuius ostia uiginti simul uiri remoliebantur, ferreis seris, æneoq; oc cluſa pessulo, sexta hora noctis sua spõte patuit, & ad undecimũ calen. Iunij uisi sunt per aërem diuersis cœli regionibus uagari, & armatæ acies tranare nubila. Nocte quæ diẽ Pentecostes præcesit, sacerdotes intimum templum subeuntes sacrorum causa, strepitum primò quendam senserũt, inde et uox est ex proximo reddita, dicẽtis, Migremus hinc. Etsi nõ desint qui sub id tempus hoc accidisse trãdãt quo Christus passus est. Iesus quidam Anani plebeij rusticiq; hominis filius, quum ad solenne sacrũ uenisset, quo in templo statuebãtur Attegiæ, phanatico spiritu repẽtè impulsus (ut ante annos aliq̃t) exclamare cœpit: Vox ab oriente, uox ab occidente, uox à 4. uentis, uox in Hierosolymã & templum, uox in sponsos & nouas nuptas, uox in omnẽ populum. Hæc interdiu noctuq; uociferans urbem circuibat, sæpiusq; correptus uerberibus, ab ijs qui uocem ut ciuitati ominosam, auersati, nihilò secius id faciebat. Productq; inde ad Romanũ præ-





præsidem, & ad ossa usq; flagello laceratus, nec supplex quicquã locutus est, neq; lachrymam supplicio dedit, sed tantũ illud in ore esse, ue ue Hierosolymis. Albino aũt qui tũ iudex erat, quærẽte ex eo quid sibi uellet, aut cur ita insaniret, nihil respõdit. Per quę stultus ab Albino iudicatus ac dimissus est. Ipse septẽ continuos annos haud adijt quenquam, sed uelut orationẽ meditatus assidue illud dicere, ue ue Hierosolymis, nec in assidua querela est unquam raucus factus. Postremò urbe à Romanis circumsessa, quum muros circuiret, ue ciuitati clamitãs, ue templo, ue uniuerso populo: factum est ut & illud insolens adiecerit, ue mihi etiã, atq; in ea uoce hostili tormento ictus cõcidit. Titus Hierosolymis captis, incensisq;, ac maiore ex parte euersis, præsidio ad circumiectam regionem, relicto, ad Euphratem usq; processit.

AContias (species cometæ à iaculi similitudine nomen habẽs) fuit, de qua quinto cõsulatu suo Titus imp. Cęsar prę- 77
claro carmine perscripsit, ad hunc diẽ nouissimè uisa. Plin. lib. 2.



TRes ciuitates Cypri terremotu coruerunt, & 78
lues ingẽs anno sequẽti facta, ita ut per multos dies in Ephemeridem decẽ millia fermè mortuorum hominum referrẽtur. Mox Anno scilicet Dñi 80. Vespasianus posteaq; Colonias deduxisset, mortuus est profluuio uentris, in uilla propria circa Sabinos, anno ętatis 69. post quem Titus in imperatorem electus est.

ANte Vespasiani senioris mortem uisus est cometa, & monu- 81
mentum Augusti Cæsaris sua sponte apertum est.


MOns Vesunius ruptus in uertice tantã ex se iecit incendij, 81
ut regiones uicinas & urbes multas cũ hominib. exureret. Anno sequenti Musonius Ruphus à Tito reuocatur ab exilio, & Roma pernitioso incendio deformatur. Titus imperator morabo pe





bo periit in ea uilla in qua pater, anno scilicet ætatis suæ 42. De Veseui autem montis pernicioso, horrendo, atq; plusquam prodigioso incendio quod Titi Vespasiani temporibus factū est, leges Xiphilinum copiosę in uita Vespasiani.


98 THepetion Gymnosophistarum dux senior, præcepit arbori ulmo, ut Apollonium Tyaneum, salutaret, illa salutauit distincta quidem uoce, sed tenui & fœminea. Philostratus in uita Apollonij.



MVltà signa atq; portenta Romæ & toto orbe facta. Domitian9 occisus in palatio & per uespiliones ignobiliter apportatus, anno ætatis 36. clypeiq; & imagines eius passim ubiq; per Romam in terram sunt deiectę, & à populo per ignominiam conculcatæ.

99 EO quo Cocceius Nerua. 13. Roman. imp. in hortis Sallustianis diem obijt. Eclypsis solis facta est. Aure-

lius



lius Vict. Eutrop. Post hũc Traianus imper. regnauit à Nerua adoptatus, qui probitate adeò spectata fuit, ut postea semper quoties imperator designaretur, publicis uotis optari soleret, uti felicitate Augustum, & probitate Traianum adæquaret.

CLemens tertius Pontifex Romanus cum à Domitiano ad Traiani tertium annum peruenisset, ab eodem exilio mulctatus, in insula ubi duo millia Christianorum offendit, ad secanda marmora damnatorum, & aquæ penuria laborantium, humũ dextro pulsauit pede, ex quo statim scaturijt fons. 103

TErræmotu quatuor urbes in Asia sunt subuersæ, Elea, Mirhina, Pitanæ, Cymes: & Græciæ duę, Opuntiorũ scilicet, & Ori 107



torũ anno sequenti. Vnde anno 110 Traiano aduersus Christianos persecutionem mouente Symon filius Cleopę, qui in Hierosolymis episcopatum tenebat, crucifigitur, cui Iustus successit.

TRes Galatię ciuitates terræmotu erutę. Pantheon Romæ ful 112

Digitized by Google

mine crematũ. Eo anno Traianus de Dacis ac Scythis triumphauit. Daciam Decibalo uicto subegit, prouincia trans Danubium facta, in his agris quos nunc Taiphali, nunc Victohali & Terungiti habent.

114 ANtiochiæ adeò horrendè terra mota est, ut montes conuulsi subsederint, alibi flumina repente fluxerint, defecerint alibi, multæ præterea urbes penè ad excidium cõcussæ sunt, sed omnium maxime Antiochia, ubi uis ingens mortalium ædificiorum ruinis perijt, & in his Pedo cõsul. Traianus à quodam Genio monitus, qui sese illi forma augustiore humana obtulit, ab initio in apertũ euasit, ac plures dies quibus terror ille tenuit, in Hippodromo permansit, inde sub initiũ ueris Parthi bello repetiti sunt.



HVnc terræmotum præcessere fulmina, flauereq; uehementes uenti atq; insolentes. Inde mugitus terræ maximus, post fremitus maris horribilis auditus est. Terra sublimè tolli cœpit, ædificia sursum erigi atque præcipitari in terram. Iudæi tum gens olim Dei domestica, nunc opinione sua calamitosior, arma corripiũt per orbem Romanum, Romanis rebellant, Messiam suum, quem adhuc populus infelicissimus expectat, adfore credebant, nonnihil & spei in Christianis collocabant, qui ut cultores unius Dei, tũ à Romanis uarijs afficiebantur pœnis. In Lybia circa Cyrenem, cultores deorum Romanos, Græcosq; sine discrimine subito inuadunt, statim trucidant, nec cæde contenti, humanis carnibus uesci cœperunt. Horũ intestinis, stillante adhuc sanguine, tincti, pellibusq; uelati, multos per medium usq; ad uerticem dissecant, plures bestijs dilaniandos obijciunt, alios inter se digladiari cogunt, ducenta & amplius ibi hominũ millia eo furore, armis Iudæorũ peremptæ sunt, ingẽs itẽ in Ægypto cædes patrata.

Ter-



TErræmotu Nicomedia ruit, et magna pars Niceæ urbis, ad quarū instaurationē Hadrianus de publico est largitus, & bellum contra Sauromatas gestū. Hadrianus imp. in Lybiam quæ à Iudæis uastata fuerat, colonias deduxit. 121

ITerū terræmotu facto, Nicomedia ruit, & Niceæ urbis plurima euersa sunt. Hadrianus in Lybiā, quæ à Iudæis uastata fuerat, colonias deducit. Et anno sequenti Hadrianus Athenienſibus leges ex Draconis et Solonis reliquorumq; libris iura composuit. 123

NIcopolis & Cæsarea Palestinæ urbes terræmotu concidērūt. Anthinous nobilis ac eximiæ pulchritudinis adolescēs, in Ægypto moritur, qui posteaq; ab Hadriano imp. honorificè sepultus, in deos relatus, & eius nomine urbs appellata est. 129

ANtonini cognomento Pij, Romanorum imperatoris pulcherrimū alioqui principatū, multæ et uariæ clades partim 140





Digitized by Google

cœli, partim hominũ iniuria ortę, fœdarunt. Fames enim dira erat & terræmotus ingens, q̃ Rhodus & alia illustria loca, horrẽdè concussa sunt, incendium urbis, 340. urbanis insulis perpetua flamma consumptis. Narbo in Gallia, Antiochia, & forum Carthaginis per idem tempus deflagrarunt. Tyberis insolenti auctu omnia loca inundauit. Natus et biceps infans. in Arabia iubatus serpens uisus, qui sui dimidium à cauda deuorauit. Quatuor feri leones se ultrò in Arabia capiendos præbuerunt.

160 ANtonino pio Romanorũ imperatore regnante, paulo ante mortem eius in Bithynia atq; in Hellesponto ualde horribilis terræmotus factus est, in quo ut aliq; ciuitates permultæ uehementer laborarunt, maximè tamen Cyzicum funditus concidisse, eiusq; urbis templum maximum omnium atq; pulcherrimum corruisse ferunt. Erant aũt columnæ eius templi crassitudine quatuor ulnarum, altitudine cubitorũ 50. singulæ ex singulis lapidibus factæ. Dion Nicæus & Xiphilinus in uita Antonini. Præterea ferunt eodem tempore è mari mediterraneo fluctum in culmen mõtis longo interuallo disiunctum peruenisse, proiecisseq; spumam longissimè in continentem, limpido ac trãquillo mari.



162 LVcius Aurelius Commodus cum Athenis sacrificaret, ignis ab oriente ad occidentem in cœlo ferri uisus est. Vologesus Parthorũ rex quasdam prouincias Romanorum populat. Mox Seleucia à Romanis capta est.

Visa

VIse sunt eo tẽpore apud Premam cruces sudasse lachrymis, 170
porci canesq; ecclesiã uiolasse, quod in religionem uersum est: Nam uix poterant ab altaris crepidine repelli. Visi sunt & lupi in suburbanis gregatim ululantes, horribiliq; iurgio certasse cum bubonibus. Hæc ab omnibus siniſtra iudicabantur in episcopum respicere. Decima quarta ergo die ante obitum suũ Gosslariæ positus, ex consuetudine sua, nec potionibus, nec phlebotomijs contineri uoluit, quare grauissimo dyssenteriæ morbo correptus, & usq; ad ossa attenuatus, suæ adhuc immemor salutis, Reip. negocia usq; ad extremam sui transitus tractauit horam.

MAgna persecutio in Asia facta est, in qua præter alios infinitos, Polycarpum, Pionium ac Iustinũ philosophum, martyrio coronatos legimus.

M. Antoninus philosophus Romanorum imperator cũ in- 171
genti prelio cum Quadis congrederetur, ingens pluuia atq; ignis de cœlo cecidit in pugnantes, quorũ alij aqua ad bibendum aptissima recreati, alij igne penitus combusti sunt. Non autem ignis attingebat Romanos, & si forte cũ eis misceretur, extinguebatur subito, neq; imberiuuabat Quados, sed non secus inflabat eos atq; oleum.

ANtonini imperatoris temporibus, statim post diram Chri- 173
stianorum persecutionem, fuit ingens terræmotus, & flumi





num diuersorũ crebræ hinc inde inundationes crebrescebãt, his secuta est magna lues, quæ multas latè prouincias deuastauit. Et maximè Italiam, quam adeò contriuit, ut passim uillæ & agri sine cultore & habitatore iacuerint. Ab armis denique nulla usquam quies erat: sed per omnem orientẽ, Yllyricum, Italiã, & Galliã, bella mirum in modum feruebãt. Luem præcedentem statim subsequebatur ingens locustarum agmen, quo omnes agri p diuersas regiones infestabantur. Marcus Aurelius frater Antonini, & Cæsar in Germania & Sarmatia bella agitantes, periclitantur nimia siccitate. milites crebris fulminibus & cœlitús prolapsis ignibus, effugantur.




182



POst mortem Aurelij & Antonini imperatorum Smirna urbs Asiæ, magno terræmotu corruit, ad cuius instaurationem decennalis tributorum immunitas data est. Sequuta est tanta per urbem pestis, ut penè usque ad internetionem Romanus exercitus deletus sit.

TAnta per totũ orbem pestilentia fuit, ut pene ad internetionem Romani exercitus deleti fuerint. Ad hæc terræmotus, inundationesq; aquarũ genus humanũ, ac orbẽ terrarum afflixerunt, ut nisi hisce malis M. Aurelius, Antoninus Pius decimus

decimussextus Romanorum imperator rector contigisset, de Romano imperio actum fuisset. Locustæ quinetiam infestæ agris, depastæ sunt prata & arua. Tempora hisce diebus fuere periculosissima, & plane climacterica.



LEgimus apud Herodianũ Cõmodi temporibus stellas per totũ diẽ apparuisse, quasdam etiam in longũ productas, medio quasi aëre suspẽsas. Quod argumentũ erat nõ accensę, sed si tersæ & coactæ nubis. Accẽsa enim in nocte uidet, die cũ procul absit, euanescit. Sequuta est magna strages Parthorum Cõmodi dolo, nõ uirtute. Inde bella ciuilia, oppressis annis spacio quinq; Cęsarib. bello trib. Didio Iuliano, Pescenio Nigro, Albino: quob fraude, Cõmodo ipso & Pertinace. 187

ROmæ in Capitoliũ fulmẽ ruit & magna inflãmatione facta Bibliotheca & uicinę quæq; ædes cõcrematæ, post trienniũ Commodus imperator multos interfecit, & mox (anno scilicet Domini 195) in domo Vestiliani ipse quoque strangulatur. 190



APparuere quędam in cœlo prodigia. Stellę iterũ per diem perpetuò apparuerunt: prętereà animalium omne genus, minimè suam naturam seruãtiũ, cũ figura corporis prodigiosa, tum membris haudquaquam congruentibus edebantur. Maximum autem 192

nefas cum in præsens dolorem attulit, tum in futurum pessimo augurio uniuersos conterruit. Nam cum neq; imbres ulli, neque nubes, tantumq; exiguus terræmotus antecessisset, seu nocturni casu fulminis, siue igni aliquo in ipso terrarum motu uelut extrito, totum deimprouiso Pacis templum consumptum incendio est, quod unum scilicet opus, cunctorum tota urbe maximum fuit, &c.


194 IVlianus imperator pridie quã occideretur à Persis, cum nocte surrexisset ad sacrificiũ, ignem è cœlo descẽdere uidit. Respon derunt interrogãti uates, ut uel saltem in diem alteram discessum differret, quod ille non tam contempsit, quam facere coactus est deficientibus alimentis, frumentũ enim naufragio perierat. Verũ ignis è cœlo cadẽs semper clades & mala maxima pronũtiat, seu quod ab eisdẽ causis proueniat, seu quod ex corruptis uaporib. factus, ubi qete opus est exercitui, urget & inficit, uel quia mentes sensus moueant. Satis est nunquam in irritum descendere. An forsan hominum istud contingit diligentia, qui infortunia ad miracula referunt, aut ad dæmonas.

PErtinax quo die è uiuis excessit, sacrificanti non modo cor uictimæ, sed hepar etiam defuit.





ANte triduum, quàm Ælius Pertinax Romanorũ imp. occideret, in piscina sibi uisus est uidere hominẽ cum gladio infestantem



festantem. Et ea die qua oc-
cisus est, negabāt in oculis
suis pupillas cum imagini-
bus, quas reddunt specta-
tibus, uisas. Et cū apud La-
res sacrificaret, carbones ui
uacissimi extincti sunt, cū
inflammari soleant: & ut
supra dictum est, cor & ca-
put in hostijs non est rep er
tum. Stellæ etiam iuxta so-
lem per diem uisæ sunt cla-
rissimæ ante dies q̄ obiret.



IVlianus cum post mor- 195.
tem Pertinacis imperato
ris astu & fraude Romanū
arripuisset imperiū, & tu-
multus iam ciuium in Iulia-
num ortus esset, qui alio-
rum etiam contrà tyran-
num atque parricidam im-
plorabant auxilia. Calen-
dis Ianuarij repente circa
solem tres stellæ sunt uisæ
adeò perspicuę, ut omnes
Iuliano exitiū nunciare di-
cerent, quod factum est: ab Albino enim qui Britanniæ, Seuero
qui Pœonię, & Nigro qui Syriæ præerat, liberata republica à Iu-
liani tyrannide.

SEuero imperante aquila quæ in statua militari consede- 196.
rat, in ea licet abigeretur, constitit, quousque capta est, a-
pesque in signis militaribus & maxime in statuis Nigri fa-
ctos finxerunt. Pugnatum est statim apud Cyzicum ubi Æ-
milianus à Seueri ducibus uictus & interfectus est. In angu-
stijs præterea Nicææ & Cij, prælium magnum uariumque fa-
ctum



ctum est, in quo Nigriani Seuerianos cruento prælio uicerunt. Tertium prælium apud Pylas Ciliciasnas factum, in quo Seuerianí contra Nigrianos triumpharunt.

EOdem imperante ignis repentinus in aëre, qua parte spectat ad Septentrionem, est uisus, ut eo plerique urbem totam comburi, multi cœlū ipsum ardere existimarent, quod cœlo sereno pluuia rori simillima, coloriscp argentei in forum Augusti defluxit, cuius aqua moneta ærea inuncta, argentea per triduum uidebatur. Bellum statim ciuile Seueri imperatoris cum Albino Cæsare coortum, in quo exercitus Romanus magnam cladem accepit.






203. IN monte Bœbio (aliàs Veseuo) ignis maximus, ineocp tātus mugitns extitere, ut Capuam usque audirentur. Vide plura apud Xiphilinum in uita Seueri.

Decimo



DEcimo Seueri principatus anno, cetus maximus appulit in eum portũ quẽ Augustũ appellant, in eoq; captus est. Cuius ceti figura introducta in amphitheatrũ, quinquaginta ursos absorbuit. Præterea cometes Romę per multos dies uisus est, fuitq; opinio eum, magnum aliquod malum portẽdere. Plautianus ob insignem licentiam & crudelitatem interfectus est. 204.

SEuerus Romanorum imperator cum iam in Britanniã profisciscereturfulmen in statuam ipsius quæ ad eam portam collocata erat qua exercitũ erat educturus, quæq; spectabat in uiam, qua illuc itur, cecidit, tresque literas de nomine eius deleuit. Itaque Seuerus, ut uates prædixerant, ex Britannia nunquam reuersus est. 208.





DIadumeno Macrini imperatoris filio, in agro ambulanti, aquila pileum abstulit, quem in capite cuiusdam regię statuę deposuit. 219.

mini.

depoſuit. Mox Opil. Macrinus præfectus prætorij, poſt Baſsiani necem cum filio Diadumeno imperauit menſes 14 tantum, ac ab exercitu occiſus eſt uterq;.

220.



ANtoni9 Caracalla Romanorum imperator paulo antequam à ſuis interficeretur, fores iocinoris uictimæ clauſæ ſunt, atque cum exiret per portam, à leone (quem educauerat quemq; ad menſam lectũq; admittebat, interdumq; publicè deoſculabatur) tunica deprehenſus atque ne ulterius iret, lacerata ueſte, detentus eſt. Alexandriæ ubi tum erat, magnum incendium omnem interiorem templi Serapidis partẽ inuaſit, in quo tamen ſolus gladius quo Antoninus Getam fratrẽ interfecerat, cõflagrauit, cæteris omnib. ab ignis iniuria conſeruatis. Præterea Romæ factis ludis Circenſibus, ſimulachrum Martis, quod erat habitu triumphali, decidit. Quod etſi fortaſſe minus admirationis habet; tamen id multo eſt maximũ, quòd Praſini milites uicti, ut uiderunt in ſummo obeliſco graculum maxime garrientem, eum omnes ſpectare, ac repentè uno ore, quaſi prẽmeditati eſſent, ita conclamare cœperunt. Martialis, aue Martialis, oportunè te uidimus. Id enim factum eſt non graculi cauſa, cui Martialis nomen aliquando fuit: ſed quòd in eo, tanquam diuino quodam afflatu Martialem percuſſorem Antonini ſalutaret.

STella per multas noctes (imperante Macrino) uiſa eſt ab occidente in orientem ſolem. Macrinus igitur in bello contra Artabanum bis turpiter uictus, magna pecuniâ pacem coemere eſt coactus. Et mox alterum coortum Romanis non cum barbaris nationibus, ſed ciuile bellum in quo milites tumultuari cœperunt, quòd Macrinus minus erga ipſos comis atque huma-


humanus esset, quodq; non daret eis pecuniam tam amplam ut cæteri dedissent, &c.



AMonius Alexãdrinus philosophus & Christianus, Asinum animalium omnium stupidissimum, sapientiæ auditorem habuisse dicitur, teste Suida apud Volaterra. libro decimotertio cap. 3. Anthrop. 229

EClypsis solis facta tanta, quæ tenebras sicut nox induxit. Eo anno Gordianus iunior puer 13 annorum, Cæsar est adiunctus. 241

Maximinis uerò ad Aquileiam à militibus occisis, & isti duo à senatu creati militum seditione, non longe post sunt interfecti. Quibus extinctis, imperauit Gordianus annos sex.






DEfecit sol Gordiano principe, ita insigniter, ut tenebris ter. 243. ræ inductis nihil omnino posset agi nisi luminibus accensis. Est & terra sub eo adeò horrendè concussa, ut urbes quędam subito hiatu sint cũ populis absorptę, Capitolinus autor est, quod

miror ab Euſeb. prętermiſsũ, qui naturę hęc portenta diligenter eſt executus. Senatus nuncio de Gordiani morte accepto, Marcũ uirum grauitate & ſapientia ſingulari imperatorem conſtituit, qui paucis diebus quibus fuerat imperium adeptus, uita deceſsit.

254 

AEtna mons uulgo Montgibel, ſuis mirus incẽdijs, cum ſit materia plenus ſulphurea, quæ humidis generatur nutrimentis, exarſit altero poſt ſanctæ Agathę Catinẽſis martyrium anno. Thucydides ab eo tempore quo Gręci Siciliam tenuerunt, tres Ætnę ignis inundationes cõmemorat: de quib. poſt Strabonẽ, Oroſiũ, Eutropiũ, lege etiã Sebaſtianũ noſtrũ Munſterũ in opere Coſmog.





258 VAleriani perſequutionem dira naturæ portenta omnibus terris præceſſerunt. plures enim dies ueluti tenebris iacuit terra obuoluta, auditumq; tonitruum terra mugiente non cœlo tonante, ſecutusq;, ut ſolet, motus terræ ingẽs, quo plura ædificia cũ habitatoribus ſubito terræ hiatu abſorpta ſunt, multiq; mortales nimio terrore exanimati, ſed id malum Aſiam pręcipue habuit

buit obnoxiam, mota est Roma, mota & Lybia, terræq; hiatus uastissimi plurib. extiterunt locis. Maritimas urbes subitũ mare obruit. Pestis inde orta, sed Romæ & in Achaia præcipuè laboratum. quina millia funerum uno die sunt elata.



TErræmotus multi maximiq;, & tenebræ multis diebus. Pestis itẽ maxima urbem Romã, & alia loca afflixit. 264

AVrelianꝰ imperator, cum aduersus Christianos nouam meditaretur persequutionẽ, fulmine, qd iuxta eũ comitesq; eius ruebat, nihil ad meliora flexus, sed scriptis iam mandatis in Christianorũ perniciem, à suis Bizantium inter & Heracleam occiditur. 278

TErræmotu horribili apud Tyrum & Sydonem multa opera conciderũt, & populus innumerabilis oppressus est. Eodem anno mense Martio in diebus Paschæ, ecclesiæ subuersæ sunt, & magna est Christianorum facta persecutio. 306



308 APud Daphnem amœnum illud & ambitiosum Antiochiæ suburbanum, uisu relatuq; horrendum natum est Constantij imperatoris temporibus monstrum, infans scilicet, ore gemino, dentibus cum binis, & barba, quatuor oculis, breuissimis duabus auriculis.





315 CONstantinus Magnus contra Maxentium, qui ob libidinem & crudelitatẽ maximè populo infensus erat, pugnans, in æthere crucis uexillo conspecto, uocem audiuit, ἐν τούτῳ νίκα. In hoc uince.

320 CIrca hæc tempora in Laterano uisa manus inuisi authoris, qua ad parietem scribebatur cunctis uidentibus simul ac legentibus: HODIE VENENVM ECCLESIAE INFVSVRVS EST. Et hoc illa die dum Constantinus Magnus imperator Syluestro pontifici dedit Ecclesiæ Romanæ palatium Lateranum, urbem Romam ac Italiæ prouincias. Malleolus de nobilitate.


323 CIrca annum Domini trecentesimum uigesimumtertium, Arrius Presbyter de Ecclesia eiectus, pestilentem hæresin excitauit, & longè lateq; sparsit. Hanc hæresin cometas præcessisse,



cessisse, Peucerus scribit in libro de Diuinatione.

TErræmotus multas ur- 340
bes obruit. Franci à Cõ
stante perdomiti & in pacẽ
recepti sunt. Impietas Ar-
riana Cõstantij regis fulta
præsidio, exilijs ac carceri-
bus ac uarijs afflictionum
modis, primum per A-
thanasium, deinde per a-
lios episcopos persecuta
est.

CIrca annum Domini 341. denunciata est mors Constantini 341
imperatoris per stellam crinitam, quę inusitatæ magnitudi-
nis aliquot mnesib. refulsit. Orosius lib. 7. ca. 19. Eutrop. 11. Ni-
phus imperatorẽ anno Domini 324. scribit mortuũ esse. Luctuo-
sum bellũ & motum qui sequutus est principis obitũ portendit.
EClypsis solis facta est, & terræmotus multas urbes subuertit. 343
Bellum contra Persas graui Romanorum damno gestũ est.






TErræmotu multæ ciuitates orientis conciderunt. Arriana 343
hæresis ex hoc tempore Constantij imperstoris præsidio, exi
lijs, car-


liſs, carceribus, & uariſs afflictionū modis, primo Athanaſium, deinde omnes non ſuæ partis Epiſcopos perſequuta eſt. Franci à Cōſtante perdomiti. Hermogenes magiſter militiæ, Conſtantinopolim tractus à populo, ob Paulum epiſcopum, quem regis imperio ac Arrianorum factione pellebat.

344 TErræmotus Antiochiam præcipue & orientis partes anno iugiter commouit. Concilium Arrianorum Antiochiæ habitum, in quo Nicęnum damnatur.



347 NEocæſarea terræmotu in Ponto ſubuerſa, excepta Eccleſia. Sapor Perſarum rex Chriſtianos denuo perſequitur.

348



350

DIrachium terræmotu corruit, & trib. diebus ac noctibus Romanu- tauit, plurimæq; Campaniæ urbes uexatæ ſunt.

MAgna eſt facta ſolis defectio. Chriſtiani eo anno cū Perſis ad Singaram nocturno prælio miſerè conflixerunt. Niſibis obſeſſa à Perſis: & Bizabdæ, Amidaque captæ ſunt

ptæ sunt. Maximus Hierosolymorum episcopus moritur.

Concilium Nicęum secundũ, ab Arrianis contra Christianos congregatum, hoc anno terræmotu dissipatum est. Nã Eudoxius, ut refert Functius, olim Germaniciæ urbis in Cilicia prę- 362
sul, post mortem Leoncij Antiochenæ Ecclesiæ Episcopi sedem illam inuasit, palamq; Arrianã hęresin oppressis orthodoxis, in Ecclesiam reduxit, absente quoq; Constantio imperatore, atq; in occidẽtis partibus bella gerẽte, ipse Eudoxius clam agit apud põtẽtes Palatij, ut in Nicæa Synodus Episcoporũ congregaretur, sperans fore, ut congregati Arriani, eam quæ antea in eadem urbe ędita erat confessio, hoc conuentu unanimi consensu damnarent, ut deinceps successu tẽporis sub nomine Nicęnæ fidei priore conclusione erepta, posterior hæc in precio esset, sed Deus qui Ecclesiæ suæ curam gerit, hoc malum cito auertit. Congregatis enim episcopis, ac ad tractandum de proposito paratis, terræmotus tantus totã undiq; concussit urbem Nicænã, ut magna pars ædificiorũ rueret, multosq; mortales in ea cõmorantes opprimere, quo infortunio urbis, aduenæ perterriti, quisq; ad suá recessit.

Nicomedia terræmotu funditus est euersa, uicinis urbibus ex parte uexatis. Paulinus Treuirorũ episcopus in Phrygia exu 363
lans moritur. Facta est magna fidelium persecutio, in quibus uera fides damnabatur.

Vera lana pluuiæ mixta de nubibus fluxit. Athanaricus Go- 364
thorum rex Christianos in sua gente persequitur. Hilarius Pictauis, & Eusebius Vercellensis episcopi mortui sunt, & magna fames in Phrygia secuta est.

Nicomedia & pars Nicęæ urbis terræmotu collapsa.

Iudæi cũ instinctu atq; iussu Iuliani templum Hierosolymita- 366
num restaurare iam uellent, terrę motũ primum ingentẽ ortum 367
esse dicunt, qui tam horrendus fuisse dicit, quod eius cõcussione ex ipsis fundamentis lapides eiecerit, uicina ędifica soluerit, atque magnam hominum multitudinem ędificiorum ruinis oppresserit. Cæterum cum iterum structuram mox experirentur, ignis ex ipsis fundamentis exiliens, & alius item de cœlo imminens, plures quàm terræmotus, consumpsisse fertur.





Igni porrò cœlitus demisso, mallei, scalptra, serręs, secures, ascię, & quæcũq; ad ædificationem cõmoda, operarij cõportauerãt, celeriter in cineres redegit, quod incendium die toto grassatũ est. Sed aliud etiã accessit miraculum, nam proxima nocte suaſponte uestes Iudæorum crucis signis radiorũ instar conformatis, sunt consignatæ. Itaq; omnes, uestitum tanquam stellis uariegatũ & la



nifica arte atque solertia distinctũ, habuere, quo illucescẽte die uiso, eluere atq; detergere crucis notas conati, nihil egere.

Iterum grauis terræmotus ingruens lapides reliquos ex fundamentis eiecit atq; dissipauit, atq; insuper sæua quędam oborta procella, calcẽ et ipsum innumerabiliũ medimnorũ in aërem uẽtilando, dispulit. Item qui subitò ex partibus inferioribus proserpsit ignis, innumeros quoq; temporis momento, consumpsit.

IVulianus imperator apostata, cũ in Thraciã proficiscereturubi

ubi ad eius regionis mõtes peruenit, eo tempore cum post uindemiam Vergiliæ occiderent, uites gemmis & uuis recentibus germinarunt, & ros exaëre in ipsum comitesq; eius ita diffusus est, ut gutta quælibet in sagis illorũ crucis formã representaret. Cæterũ peruuas immaturas prodigiosè intẽpestiuũ eius minimeq; diuturnum imperium est designatum. Crux aũt Christianorum doctrinã cœlestẽ esse, omnesq; ea cõsignari oportere portendit.



IVlianus Apostata cũ sacrificaturus solennẽ hostiam mactaret, in ea crucis signum corona circumdatum apparuisse ei dicitur, quod eis, qui illi operam dabant, non paruum incusit timorem. Christi potentiam doctrinamq; nostram perpetuò duraturam, suspectã habentibus: quod corona uictoriæ signum esset, & circularis forma omni ex parte initium capiens, atq; in seipsam desinens, finem nullum portenderet.

TErræmotu per totum orbem facto, mare litus egreditur 369




& Siciliæ

& Siciliæ multarumq; insularum urbes & innumerabiles populos oppressere. Procopius qui apud Constantinopolim tyrannidem inuaserat, apud Phrygiam Salutarem extinctus est, & plurimi Procopianæ partis cæsi atq; proscripti. Damasus Romanæ ecclesiæ episcopus ordinat', & mox Vrsinus à quibusdã episcopis cõstitutus, Sicinũ cũ suis inuadit, à quo Damasianę partis populo cõfluente, crudelissimę interfectiones diuersi sexus perpetratę.

370 MAximum fuisse motũ in toto penè orbe tẽporibus Valentiniani, Valentisq; imperatorũ, grauissimi authores testantur, in quo illud insigne fuit, quod disiectis aquis, paterent abdita maris: & quę cunq; antea solem uiderant, ualles montesq;, tunc illustrarentur. Eodem impetu translatæ naues, etiã super tecta Alexandriæ, unam uidit iam uetustate corruptã duobus millib. passuũ, iuxta Methonẽ Ammianus Marcellinus. Eo anno Valẽs contra Procopiũ q in Bythinia tyrannidẽ exercebat, bello adortꝰ est.

371



372

GRando miræ magnitudinis Cõstãtinopoli decidens, multos homines ac pecudes extinxit. Item lana uera pluuijs immixta apud Atrebatas de nubibus decidit.

VAlens Romanorum imperator cũ cõtra Procopium belligeraret, grando maxima lapidib. ingentib. persimilis decidit, et motus terræ graues uarijs in locis maximum Niceę Bithynorũ urbe, ea uniuersa prostrata, damnum dedere. Nec multũ intercessit temporis, quum alius terræmotus obortus, idem Germæ Hellesponti ciuitati fecit. Hæc porrò omnia turbarum ecclesiasticarũ fuerũt indicia, de quib. Niceph. Anno ꝓximo Hartanaricus rex Gothorũ in Christianos persecutione cõmota, plurimos interfecit, & de propriis sedibus in Romanorũ solum expellit. Vincentius lib. 15. cap. 51.


Come-

COmeta facto, factus est terræmotus ferè per totum orbem, 377
propter quem mare littus egreditur, & Siciliæ multarũq;



insularũ urbes & innumerabiles populos oppressit. Eo anno Valentinianus augustus Saxones in terra Fancorum oppressit.

CVm Valentinianus imperator in Sabaria urbe esset, noctua 382
super cacumen balnei sedit, mœstum & lugubre canens: aderat ipse imperator, ob id non defuere qui saxis & sagittis illã impeterent, & quamuis colimarent, non potuere illam unquam abigere: itaq; paulo post, uixq; una intermissa die, repentè interijt, affuere & alia signa, sed communia: hoc uerò euidentissimũ.



THeodosij imperatoris temporibus terribile signum in cœlo columnæ per omnia simile apparuit, & eo anno Gregorius Nasianzenus episcopus obijt. 384

STella à septentrione gallicinio surgẽs & in modum Luciferi ardens, priusquam splendens apparuit, uigesima die desisse esse. Per idem tẽpus grando cre- 389

Digitized by Google

do crepitans per biduum continuum plurima cecidit, pecudum arborumq; pernicies. Longobardi eorum ducibus defunctis, primum sibi regem crearunt Algemundum, Aronis filium. Templum Serapidis apud Alexandriam, Theodosij imperatoris edicto solutum est.

393 THeodosio imperante prodigia insolita uisa sunt, quæ futurà orbi mala portenderunt. Primum nanq; inopinata & insolens stella in cœlo mediæ noctis tempore prope luciferum refulgens apparuit, circa eũ ipsum, qui Zodiacus dicitur, circulũ. Ea, quod propter coruscantes radios ingens & lucida esset, non admodum Lucifero cessit. Paulatim uerò ad eã ingẽs etiam aliarum stellarũ uis aggregabat. Spectaculum id si uidisses, apum examini, quæ circa ducem suum in orbem obuolitant, contulisses. Et quæ ueluti ex mutua & uiolenta concussione ab omnibus eis emicuit lux, in unam quandam commista flammam euadebat: & gladij prorsus ancipitis, magni & horrendi, cum terrore quodam relucens, faciem reddebat. Quod enim reliquæ stellæ in idem recidissent uisum, & una, eaq; sola, quæ primum conspecta fuerat, habitu toto, ueluti radix ad capulum aliquod appareret, & quodãmodo fulgorem exhibitæ illius stellæ omnem proferret, perinde atque ex lucerna funiculus ardens, sic flamma in sublime tollebatur. Quæ cum ad quadragesimam usque diem ensifera seu potius ensis formam referens apparuisset, euanuit. Eodem etiam duo hominum corpora uisa sunt. Alterum quidem in Syria supra humanam naturam magnitudine excedens: Alterũ uerò in Ægypto, infra incredibilem staturæ breuitatem consistens. Syrus longitudine cubitorum quinq; & unius palmi excreuerat, quamuis pedes eius

relia



reliquæ corporis magnitudini proportione non respõderẽt, introrsum enim intorti et uarij erant. homini nomen erat Antonio. Ægyptius autem tam breuis fuit, ut perdici persimilis esset, cui tamen tanta inerat prudentia, qualis homini formoso competit, uox à Musis non abhorrebat. Sermo mentis generositatem spectandam exhibebat. Ex his maximus, uiginti quinque expleuit annos: minimus. autem non multum ab eis abfuit.

SIgnum in cœlo quasi columba pendens, ardensq; par dies tri 394
ginta apparuit. In urbe Antiochia nocturno tempore simula-



chrum fœminæ habitu uisum est sublimè in aëre errare, magnitudine ingenti, & aspectu adeo truci, ut horrorem multum spectantibus afferret. Id in aëre per urbis plateas currẽs, flagello graiter sonanti, aërem diuerberabat: unde sonitus prodijt qualem edere consueuerunt, qui ad iram & furorem feras concitãs

tant, qui earum ſpectacula edunt. Et mox eodem menſe facta eſt magna atque cruenta in ea urbe propter tributū à Theodoſio extraordinariè impoſitum, ſeditio.

395 HOc tempore terræmotus magnus & admirãdus extitit, qui priores omnes magnitudine, & celeritate & temporis diuturnitate facile ſuperauit. Nam & menſes ſex maxime durauit: & non ex interuallo, ſed motu cõtinuo omnia concuſsit, idq; per orbem ferè uniuerſum: adeò ut non ſolum in urbe Conſtantinopolitana turres in præceps ierint, & murus uarijs in locis ruptus ſit, uerum etiam circa Cherſoneſum ædificium, id quod Macron



tichos uocãt, omne conciderit, & innumerabilia ubiq; locorum, magnorum operum, templorumq; ædificia peſſum ierint. Terræmotus iſte Alexandriam quoque attigit. Antiochiæ autẽ impetu uehementiore imminens, præcipua quæq; ſpectacula maximè comminuit. Et innumerabiles accidere caſus, non terra tantum uerum etiam mari. Alicubi enim terra dehiſcens, uicos frequentes abſorbuit: alicubi fontes nõ exigui ſubitò exaruere, quibuſdam in locis ubertim aqua profluxit, qnæ ibi antea eam ſolita non fuerat. Arbores multæ unà cum truncis ſuis radicitus euulſæ. Aggeres plurimi derepentè exiſtentes, in montes ingentes conformati. Mare terminos ſuos tranſgreſſum piſces ingentis magnitudinis mortuos, ueluti funda eiecit, Inſulæ plu-

læ plures unà cum incolis suis submersæ, hodie quoque non apparent. Naues undis confertim decedentibus in arida medio mari mobiles consistere uisæ. Cladem ex eo terræmotu, plurimum sensere Bythinia, Hellespontus, utraque Phrygia, & Oriētis pars maxima: sicut dictum est. Inuasit quoque occidentis regiones plures. Et cum longo duraret tempore, non ea qua cœperat uehementia grassari perseuerauit, uerum sensim de impetu aliquid remisit, donec prorsus conquieuit. Cladis ea talis fuit. Bizantij autem in maximum coniecti metum, à ruinis ædificiorum sibi timentes, muros reliquerunt, & extra urbem in Campo, qui dicitur, morati sunt, una cum imperatore Theodosio & Patriarcha Proclo continuis precibus incumbentes, Deumq; ut propitius eis esset, & ab imminente calamitate orbem liberaret, obtestantes. Et cum aliquando motu eo grassante, terra ueluti fluctuans concuteretur, & homines per metum eam ex fundamentis ipsis extirpatum iri uererentur, & omnes litanijs & supplicationibus dediti collachrymarent, & ex profundo intimoq; animo misericordiam diuinam implorarent, tum miraculum præter opinionem omnium, quod sensum & metum omnem excedit, subsequutum est: subitò namq; è medio inspectantibus omnibus, diuina quadam ui, puer in aërem sublimis, ad cœlum usque tractus, ita ut iam non appareret, sublatus, diuinam uocem, qua angelis Deum laudibus ferre mos est, audiuit: eaq; uoce perceptà, rursum priore per aërem uia, reuersus descendit, & episcopo Proclo ipsiq; imperatori, et multitudini omni supplicationib. operanti, Deumq; hymnis celebranti, ab angelis canentibus se uerba hæc audisse renunciauit: SANCTVS DEVS, SANCTVS FORTIS, SANCTVS IMMORTALIS, MISERERE NOSTRI. Quæ ubi Proclus iutellexit, statim ad eum modum psallere iussit: & terræmotus statim etiã consistit, omninoq; conquieuit. Imperator porrò Theodosius, & inter fœminas admiratione omnium digna Pulcheria, tanto miraculo perculsi, constitutione imperiali confestim, ut per orbem omnem diuinus hymnus iste concineretur, decreuerunt. Et ex eo tẽpore Ecclesia Christi eum acceptum, non quolibet tantum die usurpat, sed etiam cuiuslibet

carminis & laudis Dei initio, ante omnia pleno ore præmittit. puer uerborum eorum ministerium exequutus, statim uita defunctus est, & in magna ecclesia quæ Pacis nomen obtinet, conditus. Locus autem in quo ille in sublime actus est, postea ὕψωμα θεῖον, id est, diuina exaltatio uocatus est. Notum uentum pro urbe Constantinopolitana spectans.

396 ALgemundi primi Longobardorum regis temporibus, meretrix quędam unico partu septem puerulos enixa est, & in piscinam proiecit necandos, quos Algemūdus rex, dum forte fortuna inuenisset unū ex illis, hasta detractū seruauit, nutricique, omni studio alēdum tradidit, cui Lamissio nomen inditum est, qui cum adoleuisset, ob ingenij magnitudinē, post Algemūdi mortē, regni successor factus est.



398 THeodosio imperatore regnante, anno cōsulatus Arcadij tertio & Honorij secundo, in orientis partibus apud Palestinam prouinciam, in castello Emaus, natus est puer perfectus, ab umbilico & sursum diuisus, ita ut haberet duo pectora, & duo capita, & unusquisque suos sensus: Vnus edebat & bibebat, & alter non edebat, unus dormiebat, & alter uigilabat, nonnunquam simul dormiebant, simul ludebant ad alterutrum, & flebat uterque, & percutiebant inuicem. Vixerunt



autem

autem annis fere mẽ duobus, & unus quidem mortuus est & alter superuixit diebus quatuor.



COnstãtinopolis iram Dei reformidãs, ignẽ super nubẽ terribiliter fulgente, ad pœnitentiã conuersa, euasit. Ruffinus militiæ magister orietalis rebellans, à Stillicone interemptus est. Gildo Africæ comes rebellans consueta stipendia Romanis subtraxit, quem non multo post Stillico interficiens, Africã in ius pristinũ redegit. 398

TErremotus per dies plurimos fuit. Cœlum ardere uisum est. Post Theodosium Magnum Arcadius orietis imperator fa- 400





ctus est. Et Visigothi Hunniq; Romanorũ prouincias multis incursionibus depopulati sunt.

GRando uehemens apud Constantinopolim, & eius suburbã 407 na cecidit 30. die septẽb. et 4. die post grãdinẽ defuncta est Eudoxia Augusta, ut Socrates in historia tripartita author est.




411 ROmæ fœmina gygãtex magnitudinis, de parentibus mediocris staturę nata, multis stupori erat. Vãdali duce Crosco Gallias peruagati, multas urbes ac ecclesias deuastarunt.


412 GAinas fortissimus ille Scytha qui Romanũ inuasit magno cũ exercitu imperiũ, cũ eam ob causam quod Arcadius Romanorũ imperator Arrianis templũ in urbe Constãtinopoli concedere nollet, Bizantiũ expugnare atq; penitus diripere conaret, eas insidias stella ensis speciem referens portendit, quę supramodũ splẽdida fuit (qualem nunquã antea apparuisse in literarũ memoriã relatum est) supra urbem ipsam relucẽs & à summo propè cœlo ad terrã ipsam pertingẽs. Eo anno cum Roma à Gotthis Alarico duce obsideretur & diriperet, cædes tanta facta est, quanta ætas nulla à sęculo condito nouit. Eam porrò cladem stella illa gladij formã habẽs pręcessit. Nõ enim milites tãtũ interiere neq; in aliqua orbis parte mala hæc constitere, sed omne genus hominum concisum est, & tota perijt Europa: Asiæ quoq; pars nõ exigua attrita est. Plurima enim Lybiæ, potissimum uerò quæ Romanis tributaria & subiecta fuit. Interitus nãq; multitudinem hostilis barbarorum demetiuit ensis. Reliquã autem fames & pestilentiæ, nec non agrestium ferarum greges, absumpsere. Præterea motus terræ ingẽtes funditus urbes & domos euertẽtes, permul-

tos



tos in ineuitabile exitium coniecere. Multis etiam in locis terra hiatibus rupta, sepulchrum incolis extemporaneum spontaneumque facta. Insuper aquarum pluuialium illuuiones, & apud alios flammeę siccitates, apud quosdam fulmina coniecta, uariã & insustentabilem edidere calamitatem. Quinetiam pluribus in locis grando saxis






manuarijs maior, & circiter octonarum librarum pondus trahens, deferri uisa est. Deniq; niuium uis & frigoris immanitas quos plagæ aliæ nõ præripuerũt, occupatos extinxere. Quę omnia euidenter satis diuinã deprædicarunt indignationẽ: De quibus sigulatim commemorare, supra uires hominis fuerit. Tum uero tantum etiam solis deliquium fuit, ut stellæ etiam medio die refulserint, quod deinde tanta siccitas est subsecuta, ut more insolito, multi mortales, & alia etiam animalia interierint. Quum autem sol defecit, fulgor quidam, simul in cœlo apparuit, coni-

Digitized by Google

siue metæ speciem gerens: quem inerudíti quidam cometam, crinitamque stellam esse dixerunt. Nihil enim quæ in eo uisa






sunt, cometæ simile fuit. Nec fulgor is in comam abijt, neque stellæ prorsus speciem retulit: sed ueluti Lucernæ cuiusdam magnæ flamma per seipsam subsistere uisa est, nec radij eius aliqui stellæ cuiusquam formam subiere. Ipso quoque motu uariauit. Nam ea parte qua sol per æquinoctium oritur, fulgor is moueri cœpit: & inde iuxta eam, quę in Vrsæ cauda sita est, stellam ultimam sensim euadens, ad occidentem cursum tenuit. Postquam autem cœlum est dimensus, motu suo quatuor mensibus longius perfecto, disparuit. Vertex eius aliquando quidem in magnam & acutam longitudinem abijt, ut coni rationem excederet: nonnunquam autem ad mensuram illius contractus est. Alia quoque monstrosa præbuit spectacula, quibus à natura solitarum apparitionum discesit. Videri autem cœpit ab æstate media, ferè usque ad Autumni finem. Idipsum quoque miraculum ingentium bellorum, & incredibilis hominum interitus indicium fuit. Deinceps uerò terræmotus esse cœperãt, qui non facilè cum eis qui antea extiterant, conferri possent. Cum terræmotibus ignis quoq; cœlo quasi rupto delapsus, salutis spẽ omnem præcidit, cladem tamen hominibus non intulit. Diuina namq; benignitas, uento uehementi demisso, & igne undiquaq; prouoluto, in mare eum abiecit. Videre tum erat spectaculũ nouum fluctus ipsos,







ipsos, perinde atque regiones quasdã marinas, plurimũ igni ardere, quoadusq; flãma prorsus in undis extincta est. Quum in multis terræ locis, tanti essent terræmotus, laquearia & tecta ędium, à seipsis, ita magno cum sonitu, & fragore dirimi uisa sunt, ut qui intus in domibus erant, clarè oculis cœlum conspicerent. Et post eiusmodi ruptură, ita rursum sunt inter se aptè coniuncta, ut nemini tàm nouæ rei significationem aliquam præberent. Idem etiam in nauibus, & domorũ pauimentis, multis in locis accidit. Quędã namq; granaria in partibus inferioribus habitantes, frumẽto confertim, & subito in eos per rimas patẽtes effuso, suffocarũt, solumq; ipsum tam commodè compactũ reddiderũt, ut homines addubitarẽt, unde frumentũ illud, quod cædẽ talẽ patrarit, profluxerit. Adhæc aliæ quoq; eius generis mala tũ nouo prorsus modo extitere, quæ satis ostenderũt, nõ naturali aliqua ratione hęc (sicuti Gręcę superstitionis sectatores delirantes dicũt), puenire, sed diuinę indignationis flagella

flagella ea hominib. immitti. Multis certè quidē eo tēpore uisum est, irato ea Deo accidisse, propter tam apertā, quæ maximo illi Ecclesię luminari Ioānni illata est, iniuriā. Siquidē & imperatoris cōiugem Eudoxiā, tum uita excedere contigit, uermibus escam factam, & urnam, cui imposita est, moueri cernere erat, Deo uide licet eū, qui per illā in ecclesia concitatus fuerat, mōtū ostendente. Romā eo anno à Gothis uastatā esse autor est etiā Cassiodorus, Blōdus, Haloāder, & alij. licet aliter sentiāt Funccius, & qdā alij.

412 POst Arcadij imperatoris mortem Vtice terra diebus 7. mugitum dedit. Stilico regnum Honorij imp. affectans, filio suo Tucherio, Reip. pernitiosus efficitur, barbaras gentes ipse aliàs regno immittens, aliàs cōsensū suo fouēs, unde solito grauius earum & maximè Vandalorum rabies per Gallias exarsit.

413 VTicēsi in litore apud Africā dēs Gygātis inuētus est tam ingēs, ut si minutatim in modios nostrorū dentiū cōcideret, cē tū dētes inde fieri posset. Vandalis Galliā incursantibus, cōgressi Franci, Modigisilū regē cū 20. millibus Vandalorū extinxerūt.

416 IVdęus qdā cū quęst9 causa sępe in multis hęreticorū Ecclesijs bāptisatus fuisset, & demū etiā ad orthodoxorū, sub eadē intē




tione bāptizādus uenisset, aqua fontis subitò disparuit, & iterū allata aqua fonteq; repleto, iterū atq; iterū aqua dispārens, uirtutē Dei, & Iudæi perfidā ostēdit. Honorius imp. sopitus in Africa hæreticus, pacē reddidit ecclesijs. Perēpto à suis Athanulfo Visigothorum rege, Sigericus regnare cœpit.

417 OCcidentales quidam, ultimo anno cycli decennoualis pro emboliſmo communem annum tenentes, & per hoc in Paschā celebrando aberrantes, diuino miraculo ad ueritatem reuocati sunt. In quadam enim Italiæ Ecclesiā ubi annuatim sābbāto

sanctæ

sanctæ Paschæ hora baptizandi solebat aquâ diuinitus manare, & statim ex sese redire, nullo deductorio penitus adparente, nunc temperius iusto, id est 7. Calendas Aprilis Pascha celebrantes, aqua non emanans expectatione totius diei ac noctis fefellit. Legittimo autem die paschæ hora baptizandi aqua solito emanans 10. Calend. Maij, Pascha celebrari ostendit.

COmeta usque ad mensem Septembrem uisus est. Quo anno Iudæi omnes ab Alexandria pulsi sunt, factione Cyrilli epi- 418
scopi. Vnde multæ ac nefariæ cędes exortæ sunt. Heraclianus consilio Sabiniani in Africa classem 4700 parans, Romam applicuit, à Marino turpiter fugatus, scapha Carthaginem petens, à militibus interemptus est.






MEmorabile est quòd Iudæis Cretam inhabitantibus, hoc 434
anno accidit. Seductor enim quem quidam ipsum Cacodęmona fuisse putant, totam eam insulam anno integro peragrauit, Mosen se esse dictitans, qui Israelitas olim per mare rubrum eduxisset ex Ægypto, missumque se denuo, ut dispersos Israelitas ad terram suam reduceret, cumq; miseri Iudæi spe falsa ducti, nimis cito crederẽt seductori, omnia sua bona alijs reliquerũt, statoq; tempore omnes cum paruulis & uxoribus seductorem, quitos præcedebat, sequebantur. Ventum erat ad rupem quandam

mari

mari imminentem, ibi Pseudomoses precipiebat eis, ut inuolutis se uestimentis, in globorum modum de rupe uersus mare, demitterent: Iis sine mora obtemperantibus, multi in ipsis lapidum acuminibus collisi interiebant, multi aquarum uorticibus absorpti, stultitiæ suæ pœnas dabant, perissent multi plures, nisi Christiani piscatores quosdã in mari periclitantes, mortiq; iam propinquos nauibus excepissent, ñ enim refocillati ad suos redeuntes, dolum periculumq; eis reuelarunt, quibus agnitis, omnes furore accensi Pseudomosen ad necem quæritabant, qui nusquam comparens, suspicionem dedit se dęmonem fuisse erroneum, humana forma, ut commodius quæ uellet, efficeret, apparere solitum. Hac tanta calamitate moti, multi ex Cretensibus Iudæis, ad fidem Christi sunt conuersi.

434 COmeta apparuit & mox post paucos dies apud Tolosam sanguis fluxit. Gizericus Hipponem Africę obsedit, atque tertio obsidionis mense Beatus Augustinus episcopus diem clausit extremum. Diaco. lib. 1.





444 CONstantinopoli per quatuor menses, terræmotu terra fluctuante, quidam coram omnibus orantibus in aëre diuina uirtute sublatus est. Piratæ Siciliam longe lateq; deuastarunt. Romæ defuncto Xysto pontifice, Leo primus in sede pontificia successor factus est.

Cometa

COmeta assiduè multis diebus micante, in oriẽte terræmotus 448
factus est. Attila Hunnanorum rex, Bledam fratrem ac consortem suum uocans, magnam partẽ Italiæ bello adflixit. multas præclaras urbes diripuit, & tandem congregatis exulibus, Venetiæ in mari conduntur.



TErræmotus penè assidui, & signa plurima in cœlo uisa sunt. 454
Vespere ab Aquilone cœlum efficitur rubeũ ut ignis intermixtis per igneum ruborem clarioribus lineis, in hastarum speciem deformatis. Luna obscuratur. cometes apparet, & multa alia horrenda. Et anno sequenti Attila Hunnanorum rex Vuala-








metis Ostrogothorum regis, & Ardarici Gepidarũ regis, & aliarum gentium auxilio fultus, à Pãnonijs egressus, occidentale imperium inuadit.

457



SVper insulã Britanniæ stella mirę magnitudinis apparuit, cuius radio glob. igneus draconi similis adhærebat. Ex cuius ore duo radij procedebãt, quorum unus ultra Galliam se extendebat, alter uerò uersus Hiberniam tendens, in septem minores radios terminabatur. Saxones post mortem Aurelij Ambrosij regis, à pactione fœderis soluti, inuaserunt ciuitates & promontoria, ac ab Albania usque Eboracum omnia deuastarunt.

462 LEone iam alterum annum imperante, ingens terræmotus & fremitus usq; adeò extitit, ut multę quidẽ in locis omnib. ruinę cõsequutę sint, Antiochia autem omnis ferè concuteretur. Clades ea ueluti pręmiũ futurorũ malorũ fuit, propterea quod ciues ipsi à


ipsi à diuinis legibus alieni, tanquam beluæ ferí animis essent, & uecordiæ intẽperijs omnibus agitarẽtur. Grauissimus enim qui unquam fuere omniũ terræmotus urbẽ eam inuasit, quingentesimo sexto ab ea condita anno, decimoquarto mensis Septembris die, quarta noctis hora, ab eo terræmotu qui sub Traiano fuit,



trecentis quadraginta septẽ annis exactis. ille namq; cũ centesimo uigesimonono, suis legibus, ut libera rep. ea urbs uteretur, eam afflixit. iste autem sub Leone quingentesimo sexto anno eam oppressit, sicuti hoc à studiosis repertum est. Et domos eius ferè omnes dissiecit, quum quidem populosissima foret: ita ut in eà solitudo nulla, aut locus quisquam inhabitabilis, aut neglectus esset. Magnificentissimè autem exornata fuerat, propter ambitiosam multorum principum liberalitatem, qui operibus ibi extruendis, inter se concertarunt, & de gloria superare alij alios conati contenderunt. Corciderunt igitur imperiales domus una atq; altera, aliæ periculum euasere, una cum uicino lauacro, quod sanè urbem incommoditate pristina liberauit, propterea quod reliquæ balneæ uiolenta inundatione ei incommodassent. Dissectæ quoque quæ pro imperatorijs ædibus fuere porticus, & quod eis impositum erat tetrapylum. Præterea Hyppodromi pro foribus turres & quędã eis insistentes porticus. In ueteri autem urbe domum aut porticum ullam non attigit. Concussit insuper & Traiani & Seueri & Adriani lauacra. Plurima item ædificia & porticus in ea quę Ostracina dicitur uicinia, atque etiam quod uocatur Nymphæum, quæ omnia copiosissimè Ioannes Rhetor in suis historijs refert. Terræmotus istius gratia, & propter ædificia diruta, imperatorem ferunt urbi ei mille auri talenta tributi annui remi-

sisse, multam quoq; pecuniam ad publica ędificia renouanda dedisse. Eadem tempestate, Thracia etiam, & Hellespontus, Ionia omnis, & quæ uocantur Cyclades insulę cõcussæ sunt. Ædificia plura in Cnido & Coo collapsa. Cõstantinopoli uerò & in pro-





uincia Bithynia imbres immensi, in tertium & quartum diem iugibus aquis cœlitus in fluminum morem decidentibus, duraverunt: montes in planiciem deciderunt, uici maximi diluuio disparuerunt. Exingenti purgamentorum copia in quibusdam lacubus insulæ extiterunt: sicuti in Boane, quæ ad Nicomediã est, accidit. Alia prętera multa accidere. Signa quoq; in cœlo conspecta. Nubes enim tubę specie ad dies quadraginta uisa est. Quo tempore cinere etiam Cõstantinopoli, nubibus in ignem uersis, pluit, qui cinis palmę minoris propè altitudine in tegulis iacuit: id quod euidentissimũ indicium imminentis incendij fuit. Itaq; cum tremore omnes urbe egressi, Deũ precibus placarũt, ignea pluuia Deum abolere uelle omnia dicẽtes. Porrò Deo ad misericordiam conuerso, flamma extincta, & cinis horrendus in terram delatus est. De hoc Procopius etiam Cęsariensis alicubi memorat, ex Bebio eum mõte ortũ habuisse scribens, unde ille quũ plurimus redditus esset, uento uiolento in sublime actus, eo loci ubi ille cõquieuit, deciderit. Fortasse aũt & Deus illũ ita in sublimi aẽre iactatũ, in ea loca quę pœna coercẽda erãt, cõiecit. Terræ

quem



quẽ diximus motu ita ingruẽte, imperator Leo sibi metuens circa S. Mamantẽ tabernacula posuit, ad sex menses ab urbe ingrediendã abstinens, eoq; modo se diuinam iram declinaturũ existimans. Sequutum est pernicioſum planè urbis Constantinopolitanæ incendium. Maiorianus imperator contra Vandalos in Africam exercitum mouit. Theodoricus territus nũcijs, relicta Emerita, Gallias repetijt, ac pace fugata, cæde furens: ecclesias, urbes ac uillas omnes uastauit atque incendit.

LEonis imp. anno 4. apud Tholosam Galliæ urbem, ex eius medio sanguis tota die largissimo fluxit riuo: quòd Gothi pro portento siue perditionis signo acceperunt. Proximo anno Theudemer Suenos & Scyros in ultionem fratris occisi, usque ad internitionem debellat. 464

ANno imperatoris Leonis sexto, pictor quidam cum saluatorem secundũ similitudinẽ Iouis depingere uoluisset, aruit tota eius manus, Vincentius lib. 21. cap. 55. ex Sigeberto: qui tamen ad annum 463 posuit. Seuerus Rauennæ à Ricimere imperator occidentis factus est. In Gallia uillę, greges ac alia multa fulmine tacta, ac duo iuuenes in unũ adustione cõcretis corporibus inuenti sunt, Iordanis in lib. annaliũ & Cuspiniano in cõsulibus. 466

ANno Leonis imp. undecimo, Viennę austrię horrendo terremotu aliquot tẽpla & domorũ aliquot palatia corũerunt: & feritas luporum aliarumq; syluaticarum bestiarũ toto anno per urbem uagantium, homines deuorabant. Adhęc palatium regis die sancto paschæ cœlesti igne consumptum, ad cladẽ multum terroris addebat. Mortuo Vterprendagone Britonũ regę, Arthurus eius filius in regno sublimatus est. 471

Digitized by Google



488 AB Humerico Vandalorum rege, in Theodorici ac Venantij consulatu, Christiani acerrimè infestantur, in qua persecutione multis linguę sunt mutilatæ, quibusdam quoq; penitus abscissę, qui diuinitus tamen curati, etiam sine linguis loquuti sunt, Sigisbertus et Marcellinus. Hac tẽpestate Tyrãnus Honorichus morte satis miserabili, sed tantorũ scelerũ dignissima, uitam octauo regni sui anno finiuit, nam putrefactũ & ebulliens uermibus, non corpus tantum, sed partes etiam corporis eius uidebantur mandare sepulturæ.



VAria signa in cœlo & insoliti cometę apparuerũt. Theodoricꝰ Ostrogothorũ rex à Mesia egressus & in Italiam profectus, Ordoacem Italiæ regem bis sibi congressum, in fugam uertit, & Papiæ iuclusum ad triennium sibi obsedit. Eorico Visigothorum rege mortuo, Alaricus filius regni successor factus est.

490 IN Mineo Hispaniæ fluuio pisces capti sunt, in quorum squamis eius anni æra inscripta erant. Eo anno Feltheus & Feria Rugio-

Rugiorum rex, Herulos patria eijcere conabatur, quem Odoacer uicit, & occidit, gentemq; Rugiorum pene deleuit.



DEuterus Arrhianus episcopus, cũ Constãtinopoli Barbã quendam baptizaret, et male distinguens trinitatem, diceret: Baptizo te Barba in nomine patris per filium in spiritu sancto: aqua disparuit. 504

His præterea tempo rib. in Aphrica diuina ultio in Arriano q̃dam apparuit Olympio, qui dum corpus aquis balnealibus abluens, indigna quædam & blasphema dẽ sancta Trinitatis fide uerba euomeret, ueniente subito ignito cœlitus iaculo, uisibiliter combustus est. Neocæsarea terræmotu corruit. 506



ALexandriæ multi utriusq; sexus homines arrepti à dæmone, repente quasi canes latrabant. Vitalianus Aquilonis præfectus, contra Anastasium tyrãnidem assumit. Hunni Baber dicti, Caspias portas egressi, Armeniam, Cappadociã, Galatiam & Pontum depopulati sunt. 515

520



527

ANastasius ex humili sorte, orientis imperator factus, illapsus uero in hæreses, orthodoxis multas intulit iniurias, maculauitq; imperij decus illuuie Eutichianæ hæresis, quapropter diuinã ultionem commeruit, qui fulmine tactus interijt.

IN septimo imperij Iustiniani Cęsaris anno, 29. Maij die, in ipsa meridie motus





terræ unà cum concuti ente ebullione Antiochiæ incũbens eandemq; funditus quassans, deformẽ, atq; horrendam reddidit: et quicquid in ea eximium fuit, in solum coniecit. Ad quam cladem fulmen quoq; accessit, ita ut ea mala calamitatem inter se diuisisse uiderentur. Bonam enim ciuitatis partem terræmotus & concussio solo æquauit. Si quid uerò clades eæ intactum reliquissent, ignis imminens consumpsit atque admirando modo in cineres redegit.

Antio-



ANtiochia iterum gra 529
uissimos terræmotus pertulit, quum deinde à Iustiniano debitã consequuta est curam, seu prouisionẽ, et Theopolis, id est, dei ciuitas nominata. Vnusquisq; enim ciuium CHRISTI nomen proforib. inscribens, eo modo tærræmotũ dispulit, quũ Deus religioso cuidam homini, oraculo hęc uerba foribus inscribere præcepisset: CHRISTVS NOBISCVM: STATE.

BEnedictũ iuniorem sanctitate clarũ rex Totila pro Christo 538
persequẽs, cũ eũ cũ cella sua cõburere uoluisset, in clibanũ ardentem eum proiecit, qui inde die altero illęsus, etiã uestib. illęsis exiuit. Gothi Romã obsident anno integro. & Vitiges Cosroem Persarũ regẽ cõtra Roman. sollicitat, Procopius li. 2. de bel. Pers.



MEnse Decembri co 539
meta in Sagittario uisus est. Tũ in Italia cum Gothis belligeratum, quę gens tandem à Narsete, auxilijs Lõgobardorum extincta est.

CVm Narses aduer 541
sus Iduald Brentorum regem iam bella suscepisset, in Longobardia & Liguriæ præcipue partibus miraculosè apparebant subito quædam signacula per domos, hostia, cruces, uasa, uel uestimenta: quæ si quis abluere conaretur, magis magisque apparebant. His statim subsequitur horrenda pestis, quæ

quæ immaniter hinc inde grassabatur. Anno uero sequenti cœperunt nasci in inguinibus hominū, uel in alijs delicatioribus locis glandulæ, in modum nucis seu dactyli, quas mox subsequebatur febrium intolerabilis æstus, ita ut in triduo homo extingueretur. Si uero aliquis triduum transegisset, habebat spem uiuēdi. Erat autem ubique luctus, ubique lachrymæ: nam & uulgi rumor habebat fugientes cladem uitare. Relinquebātur domus desertę habitatoribus, solis catulis domum seruantibus. Peculia solarem asnebant in pascuis, nullo astante pastore. Cerneres pridem uillas seu castra repleta agminibus hominum. Postera uero die uniuersis fugientibus, cuncta esse in summo silentio. Fugiebant filij cadauera insepulta parentum relinquentes: parentes obliti pietatis uiscera & natos relinquebant æstuantes. Si quē forte antiqua pietas perstringebat, ut uellet sepelire proximū, restabat ipse insepultus: & dum obsequebat, perimebat. Dū funeri obsequiū præbebat, ipsius funus sine obsequio manebat. Videres sæculum in antiquum redactum silentium: nulla uox in rure, nullus pastorū sibilus, nullæ insidiæ bestiarum in pecudibus, nulla damna in domesticis uolucribus. Sata trāsgressa metendi tempus, intacta expectabant messorem: uinea amissis foliis radiantibus uuis illęsa manebāt, hyeme appropinquante. Nocturnis seu diurnis horis personabat turba pallantium. Audiebatur à pluribus quasi murmur exercitus: nulla erant uestigia commeantiū, nullus cernebatur percussor, & tamen uisum oculorū superabant cadauera mortuorum. Pastoralia loca uersa fuerunt in sepulturam hominum, & habitacula humana facta fuerunt confugia bestiarum.

IN diuersis Galliarū locis diuersa signa uisa sunt. Cometes apparuit die sancto Paschæ, cœlū ardere uisum est, uerus sanguis ex nube defluxit in uestimenta hominum. Cosroes Persarum rex quarta uice in Romanorum terras inuadit, & à Belisario repellitur. Belisarius persico bello præfectus, Sisauranum deditione accepit.

Terræ





TErræmotus uniuersalis factus est per totũ orbem, quo inter cæteras urbes Epidamnus etiam, quę nunc Dyrrhachium dicitur, plurima sustinuit damna: Et item Corinthus, quę in terra Græcia sita est. idem uerò & Anazarbus quæ secundæ Ciliciũ genti præest, pertulit. Quas urbes magna pecunia Iusti-



nus imperator restaurauit. Sub eodem imperio Edessenorum quoque Fœlix ciuitas, quæ maxima simul & populosissima in prouincia Obscœnorum est, mirifica Scirti, qui eam præterfluit, amnis exundatione, in tantum est afflicta, ut quum multa ędifi-



ędificia ſecum conuulſa ille abſtraxerit, tum infinitam hominum multitudinem abſtulerit atque ſubmerſerit. Quos poſtquam unda rapuit, confeſtim inſtar torrentis, per mediam urbem profluens, euanuit. Quod ubi malum conquieuit, tabula marmorea apparuit, hieroglyphicis literis hæc ſignificans.

σκίρτ☉ σκιρτήσει τε κακὸν σκίρτημα κολίτας. id eſt,
Saltabit ciui ſaltum ſaltator acerbum.

Viſa uerò eadem tempeſtate eſt Gigãtei generis mulier quędam, cuiuſuis hominis ſtaturam excędens, longitudini ei proportione latitudo etiam reſpondebat. Artabanes Africã ac Carthaginem à Gontharidis tyrannide liberauit. Beliſarius rurſus ad Italici belli adminiſtrationem electus. Heruli Sclauinos apud Iſtrum uicerunt.

545 IN Thracia quatuor milliarijs mare exundãs, multos homines abſorpſit. Romam Totilas obſedit. Obſeſsi fame maxima preſsi. Vi etiam obſeſſa Placentia à Gothis, ac tam graui fame afflictata eſt, ut ſe inuicem comederent. Qua neceſsitate coacti Totilæ ſeſe dediderunt.

546 TErræmotus magnus Cõſtantinopoli. Roma à Totila captâ, muri pars tertia deiecta, urbs deſolata, quam Beliſarius uacuam occupauit ac muniuit.

Terra

TErræmotus Bizantij & alibi crebriores fuere. Nilus exundauit ut ante hac nunquam. Hunni & Totila sequiunt in Italia atque Illyrijs, qui usque ad Epidamnum uastantur misere. 547

ARboris quæ dicitur Sambucus, flores, grana, & fructus, in flores grana & fructus uitis transformantur, authore Sigisberto. Sclauini denuo in Romanorum terras ingressi Romanos cedunt, ac tandem apud Bizantium fugantur. 550


SÆui terræmotus in Græcia fuerunt, & in Bœotia atq; Achaia, & sinus Crissæus ad extremum concussus est, loca plurima 551



& urbes in præceps absorptæ sunt, plerisque locis terra submersa pessum iuit, atque alicubi quidem chasmata rursum coierunt, alicubi uerò hiatus perpetui permanserunt. Alboinus Longobardorum rex Iustiniani auxilio cum Gepidis conflixit, Chunimundum regem eorum occidit, ac Gepidum nomen penè deleuit. 552

PVer quidam in oriente Iudæorum filius, cum à coëuis suis Christianorum filijs, ad hoc adductus fuisset, ut in ecclesia uirginis Mariæ, Christi saluatoris corpus & sanguinem perciperet, propter hoc à patre suo proiectus in fornacem ardentem, illæsus inde à Christianis extractus est. Contra Theodori uesaniam Constantinopoli synodus congregatur. Narses magno cum exercitu ingreditur, ac ad Taginam Gothos uicit.

554 TErræmotus quadraginta diebus Cõstantinopolim concussit. Franci ad Parmam duce Bucelino Herulos cęciderunt. Bucelinus autem à Dagisteo uictus est.



555 LAnceę species in cœlo apparuit à septẽtrione in occidentem. Bucelinus & Amingus Francorum duces à Narsete miserè interfecti sunt.

556 MEdardo Nouiomensi & Tornacensi moriente, cœlũ apertum est, & diuina micauerunt luminaria spacio duarum horarum, Sigebertus in chronicis. Lotharius Francorum rex rebellantes contra se Saxones ac auxiliantes Thuringos, graui pugna & excidio perdomuit: ac paulo post Tridenti in itinere obiit.

557 PRodigia plurima extitere. Ingentes terræmotus, concussiones & hiatus, stellarum faces admirandæ, atque exundationes maris, quod propè ad quatuor miliaria in Thraciam excurrit. Et castellus cæcus nouas quasdam res peragebat, atque cuilibet suum tribuebat, et arcaniora quædam signis commonstrabat.

Ter-




TErræmotus decẽ diebus & noctibus Constãtinopolim affixit. Auares Constantinopolim sedem petentes ueniũt. Narses Amatum Narbonensi Galliæ, Francinonem Cisalpinæ præfecit. 558

TErræmotu Beryto ciuitas corruit. Coi insulæ cõcussæ. Eo anno Lotharius tertiã redditũ ecclesiarũ partẽ sibi uẽdicat. 560

MVlta signa in sole & luna apparuerũt. Pestis miserabili strage Italiam ac præcipue Liguriam affecit. Regnum iterum diuisum inter filios Lotharij Francorum regis. 565

HAstę igneæ in cœlo uisæ sunt, portendẽtes irruptionẽ Longobardorum in Italiam. Eodem annõ Etherius, Auitatus ac medicus Iustiniano insidias struentes, interfecti sunt. 567






APud Londinẽses in Anglia, arbores ardere ignib. uisæ sunt. 570
In Eboraco fontes sanguiflui. apud Cãtianos puer in matris utero risit. Quæ prodigia contra Anglosaxones ueriſsimè à Mer

lino Caledonio interpretata sunt. testis huius rei est Balcus.

E cœlo sanguis manasse dicitur, quum per idem tempus Longobardi duce Abuino sese in Italiam effuderunt, ubi amplius 200. annis postmodum regnum obtinuerunt.





IGneæ acies in cœlo per Italiã uisæ sanguinẽ emanãtes, ac deinde plurib. dieb. cõtinuatis imbribus, tãta aquarũ ui auctus Tiberis, ut magna strage populi, humiliora loca Romæ submergeret, & similiter in q̃busdã alijs ciuitatibus. Leuigialdus Gothorũ rex, rebellãtes Hispaniæ ciuitates regionesq; subegit. Lõgobardi ingẽti multitudine cũ filijs & uxorib. et alijs barbaris nationibus sub Albuino eorũ rege Italiã per Sirmiũ ingressi, eã possiderunt.

TVbæ sonoriferæ auditæ in cœlo. Tẽpora hisce dieb. extitere turbulẽtissima. D. Greg. orbi finẽ imminere, & diẽ illũ maximũ Christi instare opinabat. Lõgobardi nemine obstãte Italiam inuadũt. Paulus Aq̃leiensis Patriarcha aufugit, tẽpla Christi euersa sunt, sacerdotes occisi, ac monachi pedib. in crucẽ acti, diaconi capite trũcati, uulgus & agricolæ, q̃ caput Capræ cõsecratũ adorare, immolare dijs, & de carnib. dijs immolatis uesci nollent, interẽpti sunt. Præter Rauẽnã et Romã, Italia sub imperiũ Lõgobardorũ redacta est, q̃ adhuc ab ipsis Lõgobardia uocari uulgò solet.

573 INeo bello q̃d Romani cõtra Persas gesserũt, plurima ꝓdigia Rom. futuras clades portẽdẽtia, tũ uisa sunt, bos et recẽs natus in initio belli cõspectus est, ex cuius ceruice duo capita eminebãt.

Persæ





Persæ magno prælio circa Sagarthon à Romanis uicti sunt. Heribertus rex obijt. Inter Hispanos & Francos magna contentio de pascha celebrando orta est.

TErtio anno Tyberij Cõstantini imp. Antiochiæ rursum maximus terræmotus circa meridiem coortus, publicas & priuatas ædes ad ipsa fundamenta usque concussit, minime tamen in terram prostrauit. Ipsa uerò uniuersa Daphne, quasi succisiuum eius opus facta, corruit. Leonogildis Sueuos in principio regni sui, uicto Andeca rege eorum, Hispania expulit. 579



IGnis per cœlum discurrere uisus est. Hormisda rex Persarũ incursans prouincias Romanorũ, ignominiosè uictus à Romanis: proposuit edictũ, ne rex Persarũ per se ultra exeat ad prælium. 580

ANno Tyberij Constantini quarto, lupi Burdegalã urbem ingressi, neminem metuẽtes deuorauerunt canes. Mox

Longobardi alpes transgressi Romam infestant, & duces Longobardorũ Gallias aggrediuntur, & uario bellandi genere Longobardi inter se colliduntur.

583




TVronis de fracto pane sanguis effluxit. Mumulus Amato suffectꝰ, Lõgobardos redeuntes uicit. Auares Sirmium ceperũt. Tiberius imperator dũ in amentiã incurrit, diem suũ paulo post obijt.

MAuricio imperium multis prodigijs diuinitus est prædictum, in multã enim noctem rem diuinam eo faciẽte, atq; incensum offerente, in basilica sacri Deigenitricis templi, quod à Iustiniano apud Antiochenos nomen habet, uelum quo sacrosancta mensa contegitur, igne comprehenso arsit. Ita ut in stuporem & consternationẽ coniectus Mauricius, ad eam rem expauesceret. Gregorius aũt eius urbis hierarcha, qui ibi prẽsens astabat diuinum quiddã id esse, atq; res nouas & sublimes denunciare dixit. Quum uerò in oriente aliquando Mauricius esset, Christus ei euidenter & manifesto apparuit, & ab eo ut contumelias sibi illatas uindicaret, petijt. Quæ sanè certa de imperio eius diuinatio fuit. A quo nanque CHRISTVS uindictam, præterquam ab imperatore atq; eo tantoperein illum pio, exhibendã esflagitaret? Alia præterea memoratu digna, qui eum in lucem produxerunt, de eo renunciarunt. Pater namq; retulit, quum procreaturus eum esset, in somnis se maximam uitem uidisse, quæ ex cubiculo suo orta emerserit, omnisq; generis maturos botros circumcirca pendentes, protulerit. Mater uerò ipso partus tẽpore, è terra nouũ quendam, & uariantem suauitatis odorem redditũ esse dixit, illud insuper, quod aniculariumest, & mihi propè incredibile, addẽs: persæpè eam, quę Empusa uocatur, alius uerò Gilo dixerit, infantẽ ex

cubi-

cubiculo ueluti eum deuoratura, extulisse, nihil tamẽ detrimenti ei afferre potuisse. Quin & Simeones ille, qui propè Antiochiam stationem in columna habuit, quantũ uix alius quisquam, bonis operibus peragendis commodissimus, & omni uirtutũ genere clarissimus, non modo multa per diuinationem dixit, sed fecit etiam, quæ imperiũ eius designarũt. Eodẽ anno Ioannes Mystaco orientis præfectus, Persas ad Nymphiũ fluuiũ uicit. In Frãcia Fredegũdis nouercæ imperio Clodoueus natu postremus regius iuuenis necatus est. Auares Cõstantinopolim uenientes, stipendia 100000 auri singulis annis à Romanis sibi dando pascisc untur.

DIluuiũ ingens præsertim apud Venetias & Liguria Calendis octobris & magna tonitrua, & Romę maxima pestis secuta est, serpentũ fœtore ad litora pectorũ. In Nilo fluuio animalia masculina ac fœminina uisa sunt, quę usq; ad lumbos humanã 586



effigiem portendebant, & adiurata per Deũ à mane usq; ad nonã se uidenda præbuerũt. Longobardi regẽ sibi præficiũt Atharim Dephonis filium qui Flauius dictus est, à quo Flauij deinde reges appellati sunt. In Frãcia Fredegundis eiusq; adulter Landrichus Mag. equitum regem noctu à uenatione redeuntem, ad Calam trucidandum curarunt. Caianus Sigidonem euertit.

IN Italia & Romę pĩsertim dirę tẽpestates ortę sunt. Vnde Lon 589
gobardi Romã obsidẽtes assiduis ĩbrib. turbinũq; ui deterriti



obſidionem diſſoluere coacti ſunt, & tanta eſt aquarum uis ſubſequuta, ut innumerabilis pene hominũ pecudumq; multitudo per Italiam, & Romæ maxime, perierit. Cadauerum corruptione, peſtis ſubſecuta eſt: qua etiam Pelagius pontifex, poſteaquam pontificatum 11 annis obtinuiſſet, mortuus eſt.



CVm apparuiſſet per mẽſem cometa, multi principes moriũt, & anno ab illo quarto Mahumetus: qui poſtea tanquã magnus Dei propheta Sarracenis leges dedit, in Arabia naſcitur. Hormiſdę filius, capto patre, Perſarum regnũ inuaſit. Romani etiam à Perſis uicti.

590 NImiæ pluuiæ inundarunt, & ita quidẽ, ut omnes dicerent ultimũ iudicij diem, præ foribus eſſe, tanta enim clades fuit, ut nullus grauiorẽ à ſeculo fuiſſe meminerit. Magnus etiam draco in modum ualidæ trabis, cum innumerabili ſerpentium



tium multitudine, per Tyberim in mare descēdit, à q= bus suffocatę bestiæ maris, & ad littus proiectę, putredine aërem corruperunt.

ANno sequēti Hormis= 591
dam regem Persarum à Persis excæcatum, filius eius Coldroe occidit, & ad Mauritium imp. confugit, eiusq; uirtute Persas debellauit.



EOdem tēpore Tyberis fluuius, ita Romę ripas suas excelsit, ut sup muros urbis influēs, maximā partem regionis occuparet, & plures domos euerteret. De fœtore quoq; secuta est plaga pessima, quam inguinariam uocāt, quę tanta fuit, ut etiam ipsum Papam Pelagiū occideret, & passim subtractis habitatorib. plurimæ domus in urbe uacuę remanerent.


REgnante apud Longobardos Agilulfo rege, uenit ingens lo 593
custarū magnitudo in territoriū Tridentinū, quæ maiores erant quam cęterę locustæ. hæ omnes herbas ac segetes agrorū depastæ sunt: & hoc anno fuit ingēs siccitas à mense Ianuario usque ad Septembrem, factaq; est frumentorum penuria, ut fame quamplures perierint.

IN Gallia quidam in sylua cædens ligna, adeò à muscis infestatus est, ut per biennium amens fieret. Deinde sub religionis habitu exhibebat se pseudoprophetam: deinde magum, deinde etiam sanitates infirmis dabat, & Christum se

esse

esse dicebat, pro eo se adorari iubebat, nolētes se adorare cum populo qui ei multus adhærebat, impetebat hostiliter, postea tamen à quodam fideli occisus est, & ita sequaces eius dispersi sunt. Hoc anno Recharetus rex Visigothorum, terminos Romanorum depopulatur. Gothi ad catholicæ fidei unionē rediere. & Chianus Thraciam denuo inuasit.





PRæcedente maxima siccitate, locustarum irruens multitudo, aruorum omnium prouentum absumpsit. & hinc in Italia fame mirum in modum est laboratum.

694



EOdē Agilulfo regnante mēse Ianuario apparuit stella cometis, mane & uespere p totū mensē. Quo mē se etiā Ioannes Archiepiscopus Rauēnæ obijt, & Euin dux in Tridento. & ijsdem temporib. Baioarij usq; ad duo millia uirorū, dū super Sclauos irruūt, superueniēte Cacano, omnes interficiūtur. Patricius Romanus primus Italię Exarchus cōtra Lōgobardos à Romano populo creatus est, qui magistratus antea


antea non erat. Agilulfus cũ Cachano Hunnorum rege pacem firmauit, illam ipsam per legatos è Pannonia postulante.

GRegorius Papa qui post Pelagium Romanæ sedis gubernacula accepit Icuita, dũ post septiformẽ letaniam ordinasset, intra unius horæ spacium dum hi Deum deprecarentur, octoginta ex eis subito ad terram corruentes, spiritum exalarunt. Priscos iterum Sclauinos ad Istrum cędit ac prædat ingenti milites ditat. Caianus cum Agilulfo Longobardo pacem firmauit. 595



COnstantinopoli puer natꝰ, quadrupes: & alter duos uertices habẽs, quę prodigia portendũt aduersa locis, in quib. nascuntur. Thasilo à Childeberto ordinatus rex Beioariorũ, deuictis Sclauis, triumphum obtinuit.


SOl ab ortu usq; ad meri die diminutus est ad tertiam sui partẽ. Longobardi in Casinum montem irruentes diripuere omnia. Gallicanus in Italia, Romano patricio mortuo successit, ac pacem cum Longobardis fecit. 596



PRodigia multa atque horrẽda hoc tempore uisa sunt, quæ futuras Machumeti calamitates, q̃ hoc anno in Arabia natus est, portẽderũt. Nã uno eodẽq; anno, cometa horrendo aspectu Byzantij uisus est. Guntranus pręterea moritꝰ cui testamẽto successit Hildebertus fratris filius. 597

Maria

601 MAritius Romanorum rex cum paulo post obiret præcesserunt multa prodigia. Primum enim cometa maximus uisus est plurimis coruscans diebus. In Thracia eodē tempore mulier puerum genuit monstrosum prorsus, naturæq; ipsius piaculum. Oculis namq;, palpebris, & supercilijs caruit, neque reliqua





corporis constitutione formam & effigiē iustam habuit: quippe cui neq; manus, neq; brachia essent, & cui ad coxendices cauda piscis illis innata dependeret. Quod portentum ubi Mauritius imperator uidit, interfici id iussit, gladiumq; statim exosculatus est. Mater autem quæ monstrum ipsum protulerat, quandoquidem sua culpa ad inopinatum miraculum nihil contulisset, crimine absoluta est. Tum etiam ex imperialibus equis præstantissimus, & aureo ornatu spectatissimus, de repente concidens, ruptus est. In suburbanis autem imperantis ciuitatis uicis, alia quoque monstra nata sunt: puer uidelicet, quatuor pedes habens, & biceps alter, uterque uerò ferro concisus est. Decimonono imperij Mauricij anno, Mena præfecto Ægyptum gubernante, etiam in flumine Nilo portenta quædam extiterunt. Postquam namque præfectus in Delta (locus hic apud Ægyptios præclarus, ex literæ eius figura nomen adeptus) uenit, & in ipso diluculo ad amnis ripam iter fecit, subitò ex fluminis alueo uir quidam horrorem secum afferens, prodijt, uultu Giganti

simi-





similis, aspectu graui, capillo subflauo, & canis respersо, pectore ingenti, dorso & brachijs heroicum quiddã prę se ferens, atq; pu betenus quum subinde ex undis subsiliret, spectandum se prę bens, reliquo uerò corpore sub aqua latens, ueluti erubescceret, sic arcana naturæ occultauit. Eum ubi dux cõspexit, solenniter eum identidem adiurauit, si quidem dęmonium esset, ut è conspectu abiret, & in solitudinẽ se reciperet: sin creatrix aliqua uis id pro-





tulisset, ut ne prius spectandum se subduceret, quàm omnes ino pinato aspectu satiati essent. Itaque animans id (hominem enim dicere non ausim) diutius constitit adiuratione cõstrictum, seq;

omnibus conſpiciendum dedit. Tertio deinde die, ſub auroram, aliud etiã animãs ſub mulebri forma (nam id natura ſatis indicabat) ex undis emerſit. Nã uultus ipſius lenitas, comę proli xitas, nec nõ reliqua corporis cõſtitutio, & capilli partim cõplicati, partim ſoluti, formæq; ſplendor, fœminam eſſe denunciabant, ſed coma ei ſubnigra, facies candida, naſus mediocris, & digiti in manibus decentes erant. In ore tenera florebant labia, ubera leniter intumeſcebant, & papillæ à pubertate recenti paululum prominere cõſpicienti uidebantur. Reliquas mulieris partes flumen occultabat, arcana thalami cõiugalis myſteria, ſpectatoribus, perinde atq; eis qui ſacris ſecretioribus initiati nõ eſſent, ſubducẽs. Dux igitur ipſe & cohors eius uſque ad occaſum ſolis, ſpectaculo eo oculos pauere, quo tempore & animalia ea intimos amnis receſſus ſubiere, quum ſilentio ſeſe uidenda exhibuiſſent. Muta namq; taciturnitate, conſpectu ſui amatoribus prębuerũt. Ex omnibus uerò infauſtis hiſce indicijs imperator grauem rerum exitum coniectãdo colligebat. Et iam tum futuri caſus metu perturbatur, propterea quòd, qui diligẽter hiſtorias cõſcripſere, haudquaquam commoda rebuſpub. eiuſmodi prodigiorum oſtenta eſſe, memoriæ prodiderant. Non multũ interceſsit temporis, quum Priſcus & Commentiolus regionum Europę prefecti, ſoluta ea, quã arte quadam cum Chagano Abare pepigerant, pace, clam id ſubente principe, ratibus Iſtrum traiecerunt. Atq; ubi primùm in Viminaciũ (inſula ea eſt in Iſtro flumine ſita) [illegible] & deinde ſubitò cum barbaris & quibuſdam alijs cõgreſsi [illegible] unius menſis ſpacio plurimis prędijs ſupra triginta millia Abarũ, Gepidum, & Slauinorũ interemerũt, eorundemq; ultra quindecim millia ceperunt: & uictoria tali potiti, qualem uix unquam aliquis ab hoſtibus reportaſſe cognitus eſt, retroceſſerunt.

603 TAnta apparuerunt prodigia quanta nunquam antea, quibus futuræ calamitates protendebantur. Nam & cometes uiſus eſt perlucidus menſe Septembri ac Nouembri. Anno eodem igitur Mauritius imper. à Phoca occiſus eſt, ac deinde Bonifacius tertius pontifex magna contentione impetrauit, ut Roma caput eccleſiarum & diceretur & haberetur.

Dum


DVm Gregorius Agilulfus Longobardorũ rex cum Theodorico, Francorũ rege pacem iniisset, pestis grauissima Rauennam & eos qui circa oram maris erant uastauit, & sequenti anno totum agrũ Veronensium adeò attriuit, ut dimidia hominũ pars nõ relicta sit. Paulus Vuanefridus li. 4. cap. 15. Tũc signum sanguineũ in cœlo apparuit, quasi hasta sanguinea, & lux clarissima per totã noctẽ cũctis aparuit, & Theodopertũ Francorũ regem cũ Clothario patruele suo belligerantem grauiter afflixit. Sequenti anno Agilulfus dux qui Farualdo apud Spoletum successerat, moritur.




THeudeperto Francorũ rege apud Gallos imperãte, dum Franci cũ Saxonibus pugnãtes cruentã stragẽ edidissent: Apud Ticinũ in Basilica beati Petri apostoli, Petrus cãtor fulmine ictus est. Paulus Vuanefridus Lõgobardus li. 4. cap. 32. Mẽse Aprili & Maio, apparuit in cœlo stella, quã cometam uocamus, & eodem anno Seuer9 patriarcha Aquileiensis diẽ suũ obijt, eodẽ deinceps anno mense Nouembri & Decembri iterum cometa apparuit. & eodem tempore Candidiano defuncto, apud gradus, patriarcha Epiphanius creatus est, & sic illo tẽpore duo patriarchæ Romanis esse cœperunt. 604

LOtharius & Theodericus cum prælia inirent inter se & 30 hominũ milia cæderent, in eo prælio, angelus Domini euagi- 605

natū gladiū super populū tenēs uisus est. Moritius imp. cū interfectus esset, grassant per Romanorū prouincias Persę ac Hunni.



617



COmetes per mēsem apparuit. Tum Cosdras Persarū rex Hierosolymā diripuit. Polydo. Vergil. lib. 3. prodigiorū. Hoc anno etiā Persæ totā Palestinam deuastarunt. Zachariam patriarchā cum ornamentis ac populo abduxerūt. Sigebert9. Func citus aūt in annū Christi 615. retulit.

SIgebertus infans filiꝰ Dagoberti Francorū regis, 633 40. dierū, à sancto Amando baptizatus, tacentib. cunctis, Amē respōdit. Terręmotus uehemētissimus, in Palestina factus. signū in cœlo uisum gladij formā habens, quod 30. diebus uersus merī diē stetit, q̄ Sarracenorū potentiā significatā putāt. Inter Romanos ac Sarracenos bellū īplacabile ortū. Dagobertus rex Sclauos debellauit idololatras. Codouallo Britannorū rex auxilio Pendę Merciorū tyrāni, à Nortūbris defecit. Eduin9 in clade occubuit.

639 ANtiochia iterum circa horam noctis tertiā unà cum sonitu multo ingēs terrę cōcussio & ebullitio subitò coorta est, &

uniuer-

uniuersam urbem ex fundamentis ipsis conuulsit, & cum quæ in altum sublata fuerant ædificia deiecit, tum uerò quę firmamẽtis



suis profundius innitebantur ex inferioribus locis in sublime excutiẽs proiecit: ita ut structuræ omnes sanctissimę ecclesiæ præcipites pessũ ierint, & ipsum duntaxat hemisphærium loco suo ꝓmanserit: quod Euphræmius episcopus è Daphnes luci tignis, quũ sub Iustino terræmotus grassatus esset, construxẽrat. Alijs namq; terrę concussionibus in parte septentrionali labefactatum fuerat, eaq; de causa tigna, quæ id sustinebant, habuerat. Ea tum ingenti uehementiq; motu ita humi prostrata sunt, ut hemisphęrium haud aliter quàm regula quædã in suũ locum restitutũ sit. Quin & ædificia multa in regione urbis, quæ Ostracina dicitur, concussa corruere: atq; id etiam, quod nomini suo respondet ὀστράκινα, id est, psephion dictũ: item ea quę uernacula lingua Brysia nominata sunt, & insuper ędes quoq; Deigenitricis uicina, ubi media porticus sola mirificè est cõseruata. Labefactatæ etiam admodũ sunt omnes in planitie turres, mœnibusq; alijs, prętereaquã solis propugnaculis intactis atq; in eis ipsis propugnaculis, saxa quędã in diuersam partẽ conuersa, nõ conciderunt. Multę præterea aliæ sacræ ædes cladẽ eam senserunt: & utrunq; publicũ lauacrũ, ex pulcherrimo statu, ad eam quæ ex diametro est, deformitatẽ collapsum. Magna uero etiam multitudo ruinis oppressa est, adeò, ut nõnulli cõiecturam ex annona capientes, circiter 60000 hominũ ea calamitate interijsse putẽt. Gregorius ipse urbis episcopus, prętersꝑem omnẽ seruatus est. Nã tectũ & habitatio, ubi cõsederat, omnis paulo pòst cõcidit: neq; periculũ id quisq; euasit, prętereaquam ipse, & qui ei pręstò erãt, qui ipsum unà cum lectulo sublatũ, funẽ demiserunt, quum alius terræmotus, locum alium ruinis ad id pa-

tefeciſſet, per quē periculū imminēs effugerunt. Alia res ſalutaris urbi ei accidit, benigno & miſericordi Deo bonitate & lenitate ſua minas comprimente, miſerationiſq; & miſericordiæ uirga caſtigare hominū uitia ſtatuente. Nam nullū exortum eſt incendium, cum quidem multus ubiq; in urbe eſſet ignis, in focis ipſis ſcilicet, priuatiſq; & publicis lucernis, fornacibus, balneis, culinis, & officinis alijs, in quibus opifices artes ſuas exercent. Multi autem ex claris & inſignibus uiris eo terræmotu interiere, quorum unus etiam fuit Aſterius, concuſsionibus eiuſmodi & ruina exanimatus. Hoc anno Sarraceni occuparunt Syriam. Hyaidus Meſopotamiā Romanis ademit. Iudæi omnes, qui Chriſtū profiteri nollent, à Dagoberto Francorū rege ex Gallia pulſi ſunt.

648 PRocella ingens Cōſtantinopolim, & agros hortoſq; adiacentes, euulſis arboribus & herbis, uaſtauit. Sarraceni Africā inuaſere fugato Gregorio tyranno, eamq; ſub tributum egerunt. Rodulphus Toringiorum dux, tributa negans, à Sigiberto Auſtraſiæ rege uincitur tributumq; dare cogitur.

650 

IGnitus lapis quaſi maſſa candentis ferri ab occidente uolitās uenit, & draco ingens à multis uiſus eſt. Annis proximis Liutholphus dux, Othoni patri ſuo rebellat. Adelbertus comes occiditur. Hungari Noricam, Franciā, Italiamq; depopulantur.


653 ANno Conſtantis imper. undecimo, cinere pluit, unde metus magnus Conſtantinopolim inuaſit, ignis de cœlo cecidit, & peſtis ſtatim grauiſsima tribus æſtiuis menſibus graſſata eſt. Viſus eſt etiam reuera malus angelus ciuitatem circumiens, qui quoties uenabulo domos inhabitantium percuſsiſſet, tot eadem die homines leto tradebantur. Conſtantinus imperator miſſo Exarcho ad Italiam, Dei eccleſiam impugnat. Martinus papa cum imperatori

Conſtanti





Constanti resisteret, ab eo in exilium actus moritur & uacat sedes pontificia menses. 14.



ECclypsis solis facta est hora 10. quinto nonas Martij Indictione septima. Sæua lues & pestilentia Britãniã inuasit. Deus dedit archiepiscopꝰ obijt. Constans ob tyrannidẽ in pios sacerdotes, & fratris necẽ suis exosus, Romã petit. Constãtinus imperator, multos Longobardorũ cãpit. Beneuentũm obsidet, ibiq; Grimoaldus rex exercitum eius grauiter atterit. 662

ANno Constantini quinti imp. quarto, iris atq; ignis apparuit in cœlo mense Martio adeò horrendæ magnitudinis, ut mortales ultimum consummationis diem prẽstò esse clamitarent. Eius anni pestis magna hominum ac iumentorum clade Ticinum aflixit. Ac Sarraceni in Romanorum fines irruentes, omnia deuastarunt, atque Cizicum ceperunt. 673

674 ANno eiusdē quinto, in Italia tāta pluuię. & tonitrua fuerūt, ut homines & pecora solo fulgore interirent. Tāta prętera imbriū atq; pluuiarū fuit copia, ut homines neq; triturare, neq; in horreis frumēta recōdere potuerint. Quo factū est, ut ex ipsis pluuijs, denuo legumina renascerent, & ad maturitatem deuenirent.

676 A B Augusto per tres integros menses stella horrenda radijs cœlos penetrans, ab oriente solis, ad gallicantum usq; ad solis occasum apparebat, quem Epidimia labes in regionibus orientalibus subsequuta est.

COelum maximo spectantium terrore decē dies est uisum ardere, et mox eo triennio, crinita stella trib. mensib. apparuit,




ceciderunt q; cœlo imbres perpetui, & tonitrua horrēda, qualia nūquā hominū memoria fuerāt audita, creberq; casus fulminū, quib. expiādis sæpe Theodatus supplicationū indixit populo, & ipse solenni more pompā secutus est. Obijt diē Theodatus magno dolore ciuitatis, anno pōtificatus sui quarto, & in Vaticano situs est. Donus est inde sedem adeptus. Sarraceni Liciam, Ciliciamq; bello fatigant. Pestis magna Ticinum afflixit.


677 LOcustæ magnis agminibus per Syriam & Mesopotamiam uolitarūt. Proximo anno Balinicus architectus Romam uenit ex Heliopoli Syriæ, qui ignem marinum inuenit, quo deinde usi Romani, Sarracenorum naues combusserunt.

682 TEmporib. Constātini quarti principis, statim post uniuersale sextū Constātinopolitanū concilīū, per octauā inditionē, luna ecclypsim passa est, solisq; defectio eodem penè tēpore hora diei quasi decima, quinto nonas Maias. Moxq; subsequuta est grauissima pestis, quę trib. mensib. adeò grassata est, ut etiam parentes






rentes cum filijs, atq; fratres cum sororibus bini per feretra positi Romæ ad sepulchra ducerentur. Pari etiam modo Ticinum depopulata est: ita, ut cunctis ciuibus per iuga montium fugientibus, in foro & per plateas ciuitatis, herbæ & frutices nascerentur. Eodem præterea anno Muhamas Sarracenorum Ammiras moritur, post quem Girith filius eius administrationem accepit. Constantinus Heraclium & Tyberium fratres ab imperij cõsortio dimouit, ac cum Tyberio filio regnare cœpit.



ANno eiusdem Cõstãtini decimosexto, mons Vesuuius igneus in regno Neapolitano, olim bonitate uini celebratus, semper emittens fumũ & ignes, sicut Ætna in Sicilia iterũ exarsit. Ægyptiorũ maxima multitudo Aphricã ingressa, Carthaginẽ spoliatã prius penè diruit. Egfridus rex Nordanimbrorum à Pictis perimitur. Picti, & Scoti, & Britones Anglos uexant, ac libertate quam olim per Anglos perdiderant, recepta: multam Angliæ partem deuastant. 685

STella horrẽda circa Dominici natalis diem, circa Vergiliarũ orbẽ apparuit, quę totis dieb. et noctib. usq; ad Epiphaniã dura- 687




durauit. Benedictus secundus Romanorum pōtifex obijt. in cuius locum Ioannes eius nominis quintus suffectus est. Pipinus & Martinus Austrasiorū duces, ab Ebroino uincūtur, ac Martinus contra fidem occiditur. Pertharith Longobardorū rege mortuo, Chuniperth filius in regno successit. Edrich Anglorū rege mortuo, externi reges gentium, regnū Angliæ disperdunt atq; lacerant annis quatuor.

690 AQuæ diluuium fuit in finibus Venetiarum & Liguriæ, cęterisq; regionibus Italiæ, quale maximum post Nohæ tempora creditur non fuisse. Factæ sunt lacunæ possessionum seu uillarum, hominumqúe pariter & pecudum magnus interitus, de-



structa sunt itinera, dissipatæ uiæ, tantumq; Athesis fluuius excreuit, ut urbis Veronensis muri ex parte una subruti fuerint, fuit autem inundatio illa Calendis Nouembr. quin & tantæ coru-

coruscationes & tonitrua tunc fuerunt, quantæ uix æstiuo tempore fieri solent. Tyberis quoque Romæ in tantum excreuit, ut aquæ eius supra muros influerent, & maximas in ea regiones occuparent. Tũc per alueum eiusdem fluuij cum multa serpentium multitudine, draco etiã mirę magnitudinis per urbem transiens usq; ad mare descendit. Subsequuta est statim hãc inundationem grauissima pestis, quam inguinariam appellant, quæ tanta clade populum deuastauit, ut ex inexistimabili multitudine uix pauci remanerent.



ANno Iustiniani imp. nono, defectio solis facta est, hora diei 3. ita, ut q̃dam stellæ suo splendore in cœlo ab omnib. conspicerentur. Iustinianus imperator sanctam sextam synodũ infirmare conatur, & Sergium papam in hoc sibi resistentem, ecclesiam deturbare frustra nititur. 695

MAgnus fuit terræm. in Syria. Cõstãtinus 23. p̃apa moriť, cui in sede põtificia Gregor. secũdus, iuxta Platinam, Sigebertum ac alios successit: Sunt enim qui Blondum imitantes, Stephanum secundum substituant. Obijt & eodem anno Pipinus, qui filium suum ex Alpiade Carolum Tutidem siue Martellum cognomento, principatus sui hæredem reliquit. 714



Sara-

719 SArraceni Constantinopolim obsidentes frigore, fame, & peste affliguntur. Cæterum obsidione urbis soluta, Sarracenorum naues prodigiosa grandine submersæ sunt, ita, ut tãtummodo decem euaderent.

722 

ANno Leonis quinto in Cãpania Italię frumẽtũ combustũ, ordeũ & legumina quasi pluuia de cœlo ceciderunt. Et anno sequenti Carolus Saxones debellat. Rigobertus episcopus Remensis à Carolo ab episcopatu deponitur. quemadmodũ & Eucherius Aurelianensis episcopus, ꝙ contra Raginfredum iuuare noluisset.

729 DVo cometæ apparuerunt, atque ob id præcipue memorabiles, quod orientem solem unus præcedebat, alter occidentem sequebatur. Gregorius secundus eius nominis pontifex ma-





ximus, posteaquã annos decem & sex sedisset, diem suum obijt. Cui eiusdem nominis tertius, natione Syrus succesit, Cazari in

Sare

Sarracenos insurgunt, & magnam eorum stragem edunt. Ab Eudone Sarraceni ex Hispania euocantur.

IGnis in cœlo uisus. Luitprandus Longobardorum rex Romam obsidione cingit, quo timore Gregorius Pontifex Maximus Carolum Pipini patrem in auxilium uocauit. Sarraceni Galliam inuasere denuo, Auenionēq; proditione occupant. Martellus urbē ui expugnatā recipit, fugato Athino Sarracenorū rege. 735

TErræmotus ingens Constantinopoli septimo Calendas Nouemb. quo templa & monasteria corruêre, & durauit hic motus anno integro. Leo pontifex 14. Calend. Iulij moritur, cui Zacharias succesit. 740






COnstantino imperante, cinis de cœlo cecidit. Constantinus quarto nonas Nouemb. Constantinopolim ui capit, ac Artabasdum cū duobus filijs oculis priuat. Hunni septē itinerib. totidēq; exercitibus Scythiam ingressi, Pannoniam repetunt. 744

COmeta in Syria apparuit, quā pestis magna subsequuta est, quæ sensim omnes maris insulas, & totam Græciā inuasit. Mirabile quiddam notatuq; dignum, quod singulariter Fūctius refert, hac tempestate contigit. Hali Sarracenorum apud Damascum princeps, Petrū eius loci Archiepiscopum, eò quòd liberè Sarracenos atq; Manichæos erroris arguisset, lingua mutilatum in ulteriorem Arabiam, ad Eudæmonem exulatum misit. Hoc 745

Digitized by Google




Petrus quidam alius Sarracenorũ ſcriba audiens, magno ſe animo, ut martyrij coronã mereri poſſet, Sarracenis oppoſuit. Nam cũ eo ipſo tempore graui morbo detineret, primores Arabum ad ſe uocauit, quos ex more uenientes, cum et antea rationes tributorum ab eo recipere eſſent aſſueti, in hunc modum alloquutus eſt. Quãuis mihi ſatis conſtet infideles uos eſſe amicos, tamen pro eo quòd ęgrotãtem me uiſitare dedignati nõ eſtis, cumulatã uobis à Deo mercedem reddi ex animo deſidero petoq́. Atq; uos mei quod nunc condo teſtamenti teſtes eſſe uolo, rogoq́ uehementer, ut auribus hoc præceptum intimis uiſceribus quotidie ruminandũ recondatis. Id uerò tale eſt. Omnis qui non credit in patrem & filium, & ſpiritum ſanctum, conſubſtantialem & diuinam in monade trinitatẽ, mortuus eſt anima & ęterno dignus ſupplicio. Talẽ uerò Mahomet eſſe pſeudoprophetam ueſtrũ cõfiteor, quem & Antichriſti eſſe præcurſorem nihil addubito. Diſcedite ergo diſcedite, cœlũ uobis teſtor terrãq́, ab eius nefandiſsimis nugis & fabulationibus. Hoc enim uobis conſulo, ne ſimul cum illo in perpetuum crucie mini. Hæc dicentem Arabes ſtupore aut ueſania magis, ex rei noũitate perculſi, delirare hominẽ, atq; ex languore rationis uſum amiſiſſe rati, parui tum fecerunt. Ac cum haud ita longe poſt ad priſtinum ualetudinis ſtatũ rediſſet, maiori quàm ante hac unquã uoce clamauit. Anathema eſſe Mahemut, & fabuloſum ſcriptum eius, cunctosq́ ei tam obedientes quàm credentes, æterna ſub maledictione perituros. Cumq́ hoc ſæpius atque in publico proclamaſſet, à Sarracenis furore agitatis, ui abreptus, capiteq́ truncatus, martyr ut optauerat, Chriſti effectus eſt.

Anno

ANno Constantini imperatoris quinto, in Calabria, Sicilia, & alijs quibusdam locis in uestibus hominum, & in uelis ecclesiarũ apparuerũt cruciculæ, quasi oleo designatæ: Et eo anno secuta est horrenda pestis, quę in Sicilia incepit ac deinde sensim omnes maris insulas ac totã Græciam inuasit. Et Cachis Longobardorum rex, dum rupto fœdere Romam uexare nititur, à Zacharia pontifice, non solum reprimitur, sed eius instinctu cum uxore & filijs Romam ueniens, monachus efficitur. 746



TErræmotus Palestinam maxime afflixit, præcipue sanctam ciuitatẽ, pestis Constantinopolitanam urbem uastauit. Sarraceni Cyprum classe inuadũt. In Francia Pipinus fratrem suum Griphonem sibi machinas struentem persequitur. 747



ANno Constantini imp. undecimo, terræmotus terribilis factus est, quo urbes, aliæ quidem penitus corruerunt, alię ali- 752

Digitized by Google

qua ex parte ſubuerſæ ſunt, aliæ à montanis ad ſubiecta campeſtria cum muris & habitatoribus ſuis integrę & ſaluę plusquam ſex milliaria tranſmigrauerunt. In Meſopotamia etiã terra diruptą eſt, uſq; ad duo milliaria, atq; alia terra nimis alba & arenoſa de profundo aſcendit. Et ex ea animal Mulinum aſcendit incõtaminatum humana uoce loquens: & incurſionem gentis ab heremo aduerſus Arabes pronuncians.

752 IN Francia nocturno tempore uiſum eſt, magnum ſignũ in cœlo, globus ſcilicet igneus, à parte Auſtrali declinans à Gallię finibus, in partes Longobardorum. Theodoſiopolis & Mitilenæ à Conſtantino receptæ. Pipinus à Stephano pontifice contra Aiſtulphum in auxilium aſcitus, in Italia Longobardos uicit, eorumq; regem Papiæ obſedit Muruha.


757 TErræmotus in Paleſtina & Syria. Altero ab hinc anno, nimirum decimo octauo, Conſtantini accidit, ut Magi quidam ex Maurophoris Perſis in tantam delaberentur dementiam, ut ſibi ipſis atque aliis ſtultè credulis perſuaderent, ſi uenundata ſubſtantia omni (in quem uſum pecuniã collegerint pauperibus, ne data ſit, nec ne incertum eſt) nudos ſe de muris ciuitatis deiicerent, tum ſine mora eos ad cœlum ſurſum uolaturos eſſe, perierunt hac inſania permulti, ac tandẽ ſedecim ex maiorum principibus per Sarracenorum principem interfectis, dementiæ finis impoſitus eſt. Stephano 2. pontifice mortuo, Paulus primus in ſede Romana ſucceſſit. Pipinus fortiter Saxonum munitiones irrumpit, & poſt multam ſtragem, eos ſibi tributarios fecit. Facta eſt hoc anno regni Nortũbrici inclinatio. Oſoulcus eius rex mox domeſtica factione oppreſſus interiit.



Aſtul-

ASTulphus Longobardorum rex, qui Romanos sibi tributarios facere conabat, fulgure tactus interijt, posteaquã regnasset annos 32. 758





ECclypsis solis facta est 18. Calend. Septemb. hora 9. & anno proximo pridie nonas Iunias hora 6. mox Pipinus rex Francorum Parisijs moritur & Paulus quoque Pont. Max. Constantinus à Bulgaribus victus nobiles multos cum exercitib. amisit. Arabes Armeniam inuadunt. 760



COmeta in oriente decem diebus effulsit: alius in occidente diebus 21. Chilpingus Auernensis et Amingus Pictauiensis comites congressi militibus Pipini cum multis perimuntur. 761

COnstantini imp. anno 22. gelu magnũ ortũ à Calend. Octobris, usque ad Februarium. Vinde pelagus Ponti usque ad centum milliaria, præ glaciei rigore, fuit in duritiem lapidis uersum. 763

sum: habens 30. cubitos à superficie in profundum. Nix quoq; per 20 cubitos illud cooperuit, ita ut inde mare confirmaretur, ac pedibus calcaretur. Intra mensem uerò Februarium gelu concissum est in diuersas species, instar montium. Hoc ipso anno etiam stellæ uisæ sunt de cœlo cecidisse, unde homines miraculo territi finem mundi imminere putauerunt. Cometa Docetes in oriente apparuit. Bulgares occisis principibus suis, Zelectin ducem faciunt, qui gra ui bello à Constantino uictus, à suis occiditur, ac Paganus ei sufficitur.


765 

ITerum stellę de cœlo cadere uisæ. Secuta est siccitas magna. Cõstantinus Bulgares classe inuadens, naufragium passus est, in quo multa hominum millia amisit. Turci iterum egressi cũ Arabibus bellauerunt.


776 

ANno Constantini 35. Saxõib. Heresburch castrum obsidentibus, gloria Dei super ecclesiam apparuit omnibus, duobus scilicet scutis, sanguineo colore flãmantibus, quosdam motus ut in bello per aera, dãtibus. Et statim Carolus rex in Saxoniam ueniens, munitiones irrupit. Victoria de Longobardis adepta, totaque Italia subiugata est. Papa ei ius eligendi pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem, & dignitatem

tatem Patriarchatus concessit. Eodē anno Constantinus contra Bulgares mouens exercitum, miserabili morte ac eiulatu interijt.




EOdem tempore dum in Hispania à Gallis tristi euentu est bellatū, pridie Calen. Febr. dececimaseptima luna, sol circa meridiē defecit, quū triduo ante luna idem passa esset. Acies eadem nocte apparuere, uisa est & Mercurij stella 16. Calend. April. in medio sole uelut macula quędam nigra. Subegerat Carolꝰ Magnus Francorū rex oraculo, ut ille ait, monitus, multō maximā Hispanię partē, quo bello Pāpilonia est capta, Osca, Lucema, & alię urbes opib. insignes, magis diuina quàm humana ope, ut Turpinus significare uidet. Mox Sarracenis ex Aphrica Aigolandi ductu, eam sibi terrā uindicantibus, iterum à Carolo prouincia repetita est, ad Baionamq; Vasconię urbem, aliquoties est ex prouocatione, ac per partes dimicatū uariōq; euentu: postremo, totis utrinq; uiribus in aciē descensum, cæsaq; prælio quadraginta hominum millia Christiani nominis, & in his Milonem Anglerium Rolandi patrem. 778



PLuit sanguine, qui etiā è terra fluxisse tradit. Aliaquoq; multa prodigia narrata sunt. Hac tempestate Constantinopoli, uel ut alij scribunt, in lōgis Thraciæ muris quidam homō fodiens, inuenit arcam lapideam, quā cum expurgasset & reuelasset, reperit uirū iacentem, & conglutinatas arcæ literas, continentes hęc: CHRISTVS NASCETVR EX 782

VIRGINE MARIA, ET CREDO IN EVM, SVB CONSTANTINO ET EIRENE IMPERATORIBVS: O SOL ITERVM ME VIDEBIS. Eodem autem anno quo hęc inuenta sunt Eirene cum filio Constantino ad annos decẽ regnare cœpit. Saxones rebellauere, à Carolo magno Francorũ rege uicti, qui seditiosos usq; ad quatuor millia quingentos ei tradiderunt obsidesq; tribuerunt.

784 ECclypsis solis facta est 15. Calend. Octob. horâ 2. & cruces in uestibus apparuerunt. Carolus Magnus per Alemanniã ad



fines Baioariæ rebellantes cum maximo exercitu persequitur. Carolus uenit in Franciam cui & Baioaria subiecta est.

787 INagrum Fusingensium aëre sereno & tranquillo, diuersi generis ligna de cœlo ruisse, literis proditum est. Moses Ammiras moritur, post quẽ Aron frater eius Sarracenis imperat. Carolus Franciæ rex Romam ueniens, contra Heregisium Beneuenti ducem, bellum suscipit. Bellum inter Francos ac Auares ortum.

791 TYberis maxima Romę & insolita facta est inundatio, in qua fluuialis aqua in torrẽtis speciẽ, p Flãminiã portã (quæ nũc Populi dicit) cũ magna hominũ & rerum strage, latè longeq; expatiata est, magna pars urbis enauigata cymbis fluuialibus, q̃bus põtificis iussu cibaria subministrata sunt pauperib. nequeũtibus in apertũ exire, omniq; alioqui ministerio carẽtibus. Tecta urbis & armenta, in pręceps acta. Obfuit Cataclysmus ille non tantũ in


Digitized by Google


præsens, sed causa etiam fuit, ut sequenti anno sit Romę frumenti



inopia laboratũ. Cõsolat9 est ciuitatẽ eiusmodi clade Hadrianus pontifex, multa multis dedit, ut calamitas illa minus sentiretur, muros & turres urbis aquarum ui dirutas refecit. Hoc anno etiã terrę motus in Februario Cõstantinopolim quatit. Et Eirene filium imperio priuat, & sola regnat. Bellũ Hunnicũ inchoatum est quod octo ferè annis durauit. Arabes Cyprum inuadunt.

EO anno quo Hyrene imperatrix ereptο sibi imperio, fœmineo dolore abusa, Cõstantinũ filiũ suũ oculis ac imperio priuauit. atq; Carolus rex Saxones graui prælio uicit: Sol obtenebra 797





tus est per dies 17. Terræmotus in Creta & Sicilia. Itẽ alius Cõstãtinopoli ualde horribilis. Mox Cõstantin9 meritũ ac in Hispania Barcinona Sarracenis reddita, à Caroli militibus obsessa est.

DVm Spoleti uersatur Carolus magnus imperator, pri- 800

die

die Calend. Maij, hora noctis ſecunda terra grauiter tremuit, tectum diui Petri Romæ corruit, in Italia, Germania, Gallia, circa Rhenũ urbes pleraq; & uillæ afflictæ ſunt. Ob Hiberni temporis clementiam ſubſequuta eſt peſtilentia. Circa hæc tempora imperiũ ab oriente in occidentẽ translatũ. Gerardus dux Bauariæ in Pannonia Auarib. cõgreſſus, primit. Baleares inſulę Frãcorũ auxilio à Sarraceis defenduũt.



800 ANno Hyerenę impératricis tertio in mẽſe Iulio contra naturam aſpera, & gelu concreta bis fuit pruina, ſed nihil fructibus nocuit: & eodẽ anno qui ab Imperatore Conſtantinopolitano deſciuerant, tunc in gratiam redierunt: & Pipinus rex Italiæ ordinatus eſt.


802 ANno 2. Caroli magni imperatoris, apud Spoletum pridie Calend. Maij, hora noctis ſecunda terræmotus maximus factus eſt, qui totam concuſsit Italiam, quo motu tectum Baſilicæ beati Pauli Apoſtoli, magna ex parte cum ſuis trabibus deci-



dit. Et

dit. Et in quibusdã locis, urbes & montes corruerũt. Eodem anno quædã etiam loca in Germania circa Rhenũ, & in Gallia contremuerunt. & statim ingens pestis, per idas regiones secuta est. Carolus Saxones trans Albim in Franciam transtulit, ex quibus Brabantini & Flammingi prognati sunt.








ANno 3. Caroli magni imperatoris, luna ter obscurata est, & sol semel, aciesq; mirę magnitudinis, in aëre uisæ sunt. Nicephorus fraude imperium occidẽtale occupat, pulsa in monasteriũ Eirene. Abotriti Saxonũ terrã trãs Albim à Carolo habitãdã accipiũt. In Italia ciuitates Ostona & Luceria cõtra Carolũ sentiẽtes, in deditionem acceptę. 803


ECclypsis solis facta est 3. Idus Febr. hora 6. Orta est magna inter Godafridũ Normanorũ regẽ & Carolũ Magnũ simultas. Egino episcopus Cõstãciensis mortuus est. Saxones ꝓpetuo rebellantes, perpetuo hoc tẽpore uicti ac Romanam religionem accipere 805



accipere coacti sunt. Carolus imperatoris Caroli filius, Bethemanos sibi rebellantes, deuicit, Lethone eorum duce perempto.


808 ANno Caroli imperatoris octauo, pridie Calē das Februarij, luna 17. facta est ecclypsis solis, in medio die, utroque sydere in 25. parte Aquarij. Item 4. Cal. fuit ecclypsis lunæ, & apparuerunt acies in eadem nocte miræ magnitudinis, & sol stetit in 12. parte piscium, & luna in 11. parte uirginis. Nam & stella Mercurij 16. Calend. April. uisa est in sole quasi parua macula nigra tamen, paululum superius medio centro eiusdem syderis. Sed quoniam primum intrauit, uel exijt nubibus impedientibus, annotari non potuit. Item 11. Calend. Septemb. lunæ fuit ecclypsis hora noctis 3. sole in 5. parte uirginis existente: & luna in 5. parte piscium. Sicq; ab anni superioris Septembri, usque ad Septembrem sequentis





anni


Digitized by Google



anni luna ter obscurata est, & sol semel. Nicephor9 imperator oriẽtis rapta Theophania ac à marito diuulsa, eam Stauratio filio iungit, in cuius nuptijs ipse sceleratus duas honestas uirgines corrupit. In Britannia Eardulphus rex Nordanimbrorum, patria ac regno pellitur. Gothricus Danus, Abrotritos domuit.

ECclypsis solis facta est 7. Idus Iunias hora 2. Item eodẽ anno ecclypsis solis pridie Calẽd. Decemb. hora 3. Pipinus Caroli Magni filius obijt. Carolus rex Caroli filius obijt, & Hatto episcopus ab imperatore Constantinopolim mittitur. Bulgares ad Strimonium fluuium Romanos uincunt, Sardicam capiunt. Nicephorus imperator à Bulgaribus uictus interijt. 810






LOcustę gregatim ex Africa uolãtes Italiã infestarũt. Hemin9 rex Danorũ moritur, post quẽ duo iter se de regno cõtendẽtes, bello collidũt, in q̃ ad undecim millia Danorũ interfecta sunt. 811

ECclypsis solis in duodecima parte Tauri quarto Maij die facta. Ma- 813

Digitized by Google



cta. Mahāmad Ammiras fratri ſuo Habdale cōgredi tur, à quo ſuperatus eū ſibi coregnare inuitus patitur, & hoc bello regnū Sarracenorū per aliquot annos diſcinditur. Michael imperator à Bulgaribus uictus imperio ſe abdicat, ac monaſticāuitā ſibi eligit. Leo aūt ad imperium in eius locum aſcitus eſt, qui in oriēte regnauit annis octo.

814 CArolo Magno inuictiſsimo Romanorū imperatori, immi-nente mortis articulo, ſol obſcuratus eſt, ac luna pallorē rece pit, factus terræmotus maximus, paulo autē ante mortem uiſus eſt cometa horrendus, ac alia dira prodigia multa conſpecta atq; audita ſunt in terris. Eodem pręterea anno bellum cruentum inter filios Gotrici regis Daniæ ortum eſt. Et pons Rheni apud Moguntiam quem imperator per decem integros annos mirifico opere ex ligno conſtruxerat, fortuitò igni tribus horis abſumptus eſt.






Hoc






HOc anno iuges pluuiæ corrupuere fruges, prohibuereq; eas 820
matureſcere, ipſæ in aruis cõputriuere. Illuuies aquarũ in au
tumno ſementẽ fieri inhibuit, atrox peſtilentia hominũ, boumq;
ſubſequitur. Cloamir rex Abroditarum & Lupus rex Vaſconũ
damnati capitis, ab imperatore Ludouico in exiliũ miſsi ſunt: &
in diuerſis regionibus dira fame maxime laboratum.



HIc annus, pdigñs por- 822
tentisque nobilitatus
eſt. apud Turingos ceſpes
ſeſquipedalis, ſubitò in aë-
ra ſublatus, ab eo loco ſpa-
cio pedum quinq; & uiginti
integer reperitur. In confi-
nio Saxoniæ & Miſnię ter-
ra intumuit in modum ag-
geris, ſurrexitq́ue iuxta la-
cum Aonſeum, quaſi ual-
lum tribus millibus paſſuũ
in longitudinem. Hyems ſo
lito longior fuit. Altiſsima Galliæ & Germaniæ flumina Danu-
bius, Rhenus, Albis, Sequana gelu conſtitere acutiſsimo, per gla-

ciem quaſi in continenti trecentis amplius diebus, plauſtra ultro citroque, & uehicula comearūt. Lotharius a patre rex in Ita'iam mittitur ad res componendas.

823 INſolita prodigia terruere mentes mortalium. Apud aquas Graneas Palatinæ ædes contremuerunt. In Friſazio pago Saxoniæ, tres & uiginti uici fulmine afflati conflagrarunt. Fulgura tranquillo aëre ſerenoque delapſa, præter ſolitum, domus de cœlo tactæ, homines ac pecora extincta ſunt. Lapidibus grandinauit, circa ſolſtitium æſtuale in Burgundia cruſta glacici longitudine pedum quindecim, latitudine ſeptem, altitudine binum de cœlo ruit ſequuta eſt dira lues.







TVllienſi in territorio, uilla Cōmerciaco puella duodenis poſt ſacram communionem in paſcha à ſacerdote ſuſceptam, priūmum per decem menſes pane, deinde omni cibo & potu per triennium abſtinuit, & poſt ad communem ho-

nem hominum uitam rediit. Lotharius à Paschali pōtifice Augustus coronatur. Francofordiæ comitia celebrantur quibus Ludouicus Francorum, Milegast & Celeadrogus Vuilzorum reges etiam interfuere.



PAscalis Romanæ eccle siæ pontifex 96. cum sederet, terræmotus ultimo eius anno magnus factus est, multæ uillæ & domus cœlesti igne crematæ, homines & animalia ictu fulminum exanimata, fruges grandine uastate, cum ipsa quoque grandine ueri lapides immensi ponderis, ceciderunt: & hæc prodigia maxima hominum pestis subsequuta est. 823






POpielus Poloniæ rex uita & moribus infamis, cum sæpenū mero optaret in uita, ut à murib. deuoraretur, demum illum conuiuia celebrantē, mero madentē, sertis coronatū, unguentis deliburum; crapula & luxu resolutum; inuaserunt mures: de cā-

Digitized by Google






dauerib. patruorũ, quos ipſe & uxor eius regina uenẽno interfecerãt. Ingẽti enim magnitudine egreſſi mures, in cõuiuantẽ tyrannũ & cõſortẽ eius, & filios, rabidis morſib⁹ inſiluere, militũ caterua nequaq; abigẽte, qitoniã humano ſuffragio fatigato, mures infatigati pſeue rabãt die noctuq;. Extruũt ardẽtes foci & in medio eorũ locant Popielus, cõiunx & filij: illuc aũt & mures p flammas tranſeũtes parrici dã rodere nõ ceſsabant. Ad aliud tandẽ elementũ uentũ eſt. In nauib. abducit occiſor patruorũ Popielus cũ ſuis in ſtagni altitudinẽ, mures tamẽ inceſſanter ſecuti abductos & naues rodebãt, in tantũ, ut aqua perforatis rimis ingreſſa ſubmerſionẽ minaretur, ideò nautę timentes præfocationẽ ab aquis, deduxerunt nauẽ in littus, unde alia caterua murium occurrens iuncta prioribus acrius infeſtabat. His uiſis defenſores diuinam ultionem cognoſcentes, omnes fugerunt. Popielus autem protectoribus nudatus recepit ſe in turrim altiorem in Cruſuicza, ubi mures rapido curſu aſcendentes conſumpſerunt, & uorauerunt duos filios, uxorem & facinoroſum Popielũ. Ecce non eſt poteſtas, aut cõſilium contra Dominũ, minuta animalia, & imbelles mures Popielum miſerabiliter cõſumpſerunt, quemadmodum pediculi, uermes, minu-

minutiores muribus Arnolphum imperatorẽ, pulpa, carnibus, & uiscerib. exesis, medicis nec quicquã proficiẽtib. ad internitionem usq; perduxerunt, solis cartilaginibus & ossibus relictis.



IN Gallia ante solstitiũ æstiuale acre in tẽpestatem repẽte cõuerso, ingẽs fragmẽtũ glaciei cũ grãdine cecidit, cuius lõgitudo pedes qndecim, latitudo sex, grossitudo duos pedes habebat. Haraldus lũtiæ rex, dũ Regnerus bello externo occupat, Regnerus Haraldũ regno pellit, q ad Ludouicũ imp. fugiens, cũ suis baptizatus est. 824

IN Galliã miræ magnitudinis decidẽs grãdo, pecora multa & nõnullos homines interemit. Anno sequẽti Eugenius secũdus eius nominis Pont. Max. obijt, qui cũ dieb. 40. ecclesiæ Rom. præfuisset tantũ, ipse q̃q; moritur, in cuius locũ sufficit Greg. quartus. 825






IN Vasconia annona de cœlo pluit, frumento similis, sed grana breuiora habuit. Alibi immensi acerui frumentorũm, & omnis generis granorum reperti in campis, quæ si pecus gusta- 828


Digitized by Google

rat, è uestigio peribat, farina inde facta, sub manibus euanescebat. Noctibus auditæ sunt uoces mugientium & lasciuientium, confusi strepitus, circum superiorem fossam. Accedebant continui imbres, in loco alioqui palustri. Ideo quicquid terræ interdiu egerebat, nocte humo relabente subsidebat. Italicus Ludouici imperatoris exercitus classe in Aphricam transuectus: conserto prælio, magnam Afrorum multitudinem extinxit.

829 TErræmotus Aquisgranū concussit. Quo anno quidā cōspiratione filiorū imperatoris & optimatū cōtra patrē ortā tradūt. Sarrac. Aphrica in Italiā trāsciētes Vaticanū Romę diripiūt.

833 ANno Ludouici imp. 19. sol & luna per ecclypsin deficiunt, & eodē anno Ludouicus imp. à suis desertus ac proditus, atq; in potestatem filiorum redactus est. Vnde episcoporū indicio arma deposuit, & ad agendam pœnitentiā monasterio inclusus est. Sed anno sequenti relaxatus, arma et imperiū accipiens, filium Lotharium in Italiam redire coëgit.





837 IN Turingis Galliæ, arbor pedum quadragenum altitudine, crassitudine bis septenum, sua sponte in diuersum locū trāsijt. In Saxonia aliquot millib. passuum terra in speciem aggeris intumuit, terra horrendè mota est, quo tremore uillæ & aggrestia ædificia cœlesti igne deflagrarunt. Lapides grandine mixti, è cœlo lapsi creduntur Ad postremum annū, qui hanc Italicā cladem præcesit, in Gallia ante solstitium æstiuum, portentosa grando repentè






repentè è cœlo deiecta est, in qua frustum glacie concretũ, duodenum longitudine pedum est repertum, latitudine senum, binum altitudine. Sed hæc rerum portenta, non tam Mauranam cladem portendisse arbitrati sunt quidam, quàm impium Lotharij facinus, qui Lodouicum patrem fraude captũ hostiliter uinxit, nec aliã sceleri prætexit causàm, quàm quod Carolus, cui postea Caluo fuit cognomen, sibi ab eo in honore præferretur.

LVdouico imperatore regnãte cometes in signo Libræ apparuit. Normãni Vualachiã insulam uastãt & tributũ exigũt. 838





ANno Ludouici imp. 25. cometes in signo arietis apparuit. 839

& per


& per aliquot dies plurimi instar stellarum igniculi per cœlum discurrere uisi sunt. Et eodem anno Ludouicus imp. Lothario filio sub fide ad se uenienti reconciliatus est, qui dignitatem imperij, & regni coronam à parente accepit.

840




Eclypsis solis facta est quarto nonas Maias hora 9. & eodem anno Ludouicus imperator obijt. Vndecimo Calend. Iunij bellum inter fratres de participatione regni exarsit. Drusco Pictorũ rex à Kenedo uictus, captus, atq; occisus est, Pictorũq; regnum ad Scotas translatum.

841




APud Vurtzburgum caput antiquæ Franciæ uicies terra tremuit, grãdine, turbine, insolita cœli intemperie, homines, pecudes, agri afflicti sunt. Templum diui Kiliani nonis Iunij defunctæ lucis salutationibus horam nonã nunciantibus atq; perstrepentibus sacerdotibus, subito fulmine afflatũ est, ignisq; laquearia lambens, & sensim inualescens, fenestram plerisque euadendi aperuit, sacerdotes tamen quidam ueste illæsa extincti sunt. Cæterum ædes, uix seruatis ablatisq; sacris, igni concremata est. Muros deinde sexto Idus eiusdem mensis uentus euertit, & solo æquauit. Lotharius Ludouici filius, cum in Romanorum imperatorem ascitus esset, à fratribus ad imperium etiam aspirantibus, debellatus est.


Anno



ANno Lotharij imp. secundo, cometes in signo aquarij apparuit, et eodem anno tribus fratribus de perditiõe regni dissentientibus, conserit pugna in pago Antisiodorensi apud uillam Fõtanedũ, ubi tanta cædes utrinq; facta est, ut nulla ætas meminerit tantã stragem hominum fuisse factam in gente Frãcorum, ita enim eorum uires tum temporis attenuatæ sunt, ut suos terminos, ab extraneis tueri coacti sint. 842

FErunt hoc tempore in ciuitate Paderburnensi uisos circulos ad solem duos, quorum interior ecclesiæ magnitudinem, ex- 851





terior urbis complexus fuerit latitudinem. Vix dum euanuerãt, exortum est incendium, & urbs penè tota cum ecclesia miserabiliter conflagrauit, uersaq; est dies meridiana in noctem Normãni Flãdriã uastarũt, et multa alia loca. Fames tã ualida Germaniam attriuit, ut parentes proprios filios ad sedandũ stomachum deuorauerunt.

Cir-

854




855

CIrca finẽ imperij Lotharij Cæsaris, qui fuit Saxoniæ dux, quædam mulier edidit partum monstrosum, specie uidelicet hominis ac canis integerrime corporib. coniũctis, dorso cõnexis ac dorsis spina solidissimè conglutinatis. Mox secuta est mors imperatoris.

ANno Lotharij imp. 15. terræmotus ingens factus. Aëris insolita facta commotio. Turbines, grãdines, tempestates, fulmina multa in diuersis regionibus magno omnium incommodo, cœlitus immissa sunt: Quidam etiam homines igne cœlesti consumpti, uestibus tamen illęsis. Et hoc anno imperator partito inter filios regno mũdo renunciauit, ac monachus factus est. Ludouicus autem filius eius olim à Sergio papa in regem unctus imperare cœpit.





APud Treuiros in ædesacra & sella episcopiater canis uisus, subito nusquam comparuit. Mogunciaci Calendis Ianuarij fuit

rij fuit magnus terræmotus qui S. Vrbani templum ac urbis muros diuersis in locis prostrauit.

ANno Ludouici Rom. imperatoris secundo, Coloniæ 17. Calend. Octobris, orta tempestate populo in Basilicam S. Petri confugiente, subitò fulmen instar ignei Draconis Basilicã scidit, ac penetrauit, ac tres homines diuisis quidẽ locis, sed uno ictu consumpsit. Et alios etiã sex eodem impetu semiuiuos reliquit. 857




HOc anno Dæmoniũ Moguntiacã ciuitatẽ per triennium misere afflixit: desertor ac pfuga spiritus multa miracula edidit, circulatorias præstigias lusit, incolas infestauit. Primo umbra ferialis, à nemine quidem conspecta, lapides in homines iactare, pulsare fores cœpit. Mox sub humana specie pestilens ac nequissimus ille genius delitescens, responsa reddidit, furta prodidit, criminatus quoscũque nota infamæ aspersit, discordias, simultates excitauit. Paulatim horrea, ædes omnes succẽdit atq; exussit, sed uni molestior accidit, perpetuo eius lateri quocũq; diuerteret hærẽs, atq; domum cõburens. Et ut uicinia uniuersam in necẽ innocentis conçitaret, ob scelera illius hunc locum infamem ac deuotum esse prauus mendaciorum faber iactabat. Coactus est homo sub 858



dio manere, ab omnib. enim quasi lemuribus nocturnis sacer tecto arcebatur. Atq; ut ille confinib. satisfaceret, candens ferrū manibus portauit, ac cū non uiolaretur insontē se comprobauit, nihilominus tamen in agris frumenta eius in aceruos compositos, idem lar contaminatus ac perditus cōbusit, & cū odiosus indies magis atq; magis esse pergeret, coacti pagani rem ad pontificem Moguntinū deferūt. Sacerdotes missi, agros, uillas, sacris ac cōprecationibus solennibus, lustrali aqua, saleq; lustrico expiant atque conlustrant. Praua ac cōturbata mens primo quidem retinebatur, ac lapidibus quosdam uulnerauit, uerū diuinis carminib. incantatus, efficacibusq; supplicamentis adiuratus tandem cōticuit, nec usquàm gentium apparuit, ubi discesserunt Mystæ; spiritus alter atq; pestilens rursus adest interim dum illi inquit, caluastri sa rificuli, nescio quid immurmurarent, sub lineo amiculo sacerdotis (nominatim hunc notabat) qui meo suasu filiam hospitis sui, superiore nocte compressit, delitui, atq; hisce relatis ingenti edito eiulatu, umbra ferialis ex illis migrauit sedibus, loca rite lustrata reliquit, tenuesq; euanuit in auras. Eo anno Franci Ludouicum Germaniæ regem ob crudelitatem Caroli, in Gallias euocant, qui uictus à Carolo cum magna ignominia ad sua recessit.

864 HYems præter solitū lōga acutaq; fuit. Niue sanguinea pluit. Sinus Adriatici maris, ubi Venetiæ conditæ sunt congelauit, à cōtinenti in urbē uehiculis, eqs, plaustris onustis mercibus, ultro citroq; comeauit mercator. Hoc anno Lotharius in adulterium lapsus à pontifice misere torquetur.




868 TErremotus ingens factus est, et uisus cometa. Lotharius rex frater Ludouici imp. obijt & Carolus Galliarū rex regnum eius inuasit. Michaël imp. Grecorū mēte captus amicos occidit.

Hac





HAc tẽpestate grãdines, fulgetra, crebriores solitò territarunt 870
mortales: fruges, homines, pecudes afflixerunt. templum di
ui Petri Vangionum de cœlo tactum conflagrauit. Parietes solo
æquati sunt. Tertio nonas Decemb. horà prima terra intremuit.
Mogunciacũ euersum est. Lotharius Francorũ rex Romã ad Ha
drianũ pontificem dum properat, ut se recõciliaret ei, ad sacram






communionem cum suis post cõfessionem fucatã admissus est.
Verum eodem anno omnes qui Eucharistiam cum eo temerè ac
fallaci animo acceperunt, miserè perierunt, ac ipse etiã Lotharius
in redeundo Placentiæ defunctus est.

Digitized by Google

871 

NVbes in aëre quarto Idus Augusti uelut exercitus uibratis inuicem igneis spiculis cõcurrerũt. LOcustæ per Galliã fere uniuersam segetes, et arbusta depascentes, eos populos in miserã famem deduxerunt. Ab exercitu Ludouici Germanici uario euentu contra Sclauos bella geruntur.

874 ANno Ludouici imperatoris decimonono, in Italia Brixiæ tribus diebus & tribus noctibus sanguis de cœlo pluisse dicitur. Locustæ iterum Galliam depopulantur innumerabiles cæ





teris locustis maiores, scuta alarum tegmina, sex pedes, duos dentes lapide duriores habentes, ut castrorum acies turmatim uolantes, duces cum paucis itinere unius diei præmittentes ad Meter, da loca uenturæ multitudini, circa horam nonam ad locum prævisum uenientes, ibiq; solis ortum expectantes, per spacium unius diei aërem uelabant ipsum solis radium obnebulantes, omnia uiridia in herbis & arboribus uastabant, spacium diurni itineris

neris, 4. aut 5. milliaribus extendentes: Hoc miserabili spectaculo usq; ad mare Britannicum peruenientes, tandem flatu uentorū in profundum maris demersæ sunt, sed æstu Oceani ad littus reiectæ putredine sua, aëre corrupto multos perire fecerūt. Secuta fames ualida multos consumpsit inedia, ut penè tertia pars hominum consumpta sit in Gallia. Anno sequenti hyems solitò asperior fuit, & prolixior. nix & gelu à Calend. Nouembris usque ad uernale æquinoctium.


SIc in Germania prima hoc anno æstate grandiores solitò locustæ pollicem uiri implentes, ab oriente externa pabula quæsituræ, occiduum solem uersus tanto stridore pennarum peruolarunt, ut aliæ alites crederētur, solemq; per quinq; millia passuum obumbrarent, sollicitæ spectantibus populis, ne suas operirent terras, dira messes contegebant nube, multa contactu adurentes, omnia morsu erodentes, cortices quoq; arborum atq; fores tectorum, centum quinquaginta iugera uno die depastas fuisse memoriæ proditur, uiginti millibus passuum, uno die per aëra instructa acie, compositisq; ordinibus ferebantur, terræ incūbentes castra faciebant, duces cum paucis itinere unius diei præcedebant agmen, quasi loca oportuna castris capturi. Eadem horā qua antecursores pridie uenerant, uniuersæ copiæ postridie aderant, ante ortum solis à loco cui insederant, non mouebantur, orto sole demum per cohortes suas proficiscebātur. Varro author est, à locustis in Aphrica pulsam esse ciuitatem. Illud quoq; tradit à grauissimis scriptoribus, etiam longinqua maria ab ijs transiri, continuata plurium dierum profectione, populus Germaniæ inopiæ metu ad diuina remedia confugere coactus est. Hoc ipso anno dira fames per uniuersam Germaniā, Italiāq; supra modum sæuit. Normanni à regno Ludouici Germanorū regis tributum exigentes, ab exercitu eius grauissimè cæsi ac uicti sunt.

COmetes solitò rutilantior apparuit, & subita nimiaq; aquarum inundatio facta est in multis locis. Sæua admodū lues hoc anno plęrosq; mortaliū extinxit, uix tertia pars superstes euasit diram pestem. Aschoprunnā uicū in pago Nitensi subita imbrium inundatio, quinto nonas Iulij intempesta nocte obruit pe- 876



des, iumẽta, homines octo & octoginta in cubilibus, mares, fœminas, pueros, puellas extinxit, casas, horrea, conditoria, templa, arbores radicitꝰ euertit, adeò ut ne uestigium quidem illius apparuerit, cadauera mortuorũ tellure pluuiali humore soluta, aliò delata, in finibus alterius pagi inuenta sunt.

878 HOc anno dira lues in boues sæuit, maxime circa Rhenum, ubi in Vangionũ agro, haud procul ab Ingelheim in Vualsheim pago canes uillatici omnes cadauera laniatum, ut fit, conuenerunt, deinde uno die una simul cohorte, nemo scit, quonam gentium ex hisce finibus migrarũt, nec uiui nec mortui, cuiusꝙ uestigium postea inuentũ. Carolus Caluus Mantuæ correptus morbo, accepto ueneno à medico suo Sedechia Iudæo, moritur. Filius autem eius Ludouicus cognomento Balbus secundus regnauit.

880 


SOl hora diei nona obscuratus est, adeò ut stellæ in cœlo apparerent. Ludouicus Francorum rex eodẽ anno obijt qui Balbus cognominatus est, relicta grauida uxore, unde in regno Frãciæ grauissimꝙ dissensiones ortę sunt. In sylua Frãciæ Carbonaria, plus ꝙ̃ nouem millia Normannorum cæsa.


Ter

TErtio Calend. Ianuar. Mogunciaci terra intremuit, postea 882
15. Calend. Februarij huius anni, sydus crinitum uisum est.




Mox Normanni adiunctis sibi Danis, totam Franciam ferè miseris cædibus replent.





MEnse Maio cometa apparuit. Mox Hungari in Germa- 905
niam sæpe incursiones fecerunt, eamq; uastaruht. Hic cometa, ut multi iudicabant, significauit priuationem oculorum Ludouici regis Longobardorum filij Bosonis, quæ mox sequuta est. Berengarius enim imperator Italicus, eum Veronæ oculis priuauit.

Digitized by Google

912 

IGneæ faces in cœlo, & ſtellæ micantes diſcurrentesque præter conſuetudinem, uiſæ ſunt. Vnde non ita multò poſt Vngari Italiam cum exercitu ingreſsi multas uiciſſim intulere accepereq́ clades. Cometaq́ ſolito rutilãtior apparuit. Et ſequuta eſt nimia inundatio aquarum præcipuè in Saxonia.

918 HAtto Maguntinus epiſcopus cuius dolo olim Adelbertus perierat, cum inſtinctu Conradi imperatoris, Henricum Saxonum ducem interficere conaretur, poſt triduum fruſtratus fulminis ictu interijt.


928 HYems inſolitę non tantũ, ſed plane ſtupẽdę frigiditatis fuit. Rodolphus dux Burgundiæ obijt relictis tribus filijs. Leo ſextus eius nominis, in pontificem Romanum eligebatur, qui ſedit in ſuo pontificatu tantum menſes 7. dies 15.

930 

DEcimo ſexto Calend. Mart. mane circa gallorum cantum, uſq; ad illucęſcentem diem, conſpectę ſunt per totam cœli faciẽ, acies ſanguineæ, in quadã Galliæ regione. Sequẽti autem menſe Hunni Franciã, Burgũdiã & Aquitaniã populari, crudeliter cœperũt.

935 INter initia pontificatus Ioãnis undecimi, fõs ſanguinis Genuę ubertim fluxit. Quod prodigiũ portendit nimirum fœdã illam calamitatẽ, quæ


quæ breui post sequuta est. Enimuero Sarraceni ingenti classe ex Aphrica profecti, Italiam, ut si quãdo antea, tumultuosissimè inuadunt. Genuam graui obsidione pressam ui capiunt, propugnatores primo ingressu trucidant, multos mortales ex templis, & latebris extractos, sæuitia iugulant: puellas, matronas, & mares impuberes nauibus impositos in Aphricã deportarunt. Sunt qui scribant omnes uirilis sexus post in patriam reductos, sed quo casu non expediunt. Hungari per idem tempus in Marsis, ut Platina scribit, primò Italica præda exuti sunt, inde ad unum occidione occisi.



LEone Romanæ eccle- 937
siæ 127. pontifice sedente, hominis cuiusdam sinistra manus ferro amputata, post annũ pene ad integrum ei dormienti restituta est, cui pro signo miraculi quasi sanguinea linea loco coniunctionis notabatur. Sol sereno cœlo obscuratus est, per fenestras uerò domorũ radios quasi sanguineos emittebat. Henricus rex eodem anno moritur, post quem Ottho filius imperauit.


SOl iterum per aliquot dies ueluti sanguinem emanans appa- 940
ruit, & statim repentinę plurimorum hominum infirmitates, inaudita morborũ genera, subsecutę sunt. Berengarius quartus cum Alberto filio suo in Italia tyrannidem inuadit.

Cometę

941 

COmetæ quatuordecim noctes apparuerunt circa Constantiã Germaniæ superioris urbẽ, & pestis animaliũ mox sequuta est. Hungarorũ cum Baioarijs bellũ exortũ, in quo Hungari deuicti sunt. Leo septimus pontifex obijt, cui Stephanus 8. successit. Hugo Italiæ rex, Romani imperatoris auxilio, Sarracenos uicit, & classem eorum exussit. Ottho rex Brisacum obsedit, Alsatiamq; deuastauit.

944 TErræmotus ingens factus est 16. Calend. Maias. Ottho Magnus Galliam intrauit & mox Bertolphus Baioariorum dux obijt. Abdaram Sarracenorum in Hispania rex, à Ramiro belllo superatus est.





IN Italia Cometa miræ magnitudinis adparuit, portendens famem quę sequuta est.

956 IN Italia etiam lapis mirę magnitudinis tonitru & tẽpestate turbulenta de cœlo iactus, ingens miraculũ uidentibus prębuit. Anno eodem plerisque in locis ualida tempestate templa concussa sunt:



sa sunt: utriusque ordinis sacerdotes ictu fulminū interierunt, & plurima horrenda dictu portenta monstrata sunt.

CVm maximi essent in Italia motus, propter diuersas pontificū electiones. Multa & terrifica tum temporis in tantis Ecclesiæ Romanæ turbis prodigia facta sunt, Et in his iterum lapis ingens è cœlo cecidit, sæuiente imbrium copia, & signum cruentæ crucis in multorum uestibus ex improuiso apparuit, quæ rerum ostenta insignem alicuam clero calamitatem portendere interpretabantur. Ioannes omniū Pontificū qui ad id tempus fuerāt, flagitiosissimus, anno sui pōtificatus nono perijt, alij quatuor annos & 10 menses attribuunt. Benedictus qui in eius fuerat locum surrogatus, breui Apostolica est sede eiectus. Otho Romanis iratus, ne legatis quidē auditis, qui ex urbe missi fuerant ad ueniam implorandam, omnia circa urbem hostiliter est populari adortus, quo terrore subacta ciuitas Leonem restituit, estq; ab Otthone iuramento adacta, ne quid postea mutaret eorum, quę imperator in re pōtificia constituisset. Benedictus sexto mense quàm sedere cœperat, est in ordinem reductus, quem Otho postea secum in Germaniam abduxit, ne Romæ relictus noui alicuius esset motus causa. Leo sui nominis octauus, qui Otthone autore fuerat pontifex creatus & à Ioannis duodecimi factione eiectus, eiusdem Othonis imperio restitutus, obijt anno primo sui pontificatus, in quo illud fuit insigne, quòd in eo restituendo ius creandi pontificis, à populo & à clero ad imperatorem transijt. 963

TErræmotus factus est & cometa apparuit. Sequenti anno Lotharius rex frater Ludouici obijt, & Carolus Galliæ rex regnum eius inuasit. 968

Cruces



969




CRuces in uestimentis apparuerũt, quædam ut lepra forduerunt. Sub hoc anno magna in terris fames fuit. Vidēs autē Hatto cognomento Bonosus Moguntinēsis episcopus, qui antea abbas Fuldensis fuerat, pauperes magna premi fame, cōgregauit in horreo plurimos, & cōcremauit eos: dicebat enim ipsos non multum differre à muribus, qui frumentum comedunt, ad nihil utiles. At Deus tantam tyrannidem inultā non dimisit. Præcepit nanq; muribus, ut cateruatim illum inuaderent, & die noctuq; affligerent, atque uiuum deuorare festinarent. At ille fugiens ad turrim quandam, quæ in medio Rheni consistebat (uocata hęc est muriu m turris, à tali euentu hoc sortita uocabulum) putans se tutum fore in medio Rheni à morsibus muriū, quòd



tamen

tamen ei minime profuit. Nam uenerunt mures innumeri, per Rhenum natantes, exæquuturi iudicium Dei iustum, quod miser agnoscens, tandem inter mures interijt. Scribunt quidam quòd mures nomen quoque eius delentes à parietibus, & tapetibus abraserint. Quo anno hoc factum sit dissentiunt autores, Verum nos ex Fuldensis monasterij ac Moguntinensium archiepiscoporum annalibus deprehendimus id contigisse dum præfuisset Moguntinæ sedi post Gulielmum Saxoniæ ducem mense undecimo, anno à restituta nobis per Christum salute 969. quo murium infestatione occubuit, & in templo S. Albani sepultus est.

SOlis ecclypsis 11. Calend. Decemb. facta est & anno proximo, signum quoddam ignei coloris in cœlo apparuit. Græci in Calabria ab Otthone uicti ac tributarij facti sunt. Ottho iunior Sarracenos Italia expulit. 969





ANno Otthonis 2. imperatoris secundo gelu magnum fuit à Cal. Nouemb. usq; ad æquinoctiũ uernale. Tunc uisus est cometes, apud uicum Rhegiũ, qui uocatur Calua, & eodem anno Edgarus rex diem suum obijt. 975

ANno Friderici imperatoris eius nominis secundi, sexto, ignea acies in cœlo uisæ sunt per totam noctẽ 5. Cal. Nou. Mox igitur imperator Apuliã & Calabriã Italiæ prouincias ad 979



982 ius regni Græcorũ appendentes ad imperiũ Romanum conatus est trãsferre, maxime propter affinitatẽ quã per uxorem suã Theophaniam cum imperatore Græcorũ habebat. Græci infensi Otthoni quod eorum prouincias inuasisset, cõducto sibi Sarracenorũ auxilio, imperatori in Calabria bello congrediuntur, in quo bello omnes ferè Romanorum copiæ usque ad internitionem quasi deletæ sunt. Imperator natando euadere cupiens, à nautis captus est ignotus, & ab amico Sclauone liberatus est.






983 COmetes hoc tempore apparet, quem fames, pestis, ac terræmotus subsequitur, quo terræmotu Beneuentum & Capua concussæ sunt. Ottho imperator tædio & angore animi deficiens Romę moritur ac de imperatore eligendo inter primates dissentitur, demum tamen Ottho 3. eius filius electus est.


Anno

ANno Otthonis tertij eius nominis imp. sexto, frequēs diuer 989
sorum fluuiorū fuit inundatio. æstas postea feruentissima, unde fruges exaruerunt & fames ingens sequuta est. Nix nimia decidit. annona de cœlo pluit in Albania. Alij etiam pisciculos de cœlo pluisse in Saxonia ferebāt. Vandali bis Saxoniā inuadūt.





ANno sequenti uerò, Carolus dux Remis occupat. Archiepiscopum (quem Hugo rex præfecerat) & quosdam primatus capit, & Laudunum religat. Sequenti autem anno moritur, cui Ottho filius in ducatu Lotharingiæ succedit.



IGnis de Rheno ascendit 991
& uillas proximas absumpsit. Eodem aūt anno Theophania imperatrix ac Carolus dux Lotharingiæ diem obierūt, ac Carolo filius Ottho successit. Anno uerò proximo Remis synodꝰ cōgregata est, ac imperator Romanus Ottho tertius, Brādeburgū obsedit.


VViderolphus Argen 997
tinensium episcopus,



quē tamē alij Vuilderoldū uocarunt, cū Baldo in episcopatu succesisset: anno episcopatꝰ sui decimoseptimo (errāt aūt qui duob. tantū annis prefuisse scribūt) post cōsecratū à se Seltziense monasteriū ad Rhenū sitū, arcano Dei cōsilio ac iudicio, à muribus (quemadmodū & Hatto Moguntinensium archiepiscopus) duodecima Iulij deuoratꝰ, ac in Ebersheym minster cœnobio plurimū à se adamato atq; liberalissimè dotato sepultus est. Eo anno Ottho 3. Italiam ingressus Romam obsedit. Crescentium ac seditiosos digna pœna affecit.

999 ANno tertij Otthonis 16. multa ꝓdigia uisa sunt. Terremotus enim factus est ꝓmaximus. Cometes apparuit 19 Cal. Ianuarij, circa horā nonā aperto cœlo, quasi facula ardēs, cū lōgo tractu fulgoris instar splendens super terrā, & adeò quidē ut tāto






splēdore nō modo qꝫ in agris erāt, sed qꝫ in tectis etiā irrupto quasi fulmine ferirent. Qua cœli scissura sensim euanescēte interim uisa est figura quasi serpētis, capite qdē crescēte cū cæruleis pedibus.

Anno

Anno proximo Crescẽs Patritius Romanus Gregorium 5. natione Saxonem cõsanguineum imperatoris à papatu eiecit, & largita pecunia diuersis Ioannem episcopum Placentinum in odium imperatoris Papã fieri procurauit. Quæ cum intellexisset Otho imp. Italiam magno cum exercitu intrauit, atq; ad urbem properans cum Crescentio bello congressus, hominem deuicit, captumq; ante urbem post longas uexationes suspendi curauit. Ioannemq; pontificem illegitime factum execauit.



REs digna admirati 1001
one est, qd Romæ in tẽplo Lateranẽsi, ubi habetur sepulchrũ Syluestri secundi Põtificis Romani, sepulchrũ id collisione ossium, & sudore emisso ab eo tẽpore, quo is in id quondã positus est, dicitur semper Pontificum mortem prædixisse. De hoc Syluestri secundo, quomodo diaboli beneficio assequutus fuerit pontificatum consule Historiographos.





CIrca hæc tempora tanta peste 1002
laboratum est, ut plures mortui quã superstites sint habiti, quã calamitatem in Lotoringia fons saluberrimæ aquæ indicauit, in sanguinem tum uersus. Syluester Pontifex obijt, cui successit Ioannes 19.

ANno Henrici 2. imper. tertio 1005
Cometes primo Octob. horribili specie flammas huc illucq; iactitans, in Australi parte uisus est. Mortuo Othone duce, ducatus Lotharingiæ comiti Godefrido filio Godefridi datus est. Fames ingens uexauit totum non tantũ Europã, sed omnem ferè terrarum orbem. sequutum est bellum quod appellant sacrum. Hoc inauspicatissimum bellum multis

Digitized by Google

annis durauit: & magna totius Christiani orbis iactura gestum est. Cõmissæ sunt inter se omnes ferè totius orbis nationes. Occubuerunt utrinq; reges, principes, duces, homines innumerabiles: multum sanguinis fusum est. Hoc bellum descripsit Benedictus de Acolitis Cardinalis.





1009 ANno Henrici secundi imper. 7. Ecclypsis solis facta est hora diei secunda. Turci Hierosolymam ceperunt. Hungari ad Christianam religionem conuersi sunt.

1010 

IN pago Bruhesare in uilla Aufrede continuis 25. diebus fons sanguinẽ manauit ac uicinum uadum omnibus cõspicientibus infecit. Eodem anno Guillerius Angliæ rex diem suum obijt: item Sergius quartus pontifex, cui successit Benedictus octauus.

1011 PAschali Romano pontifice sedente flumen Trena, per totum integrum diem spacio mille passuum, non fluxit, sed perinde quasi aliò cursum flexisset, eam partem aluei adeò per id

intera-

interuallum uiginti quatuor horarum deseruit, ut homines ultro citroq; per siccam arenam graderentur: At postea more suo iterum fluere cœpit.






Item porca enixa fœtum humana facie edidit. pullus gallinaceus quadrupes natus. Sequuti sunt per Angliam & Hyberniã magni motus & in Nordmannia uarijs locis bellatum.

ANno Henrici secũdi imp. nono, in Lotharingia iuxta monte Castrilocum, fonticulus aquæ multis saluberrimus, in sanguinem conuersus est. 1011





Digitized by Google

Luna cruento aſpectu apparuit. & terra prodigioſè mota eſt. Fax ardens inſtar turris cum magno fragore è cœlo uiſa eſt cadere. Mare latius ſolitò euagatum, urbes aliquot cum multa hominum pernicie inundauit. Fames & pestilentia dein ſequutæ, tantaq; uis hominum interijt, ut penè plures uita defuncti ſint, quàm ſeruati. Per idem tempus Stephanus rex Pannoniç, Gillæ coniugis cõſilio & hortatu, Chriſti fidem cõplectitur. Hieroſolyma, Saracenis Palæſtinam totam deuaſtantibus, mox captum eſt.

1012 ANno Henrici 2. imp. 10. in uilla quadam Saxoniæ, Otho perdus quidam in cæmiterio, cum 18. ſodalibus, uiris 15. & 3. fœminis, choreas ducens, & cãtilenas pijs auribus infeſtas obſtrepens, à ſacerdote quodam execratus, per totum annum cum



ſuis ſaltauit, cantauitq;, ſine intermiſſione. Pluuia non cecidit ſuper eos, non frigus, non calor, nõ fames, non ſitis, non laſſitudo eos affecit. Indumenta uel calceamenta non ſunt attrita, & primò uſq; ad genua, deinde uſq; ad fœmora terræ demerſi ſunt. Anno finito filia præsbyterij cum alijs duobus cõtinuo exanimata eſt, cæteri omnes continuis tribus noctibus dormierunt, quorum alij poſtea obierunt. Reliqui autem membrorum ſuorum tremoribus huius rei teſtimonium perhiberunt. Hoc ſcriptum reliquit Otho-


quæ Othopertus ipse, qui fuit unus ex eis. Vincent. li. 26. cap. 10. ex Guellerino. Antoni. tom. 2. titulo. 16. cap. quarto. Boleslaus Saxonibus eodem anno bellum intulit. et Sueno Daniæ rex Angliam inuasit. Northumbros ac Mercios sibi subdidit.

CIrca Angliam Oceanus nulla cognita causa mirandum in 1013
modum creuit. Haud multò post insula in Dacorum ditionem redigitur.



GRandine miraculosa, & fulminibus multi mortales interie- 1016
re. Ethelredo Anglorũ rege defuncto, Edmũdus regni administrationem accepit.






Anno

1017 ANno Henrici 2. imp. 15. Cometes solitò mirabilior in meridum trabis maximæ per 4. mẽses apparuit. Imperator iterum in Polonos exercitum duxit.

1018 SVs fœta porcellum humana facie enixa. Sequutus est annus pestilẽs. Iaroslus Russorũ dux ultimò inuasit Poloniam, qui à Boleslao uictus, magna suorum strage domum rediit.



ANno Henrici secundi imper. 16. in Frisonia Theodorico comite filio Arnulphi Gandauensis, debellante Frisones, in




uindictam patris sui ab eis occisi, Godefridus dux ad eum debellandum ab imperatore mittitur. Vox in ipso prælio incerto autore audita est: quæ clamitabat, fugite fugite, unde cunctis fugientibus à paucis Frisonibus exercitus fugatur, & dux capitur.

1020 TErræmotus magnus factus est 4. Idus Maias & eodem anno, feria sexta Herebertus Coloniẽsis Archiepiscopus obiit, in cuius




in cuius locum Pilgrinus succesit. Rodolphus rex Burgundiæ insolentia Burgundiorum motus, Burgundiæ regnum Henrico imperatori dare uoluit, sed simulata Burgundiorum beneuolentia uictus, ab inceptoreuocatus est.

ANno Henrici 2. imp. uicesimo. Cum Aquisgrani conuentus generalis, uel synodus per aliquot dies celebratur, repente tanta siccitas et intemperies aëris excanduit, ut multi prę nimio ardore deficerent, multa etiam animalia subitò interirent. Pauimento & marmoreis columnis tanto sudore madentibus, ut undiquaq; aqua mirum in modum defluueret. 1028



ECclypsis solis tertia Calendas Iulias hora sexta facta est. Conradus Romanorũ imp. Occidentalem Franciam occupauit. Odonem Campaniæ ducem, qui regnũ id inuaserat, depulit. Ioãnes 20. pontifex obijt, cui Benedictus 9. succesit. 1033

ANno Cõradi 2. imper. 15. 8. idus Aprilis, uisa est in cœlo inter Australem & Orientalem plagam 1039



plagam ignea trabs, miræ magnitudinis, quę currens per ſolem iam ad occaſum uergentem, uiſa eſt in terrã cadere, cuius ueſtigia diu uideri potuerunt. Et eodẽ anno Conradus imp. magno cũ exercitu in Italiã properãs, rebellionem meditantes, debellauit, quoſdam epiſcopos in uincula coniecit, & cum Mediolanenſis epiſcopus fuga elapſus eſſet, imperator ſuburbia Mediolanenſia incendi curauit. Kuonegundis imperatrix 5. nonis Marcij, & Hermannus Sueuorum dux Giſelæ imperatricis filius obierunt, & Petrus Stephani ex ſorore nepos, homo crudelis Vngariæ rex factus eſt.



CÔnrado imperatore Italiam adiente, ut rebellionem meditantes debellaret, in die Pentecoſtes tam grauia fuerunt tonitrua & fulgura ut aliqui mente excederent, aliqui exalarent. eclypſis ſolis facta eſt. 11. Calend. Septẽb. Et eodem anno Conradus & Albero duces obierunt. itẽ Reginbaldus epiſcopus Spirenſis.

1042 ANno 5 imperij Henrici tertij dũ Benedictus 9. Romanæ eccleſiæ præſidet, in pago Brachatenſi iuxta Tornacũ multitudines colubrorum, altrinſecus congregatæ, prodigioſo prælio inter ſe concurrunt, & multis utriuſq; partis occiſis, uicta pars fugiens

glens in caua arbore sese abscondit. altera pars uerò uincentium more insequens, cum sibilo circumstrepebat, donec circumiecto ab hominibus igne omnes cõcremarentur. Anno eodem Petrus Vngariæ rex à suis regno pulsus. cuius rei gratia Bohemi ab imperatore subacti. Sequenti uerò anno Henricus Francorum rex obijt. Vincentius: uerũ Sigisbertus Gemblacensis hęc in annum Christi 1059. retulit.

ANno Henrici 3. imp. quarto, cometes longos & flamineos crines permane ducens apparuit, quem cum Elmerius uir eo tempore sanctissimus uidisset, dixisse fertur. Venisti multis martyrib. lugende, dudum est quod te uidi, sed nunc multò terribiliorem te intueor, patriæ huius excidiũ minitantem. Henricus imperator Hungariam ingressus duas populosissimas ciuitates euertit, plures sibi subiecit ac regem restituit. Gisela imperatrix moritur 16. Calend. Martij ac Spiræ sepelitur. Petrus Hungariæ rex à suis regno exutus, iterum in regnum amoto Abba, ab imperatore restituitur. 1043



ANno Henrici 3. imp. 5. in confinio Nortmanniæ & Britanniæ, portentum uisum est in una uel potius duabus mulieribus. Duo erant capita, & 4. brachia, cætera gemina usq; ad umbilicum, inferius singula omnia. Comedebat, ridebat, loquebatur, una flebat, esuriebat, altera tacebat, ore gemino manducabatur, sed uno meatu per uentrem eijciebat, una defuncta superuixit altera, penè triennio, mortuam portans, donec & pondere molis et nidore cadaueris defecit. Putatũ est et à quibusdam literis etiam traditum, eodem monstro Angliæ & Nortmanniæ figuram ob oculos positam esse. Quæ licet regiones diuisæ fuerint, sub uno 1044

Digitized by Google



1045

tamẽ dominio erãt, de qua interpretatione copiosius legès Vinc. li. 26. cap. 38. ex Guillerino. Sed hęc Math. Palmerius retulit ad annum Christi 1061. Nicolaus secundus Pont. Max. moritur, in cuius locũ Alexãder secũdus suffectus est. Anno aũt proximo fames ingens per orbem & lugubris pestis grassata est.



HEnrico eius nominis tertio apud Romanos imperante, in Anglia uerie fica quædam auguratrix à diabolo rapta est, quã horrendo clamore post se in equũ tractam, per aëra auexit. Cuius uetulę clamor ad aliquot horas per quatuor ferè eius regionis milliaria auditus est. Emma, Eduardi regis Angliæ mater per ignẽ se purgauit, falsò impositi adulterij criminis. de qua leges Polydorum.

1046 SCribunt historici, quod certe non potest haberi nõ monstrosum, Benedictum 9. Pontificem Romanum post obitum uisum fuisse, horrenda imagine uagari, corpore urso, cauda asino simili, rogatus cur incidisset in istam Metamorphosin, respondisse fertur, ea specie oberro, quia in pontificatu sine lege ut bestia uixi. Naucl erus & Platina.


Ter-





TErremotus magnus factus est circa Constantiam ad lacum Acroniam sitam 3. Idus Octob. Godefridus Adelbertum ducem se depredantẽ persecutus, & dimissa multitudine, cũ paucis inuentum occidit. et Godefridus dux ab imperatore cõstituitur. 1048

CIrca finem imperij Henrici tertij Romanorum imperatoris, porca enixa est porcellum humano capite. Gallina procreauit pullum quatuor pedibus. Et quidam nobilis in curia eiusdem 1055





imperatoris, dum in conuiuio luxurioso genio indulgeret licentius, innumerabili glirium ac murium multitudine ex insperato



circumuentus, ab ijsdē diu uexatus, fugatus ac deinde per mare naui uectus, adeò nihil effecit, ut muribus infectantibus magno etiam nautarum periculo sit demum deuoratus. Felix Malleolus de nobilitate ca. 26. Eodem anno Italiā imperator cū exercitu repetit, & ob Gotfredū ducem, uxorē eius Beatricem obsidem abduxit. Vuilhelmus Marchio, ac Diodoricus comes cum infinita Saxonum multitudine à Luticijs, Vandalis cæsi sunt.

1057 LApides miræ magnitudinis mixti grandine de cœlo ceciderunt & nonnulli hominum fulminū perierunt. Stephanus





Pontifex Maximus obijt et Ioannes, extra canones largitionibus in eius locum electus est. Conradus imperatoris, filius, Bauarię dux obijt.

1058 IN Polonia stella crinita p aliq̄t dies apparuit quę statim mors

Cazi-

Cazimiri eodem anno secuta est. In Frisonia captis ab imperatore Henrico aliquibus castellis, Frisones à rebellione refrenantur.

SExto idus Februarij terræmotus & fulgura facta sunt circa Constantiam, & pestis mox mirum in modum grassata est. 1062

Hanno Aggrippinensis episcopus, adnitentibus quibusdam



regni principibus Henricum regem cum lancea & alijs imperij insignibus à matre imperatrice ui arripuit, secumque Coloniam abduxit.



COnstantiæ ad lacum Acroniũ, duo infantes masculus ac fœmella, duobus capitibus, quatuor brachijs, totidemq; pedibus, membris omnibus absolutis, sed circa umbilicum coniũctis corporibus, nati sunt. Coloniensis episcopus factione facta, regem puerũ dolo rapuit, & in posterum regnum administrauit. 1063

1066 COmetes in festo paschali per totũ orbem diu apparuit. Circiter 14. noctes, sequuta sunt uaria mala. Eodem enim anno Guilielmus Nortmanniæ comes Britanniam maiorem, quę nũc Anglia dicitur, occiso rege eius Heraldo expugnauit, totaq; in seruitutem redacta prouincia, ac Normannis ibi positis, ipse in illa regnauit. Anno sequenti rex Romanornm (Henricus tertius, alĩ quartũ appellant) Berthã Othonis Italici filiam uxorem ducẽs, nuptias apud Tryburias (oppidũ fuit nõ procul Franckfordia ad Mœnum, hodie uicus) celebrauit. At Rom. põtifex Gregorius 7. regem sæpe uocatum excommunicauit: eiusq;, ut dicitur, cõsilio & authoritate Rodolphus Alemannorum dux, à quibusdam principibus rex creatur. Quo non multò post in publico bello occiso, atq; Hermãno Lotharingiæ principe sibi substituto, & ipse non multò post à fidelibus prioris regis occiditur.




1070



FActũ est Siracusis horribilis terræmotus, p̃ quem urbs sic est cõcussa, ut multa ædificia conciderint, cecidit q̃q; Ecclesia tẽpore q̃ sacra peragebãtur, & oppressit oẽs fere homines, q̃ in ea erãt. Hũgari cõtra Salamonẽ regẽ suũ rebellionẽ meditantur. Vdo Marchio Brãdenburgum Vãdalis eripuit. Canutus Danię rex Angliã iuadit.

Sexto



SExto Calend. Febr. columnæ duæ aurei coloris, cum sole dextra lęuaq; ortę sunt, & Iris prędecedenti nocte sub Gallicantū uisa. Conspiratio principum facta in Henricum quartum Germanorum imper. Gregorius septimus pontifex simoniacos anathematizauit, & sacerdotes uxoratos à diuino officio remouit. 1074.

DVm Haraldus Daniæ rex, Harquino bellum inferret, & iam utrinq; confligendum esset, iaculum uago ancipitiq; discursu supernè inter auras oberrare conspectū est, & figēdi uulneris locū exploratius prospicere uidebat. Quod miraculū cunctis immani stupore prosequētibus, incertisq; quid nam res tam miraculosa portenderet: subitò casus in solius Harquini caput suspectum omnibus periculum transtulit, qui eius iaculi lætali uulnere prostratus & occisus est. 1076.

HEnricus imperator cum Vuormaciæ coactum concilium 24. episcoporū celebrasset, paulo post, Dominica palmarū circa horam sextam sereno cœlo stella apparuit. Henricus imperator Gregorium septimum Papam Hiltebrandum uocatum odio insectatur, eius facta in cōcilio Vuormaciæ habito rescidit, pontificēq; abiurat. Hildebrandus cōtra imperatorē excōmunicat. Vnde pernicioſum inter imper. ac pontificē bellū ortum est. 1076.

ANno Henrici 4. imp. 25. terræmotus cum graui mugitu factus est 6. Cal. Aprilis, prima noctis hora, portendens forte ingens malum, quod de toto orbe insonuit: de bello imp. contra Papam, quo tota Italia hinc inde deuastata est. Eodem præterea anno Nicephorus, Michaële Orientis imperatore deuicto, Græcis imperat cū tribus filijs, Boleslaus in Vngaria exul, in amentiā lapsus, à canibus suis deuoratus est. 1080.



1684 MOnstra cœlitus appartere, uisus est equitũ discurrens exercitus, cuius tamen uestigia nullo modo poterant agnosci. Henricus interim in Italia diuersat̃, iterũ Romam tendẽs, castra fixit ubi ante, ad occidentalẽ portã castelli sancti Petri: captaq; est Roma 4. nonas Iunij, feria sexta ante octauam Pentecostes. Quo tempore papa Gregorius in castello Crescentij, quod tum uulgò domus Theodorici dicebatur, inclusus, expectabat euentum rei. Rex autem in Palatino monte munitionem instituẽs, multos eorum quos in præsidio posuerat, ingraues cẽte super eos ęstatis insolito feruore, amisit: sed & alios eadem mortalitas absumpsit.



LOcustæ Russiã populant̃. Alexius Nicephorũ regno exuit, & in monasteriũ trudit, ipse uerò Grẽcis imperat. Romani imperatorẽ Henricũ recipiũt ac Hildebrandum de papali dignitate deijciunt.

1085 IN Anglia sub Guilhelmo Conquæstore rege eiusdem prouinciæ, tantus fuit terræmotus, ut multa hincinde ædificia corruerint, quo anno deinde fuit prẽter modũ frigoris asperitas. Cõtra Nordman-

Nordmānos bellū susceptū. Hēricus Francorū rex cōtra Anglū insurgit, & utrinq; captis urbibus atq; arcibus, regio depopulat.



ANno Henrici 4 imp. 30. nimia aquarū inundatio, multis in locis dāno & periculo fuit. Nā in Italia tanta diluuies fuit, ut etiā rupes liquefactæ, plures uillas sua ruina destruxerint. Eodē anno domesticę aues, utpote pauones, gallinę, & anseres, &c. à domibus se extrahentes, omnes fierent syluaticæ. Cuius rei etiā Augustinus lib. 3. de ciuitate Dei meminit. Gregorio 7. defuncto Victor tertius in pontificatu succesit. Ordo Carthusiensium authore Brunone magistro quodam Colonien. initium sumpsit. 1086



ANno Henrici imp. 33. post terræmotum ingēs pestis & maximè in occidētali parte Lotharingiæ grassata est, ubi multis sacro igne infectis, & computrescētibus, atq; excœsis mēbris instar carbonū nigrescentibus hominibus, magna hominū strages facta est. Gulielmus Rusus patri Haraldo in Anglo- 1089

Anglorū regno ſuccedit. Verum epiſcopi quidā cōſpirationem aduerſus eum faciētes, Robertum fratrē in eum inuitarunt, quos tamen uicit ac fugauit, cum fratre fœdere icto.

1091 VIolentia fulminis apud Salesberiā tectum turris eccleſię omnino deiecit, multamq; materiam labefactauit. Muſcarum in-








gnotarū maximi exercitus multis in regionibus uolitarūt. Eodem anno tantū fuit in Anglia diluuiū, ex abundantia imbriū, quantū nullus meminerat. Mox accedēte hyeme, fluuiq; adeò ſunt cōgelati, ut eſſēt peruij equis, & quadrigis, & plauſtris. Et ſtatim anno ſequēti, 7. uidelicet regis Guillerij, propter tributa quę in Nortmānia inſtituerat, agricultura defecit, & ingens fames ſecuta eſt. Cui coniuncta peſtis infinitum numerum hominum pecudumq; abripuit.

1093 INgens fuit terræmotus 3. Idus Auguſti, qui totam Angliam horrendo miraculo exterruit. Eo terræmotu ingentia ædificia partim corruerunt, partim reſiderunt. Secuta eſt inopia fructuū, & maturitas frugum tardiſsima, ut uix ad feſtū Andreę meſſes recon-

Digitized by Google



reconderentur. Iaculum ignitum à meridie ad Aquilonem per cœlum ferri uisum est Calendis Augusti prima noctis hora. Vratislaus Bohœmiæ rex equo lapso occubuit: cui Cõrado frater succesit. Brizitislaus Bohemiæ dux Silesiam depopulatur. Varieque his temporibus cum Scotis, Northũbris & Vuallis ab Anglo pugnatum est.

ITerum cum ualido uentorum turbine, etiam terræmotus factus est media nocte 4. Idus Septemb. in multis atque diuersis regionibus. Pridie nonas Aprilis circa diluculum stellæ perplures de cœlo simul cecidisse in terram uisæ sunt, inter quas unam maximam labi in terrã. Cum quidam in Francia stuperet & notato loco ubi uisa est labi, aquam ibi fudisset, fumum cum fer-





uoris sono inde exire magis stupuit. In comitatu Namucensi, panem subcinericiũ, quasi sanguine infectũ, multi degustauerunt,

& eo-

& eodem anno ſacro igne multi accenſi ſunt, membris inſtar carbonum nigreſcentibus. Vincētius: ſed Sigebertus in annum
1094 Chriſti 1095 retulit.



IN urbe Laudunen ſi mulier quędā homicidij rea, & propterea etiā in ignē miſſa, incendium nullatenus ſenſit, ſed conſumpto igne ipſa illęſa permanſit, Quod factū aduerſarij lignorū materiam cauſantes ſiniſtrè interpretantur, iterumq; ſuccendentes ignē circa eam fortioribus lignis, nihil promouerunt. Egreſſa igitur mulier ex incendio non ſolum carne ſed etiam ueſte & carne illęſa omni populo applaudente abducta eſt, & paucis tranſactis diebus extremum uitæ diē clauſit. Hiſtoriā copioſius deſcribit Sigebertus Gēblacēſis.

EOdem anno fuit magnus tumultus fulgurum in cœlo, & motus urbium in terra. Idibus Octob. apud Ibiceltumbam





ictus

Digitized by Google

ictus de cœlo emissus, turris latus tanta ui impulit, ut sese ad terram mirum in modum declinaret, deiecit etiã trabem maximam per totam ecclesiam, & Christi crucifixi ibi pendentis caput, cum dextera & tibia deiecerit, secutus est fœtor intollerabilis. Fuit præterea magnus uentorũ impetus ab Euro Austro uenientium 16. Calend. Nouemb. Qui Londoniæ plusquam 600 domos effregit. Collidebantur ecclesiæ cum domibus. Maceriæ cum parietibus.

IAculum insuper ignitũ à meridie ad Aquilonẽ per cœlũ ferri 1094
uisum est Calendis Augusti prima hora noctis. Eo anno Vrbanus 2. pontifex decreta Hildebrãdi quæ prius abrogata erant, restituit. In Gallia ac Germania crudeli peste grassante, magna hominum pars neci data est.

COmetes in Occidente apparuit in principio Octobris die- 1097
bus 8. & nimia aquarum inundatione authumnalis satio impedita est, unde sterilitas omnium frugum, & ingẽs fames, & pestis secuta est. Eodem anno Christianorũ exercitus paganorũ terminos ingressus, feliciter cum hostibus conflixit. Henricus imperator in Germaniam rediit, ac Mogunciæ de pace in conuentu imperij tractauit.





COelum multis in locis quinto Calendas Octobris ardere ui 1098
sum est nocturno tẽpore, & sequuta est animaliũ pestilẽtia,

& segetes nimio imbre & erugine corruptæ sunt. Obsessa Antiochia in tantum attenuati sunt Christiani, propter rerum omnium penuriam, ut in magno ac excellenti exercitu, uix centum boni equi inuenirentur. Ordo Præmonstratensium ortus est, & mox Cisterciensis etiam institutus est.

ANno Guillerij 2. Angliæ regis decimo, apparuit cometes Cal. Octob. 15. diebus, maiorem crinem mittens ad Orientem, minorem uersus Euro austrum. Apparuerunt & aliæ stellæ, quasi iacula inter se emittẽtes. Et eo anno Anshelmus lux Anglię tenebras errorum fugiens, Romam profectus est.





1100 SYracusis terræmotu concussis, ecclesia maxima corruit & populi multitudinem oppressit. Guibertus & Vrbanus, qui de papatu Romano contendebant, moriendo suæ contentionis finem faciũt: & Paschalis in Vrbani secundi locum assumptus est. Anshelmus Cantuariensis archiepiscopus in exilium actus est. Balduin9 fratri Godefrido in regno Hierosolymitano successit.

1101 INter multa alia prodigia, etiam cometem miĝ magnitudinis tum apparuisse affirmant, qui in occasu cadente sole statim apparebat. Ingentia & multa mala sequuta esse produnt historiæ. Ericus Daniæ rex cum uxore Boltilda dum terram sanctam inuisere cupiunt in Cypro mortui sunt. Henricus primus Anglię rex Guilelmo Ruso iam defuncto successit.

Hac

HAc tempestate uixit Herluca sacrata fœmina Boioariæ, in quodam collegio flaminum Augustaliũ, supra Monachiũ quindecim millia passuũ, hęc nocturnis superum inferumq; cõgressibus, secretisq; consiliis interesse cõsueta, narrare solita fuit, (ut refert Auentinus Historiographus) execratos flamma omnium ardentissima excruciari. Quidam etiam sacerdos expiranti similis triduo in Saxonia discubuit, is ubi ad se rediit, apud inferos Hyldebrandũ, Rudolphum, Hermannũ Tyrannos, æternis mactari supplicijs reuelauit. Falsi tũ Prophetę, falsi Apostoli, falsi sacerdotes emersere, qui simulata religione populum deceperũt, magna signa atq; prodigia ediderunt, & in templo Dei sedere, atq; extolli super omne id quod colitur, cœperunt. Plura uide de his apud citatum authorem. Fuerunt enim tum temporis tempora periculosissima, nostris pene similima. 1103.


CRebra prodigia terruere mentes hominum. Cœlum ardere frequenter uisum. Sol atque luna crebrò præter solitum defecere. Complures stellæ de cœlo in terram cadere uisæ. Faces ardentes, iacula ignita, ignis uolans, sæpius per aëra ferri con- 1104






specta sunt, item noua astra. Papiliõnum castra, ignei uermiculi atq; ignoti per cœlum uolarunt, qui solis lumen in nubium morem abstulerunt. Fulmine, grandine, uentis, turbine, templa,





ędes, caſæ, homines, pecora, agri afflicti, legumina, poma, fruges attritæ. Igneæ acies, turmæ equitum, peditum cohortes, ciuitates, enſes, gladij, arma cruenta in cœlo uiſa, inuicem conflixere. Sanguinis riuos extitiſſe dicunt. Sub ipſis flammis, cum panis






clibano eſſet impoſitus, ut coqueretur, cum forte panem quidam frangeret, manantis guttas ſanguinis inueuit, quòd Spirę, ſanguinem ex panibus fluxiſſe, Abbas atteſtatur. Signum immortale ſubito ueſtimentis hominum adhæſit. Fœmina biennio uterum ferens, marem loquentem enixa eſt.

Monſtro-

Digitized by Google







MOnstrosi partus editi, pecudes, homines bicipites nati. Domesticæ aues, pauones, gallinæ, anseres, ex uicis, pagis, urbibus, ædibus in syluas migrarunt, ibi habitantes efferati sunt. Lupum triginta homines esitasse in annallibus relatum est. Hæc omnia prodigia tempore Henrici quarti Imperatoris Augusti euenerũt. Plericq; omnes boni, aperti, iusti, ingenui, simplices, tum imperiũ Antichristi cœpisse memoriæ literarum prodidere. Orbis terrarũ tum à cardine bellorum procellis iactatus est. Genus humanum undiq; turbini armorum inuolutum est. Orientales atq; Occidentales inter se armis concurrerunt. Mortales cuncti mutuis se uulneribus afflixerunt. Nordmanni, Galli, Germani, Saxones, Vngri, Itali, Britãni, Christiani occidẽtales, domesticis dissidijs, ciuilibus armis attriti sunt. Græci & Armenij, Turcæ & Arabes, Hispani & Saraceni, Asiatici & Africani, inter se infestis concurrere signis. Hierosolyma bis capta, bis expugnata est. Diluuie, sterilitate, annonæ caritate, fame, pestilentia, sæpius laboratum, ignotis morbis, igne, flamma, ardore inuisibili, homines excruciati, atq; absq; nota adustionis extincti.

ANno Hẽrici quarti imper. 49. in uigilia natalis Domini fa- 1105
ctus est Hierosolymis ingens terræmotus. Et eodem anno Hierosolymitæ magnum paganorum numerum glorioſa uictoria contriuerunt. Præterea duo orbes in modum solis, forma &


Digitized by Google

lumine, quotidiano soli similes apparuerunt, omniũ colorũ specie radiantes, instar arcus cœlestis. Hẽricus rex patrem imperatorem persequitur. Norinbergam post duos obsidionis menses cepit ac diruit.





1106



ANno Hẽrici quarti imperat. 50. Nonas Februarij, Cometa per diẽ ui sus est in cœlo ab hora tertia usq; ad horã nonã quasi cubito distans à sole. Paulò post Idib9 uidelicet Februarij, apud Barum Italiç, stellæ uisæ sunt in cœlo per diem, nunc quasi inter se concurrentes, nunc quasi in terram cadentes. Eodem anno post captam Norinbergam cum Henricus imperator licentius per Alsatiam grassaretur eius fortuna aliquantulũ hæsit. Vrbem enim Rubeaquensiũ (quç dulcissima mihi patria est) & tum multitudine ciuiũ ac armis præualebat, ingressus, dum eius satellites licentius quàm hospites decebat in urbe grassarẽtur, ciuiũ armis oppressus & in fugam cũ suis actus, insignia imperialia, (coronã uidelicet, uexillum cum aquila, aliud uexillum rubeo croceoq; colore distinctũ, pomum sceptrumq;




sceptrumq; aureum) amisit, ac deinde pace facta, cõtra fidẽ oppidum direptum incendit atq; in cinere reliquit. Vt author est Anonius qui Henrici uitam descripsit.




MAre uicenis passibus, alij centenis scribunt, præter solitum littora inũdauit. His fortasse ꝓdigijs motus affirmare non dubitauit Fluentinus antistes esse Antichristũ natum, qua prædicatione Paschalis motus in Hetturiã ꝓfectus, cõuentuq; super ea re Florẽtiæ habito, quũ appareret hominẽ nulla alia ratiõe subnixũ, quã ut alicuius magnæ rei author uideret, eiusmodi ꝑdicatione usum tantũ admonuit, ut temerario incœpto desisteret. Sí multas inter Colomannũ & Almundũ fratres exorta est. Hẽricus quintus Germanorũ imperator, Flandriam cõtra Rubertum ingressus, Bresburgum obsidione cinxit. 1106

IN Oriẽte multa signa & prodigia in cœlestibus uisa sunt Ater quadraginta dies, & eo amplius Cometa circa noctis initium 1107


uiſus eſt, longè comam trahere, & iterum ab ſolis ortu uſq; ad horam tertiam uiſus eſt ſol duos habere collaterales paris magnitudinis, ſed inferiores ſplendore, uiſa eſt etiam Iris circa ſolem, ſuis





diſtincta coloribus. Et eodem anno Hugo de ſancto Ademaro, Tyberiadenſium, cum Damaſcenorum copijs confligens, lętaliter confoſſus, ſed tamen uictor occubuit, in quo cõflictu multi utrinq; cæſi ſunt. Boamundus de Francia in Apuliã reuerſus cum ingentibus copijs Græcorũ fines depopulatus eſt, & dũ in Syriã pperat, relicto filio eiuſdem nominis, uita deceſſit. Turcorũ copię partes Ediſſanorũ deuaſtãtes cũ Tancredo cõflixerunt.


1118



HEnrico primo Angliæ rege imperãte, cometes in Nordmannia per aliquot dies apparuit, aliquãto poſt duæ lunę ſuo orbe plenę uiſæ, una ad orientẽ, altera ad occidentẽ coruſcantes. Hoc anno Alexius imp. qa proficiſcentib. Hieroſolymã moleſtus eſſet, à Boemundo bello petitur, cũ quo ne grauiora pateretur, fœdus icit. Henricus Angl. rex Robertũ fratrẽ Normannorũ ducem prælio uicit, Normanniamq; ſubegit.

Anno

ANno quo Philippus rex Francorum, & Anshelmus Cantuariẽsis archiepiscopus obierũt, in parochia Legiẽsi porca enixa est porcellum habentẽ faciẽ hominis, et alio loco pullus gal 1109



linę quadrupes inuẽtus est, & mox multi sacro igne accensi sunt, membris instar carbonum nigrescentibus.



IN mẽse Iunio Cometes apparuit, radios suos dirigẽs ad Austrum, multis coniicientibus, hoc prodigio portendi futuram regis Henrici expeditionem uersus Italiam, quę statim secuta est ad sedandam discordiam, quæ erat inter regnum & sacerdotiũ. Quã de re copiosẽ Vinc. li. 27. ca. 10. Abbas Vspergensis Nauclerus gener. 38. li. 2. 1110

ROtenburgium ciuitas iuxta Neccarum, terræmotu cõcidit, quæ posteaanno 1271. rursum fuit instaurata, per Albertũ Comitẽ ab Hohenburg. In Anglia natus est puer geminus à clu- 1112

ne ad

ne ad ſuperiores partes ita diuiſus, ut duo haberet capita, duo eorpora integra ad renes cũ ſuis brachijs, qui baptizatus triduo ſuperuixit. Boleslaus Poloniæ rex Pomeranos uicit, & ad 40000.





occidit. Vdalricus Saxoniæ dux obijt ob cuius bona relicta contentio orta, multos duces in imperatorem armauit.


1113 ANno Henrici 5. imp. 7. menſe Iunio ſiligines & arbores ſacro igne aduſtę, ſpem ſui fructus mentitæ ſunt. Quędam ſyluæ ita arefactæ ut incenderentur natiuo calore. Et ſubſequuta eſt grauis et diuturna hominũ ualetudo, cũ profluuio uẽtris, & peſte pernicioſiſsima. Hẽricus imperator Saxones bello domat. Cadit.



1114 Sigifridus Palatinus iã dudum ab imperatore in gratiã receptus. Pax inter Bohemos et Polonos facta eſt IMperante Hẽrico quinto in agro Hemiliano, et Flaminio, nec nõ apud Rauennam atq; Parmã Italiæ ciuitates in agris ac intra mœnia ſanguis pluit Idib. Iunij. Vincẽtius: Eo anno Veneti maximo cum exercitu in

tu in Dalmatiam nauigantes & Sibinicum depredantes, nonnullas urbes ceperunt. In pago Brachacensi circa Tornacum nix tantæ magnitudinis cecidit 9. Cal. Maij ut etiam syluas fregerit. Idibus Nouemb. in suburbio Antiochiæ noctu terra dehiscens turres multas, & adiacentes domos multas cum habitatoribus absorbuit. Et eo tempore Balduinus rex Hierusalem cum Rogerio comite Antiochiæ, contra Turcas expeditionem susceperũt. 1114

HEnricus 5. Romanorum imperator, cum contra Saxones ad syluam Guelficam confligeret die 11. Februarij. Goslarij arx 1115



imperatricis fulmine tacta est, combustus imperatoris clypeus & gladius. In paschate cœlum uasto hiatu discissum fulgorem nitidum demisit, qui cum integram horã duraret, ostendit in medio crucis imaginem aurei coloris. Cumq; iterum iturus esset in Italiam, petiturus à pontifice diadema, cometa sex menses apparuit nuncius calamitatum ac periculorum suorum. Eo anno Henricus dũ Saxones iterũ aggredit, prælio cõmisso cecidit. Rogier insignis miles, à Saxonũ aũt partib. episcopus Halberstatẽsis qui prælio ẽrat occubuere. Ducatus Oriẽt. Frãcię rebellonẽ Vuirtzburgẽsi episcopo ab imp. Cõrado Sueuorũ ducis fratri cõcedit.

HOra noctis prima igneæ acies à septentrione in orientem in cœlo apparuerunt, deinde per totum cœlum sparsæ plurima noctis parte uidentibus, miraculo & stupori fuerunt. 1116

Hen-



1117 Hericus imperator ob tũ multũ Germania excidit ſedem Romæ locaturus. Hinc res in Germania miſere ſunt deperditæ. Concilium Romę in Laterano eſt celebratum.

MEnſe Ianuario 3. ſcilicet nonas ipſius, in aliquib. locis terræmotus accidit tam grauis, ut quã rũdam urbium partes cũ eccleſijs corruerint. Moſa etiam fluuius iuxta Abbatiã, quod dicitur Suſtula, quaſi pendens in aëre fundum ſuum uiſus eſt deſeruiſſe. Hoc quoq; anno Leodium ciuitas multis plagis fuit attrita. Menſe enim Maio 5. nonas eiuſdem dum in maiori eccleſia ueſperas celebrarẽt, ſubitò to-



nitruus cum maximo terræmotu omnes ad terrã ſtrauit, & fulmen ad lęuã templi ingreſſum, non modicas cruſtas de muro hac illac diſiecit. Deinde turrim ingrediens, multas trabiũ partes diſfidit, ſubſecutus eſt fœtor intolerabilis, adeò ut multò aromatũ odore uix potuerit expelli. Item Iunio menſe 7. Idus ipſius menſis circa

sis circa horam nonam nubes pluuiæ subitò rupta à monte, quæ dicitur Roberti, subiectã sibi partẽ ciuitatis penitus oppressam, pessundedit adeò, ut multas domos dirueret, & immensam annonam perderet, et matrem duos infantes, altrinsecus in brachijs amplexam necaret, & alios 8. homines diuersis in locis opprimeret. Pulsantib. uesperis sabbatho, quidam dũ caput lauat puero, manus rubent sanguine fluido. A Cal. etiã Iulij, circa horã 6. turbo nimis uehemens, & obscurus ciuitatẽ cooperuit, & nubes ex abrupto scissa, ita omnẽ tectũ Ecclesiæ maioris deiecit, ut & imbribus pateret, & totum pauimentũ perfunderet. Illicò fulmen à parte Aquilonis ingrediens, quẽdam clericũ retro altare sanctorum Cosmæ & Damiani in pulpito legentẽ, & alterũ ante crucifixum orantẽ, tertiũ de scriptorio ecclesiæ proximo egredientẽ, in ipso ecclesiæ ingressu, extinxit. Ante fores quoq; quendã laicũ extinxit. Septimo Idus Iulij. ab hora 3. usq; ad 9. quatuor turbines, à quatuor plagis cœli urbem circũdederũt: uentus etiam magna ui intonuit, & urbẽ multo imbre alluit. Tertio nonas Augusti primo noctis principio cũ quaq; terrarũ tonitruus audiretur, & fulgura sæpius micarent, in urbem Leodiũ amplius ipse turbo desæuit, ita ut homines è stratis exilientes, Ecclesias tristi cœtu cõplerent, & tota nocte supplicationibus intenderẽt. Summo uero auroræ diluculo à parte orientis, ignis cum ingenti flamma cinxit tãtus, ut omnes diuinitus cremari extimuerũt. Post hoc magnus turbo erũpens ab occidente ipsum ignem uisus est aliquantulum obscurasse. Iterum aũt quasi uictor ignis cum flamma recaluit, et iterum turbine reuertẽte paululum dilituit. Tertio etiã ipse ignis recaluit, & tertio uiholominus turbine uictus cecidit. Hoc spectaculum à solis exortu usq; ad horam tertiam uehementer terruit.

GRando & glacies incõsueta Iunio mense uaria Saxoniæ loca afflixit. Lux solis lucẽ uincens, & crux in ea apparuit, ipso Paschatis die. Sus fœta in Gallia porcellũ enixa est, humana facie, gallinaceus quaternis pedib. ortus. Hyems intolerãdi frigoris, et mox fames secuta, luesq; animantiũ aggrestium, & domesticorũ, innumeræ aues, aperto cœlo dimicantes, exanimes ad terrã fluxẽrũt. Quadraginta dieb. in Italia tã horrẽdè mota est terra, ut uilla 1118





quędã uehementiore motu in aliũ ſit locũ translata. Per idem tempus Portus Veneris, oppidum nõ procul à Luna Hetruriæ urbe, marmore nobili, ſumma ope à Genuenſibus in Piſanos conditum, factaq; eſt Genuenſiũ Colonia. Piſani inſulas Baleares ceperunt. Boleslaus Poloniæ rex, cum Pomeranis bellum parauit, & Balduinus Hieroſolymæ rex 2. patrueli ſucceſsit.

MOnſtrũ quoddã Namuti natũ eſt, biceps uidelicet infantulus, tam ſexu duplex quã cęteris, ſimplex autem compage corporis. Tertio Idus Decemb. ad mediam noctem lucentibus






ſtellis

Digitized by Google



stellis, cœlo sereno 13. luna ecclypsin passa est, & contracto in orbe multis coloribus, sed maxime sanguineo, penè hora integra suffusa est. Decimotertio cal. Ian. 1. hora noctis igneæ acies à septẽtrione, in Orientem uergẽtes in cœlo uisæ sunt. deinde per totum cœlum dispersæ, plurima noctis parte uidentib. miraculo & stupori fuerunt. Et eo anno Paschalis papa moritur, cui successit Ioannes Romanæ Ecclesiæ Cancellarius, cui Gelasij nomen indiderunt. Balduinus secundus Hierosolymæ rex obijt.

PLuit sanguine. Lauans caput cruore manus pollutas inue- 1120
nit. Terra intremuit, urbes, domus euersę. Dormitãtes noctu cubilibus excussi sunt. Tonitrua, fulgura crebra, mortales attonitos fecerunt. Leodij subitò tranquillo aere turbo coortus, fulmine tres sacerdotes comprecantes in templo uesperi, pridie eius diei, qua Christus triumphabundus cœlos cõscendit, extinxit, mœnia, ædes subuertit, fœtor pestilẽs subsequutus est. Nubes solutæ fluminumque more effusæ, pecudes, casas, uillas, cum hominib. aquis operuere. Nubes sanguineæ, crux, homo candens in cœlo uisus. Exitium orbi terrarũ tum aduentasse credebant. talia prodigia bellum ciuile



portendisse in fastos relatū est. Quæ consequuta sint, uideantur annales Boiorum ab Auentino æditæ.

1121 IGnis immensus in orientali plaga circa auroram per sex horas flammas emisit, donec ex occidente aduenies turbo imbre copioso illum extinxit. Balduinus deficientibus sedulò Christianis ex Europa trāsfretatis multos Christi fideles ex Trāsiordane conuocauit, quos simul cum suis Hierusalem inhabitare fecit. Burdunus antipapa Sutriæ captus à Calisto in exilium missus est. Balduinus 2. Hierosolymæ rex Gazi Turcorum regem cepit, regēq; Damasci uicit ac cepit.

1124

MVlta & uaria prodigia passim acciderūt, quorū multitudo memoriā superauit, ne ad posteritatem peruenirēt. Inter reliqua autem accidit, ut mense post Pentecosten acre gelu terras affligeret, quo arbores & uites mirū in modum læsæ. Ostenta étiam in Sole & Luna acciderunt plurima. In pago Dullefelt puero genu intumuit maximè, quod cū aperiretur, effudit grana siliginis, hordei & auenæ. Henricus 5. imp. Hollādos rebelles domat. Fames maxima Poloniam & adiacētes regiones mirum in modum uexat.

1125 HYems solitò acerbior, & aggestu niuis nimis horrida & importuna fuit, & adeò quidē, ut multi ardore frigoris animā efflarent, in uiuarijs pisces glacie absorpti perirent. Secuta est pestis hominum animantiūq; maxima ex aëris intemperie.

1126 HYems iterum fuit asperrima, & tanta etiam fames ex fructuum penuria, ut multi fame & inedia perirent. In Albania ignobilis mulierecula monstrum bis gemini corporis est enixa, auersis uultibus, & corporibus sibi cohærens: Ante quidem effigies hominis integro corporisque membrorum

Digitized by Google





rum homine distincta, retro uero facies canis similiter corporis & membrorum proprietate integra. In Brachbanto uilla, alia mulier enixa est 4. masculos uno partu. In Geblacensi parrochia dum quidam paterfamilias mixturam segetum per penuriã faciens, moleret, in suę familię usum, in ipso opere farina cũ putoris nigredine ardere penitus uisa est. Eo anno Hẽricus 4. imp. Matildem coniugẽ, Hẽrici regis Anglorum filiam repudiauit, et paulo post dracunculi morbo diẽ obiit. Et Balduinus Hierosolymę rex à Sarracenis antea captus, redẽptione facta, ex carcere liberatur. Tyrum urbem maxima strage populi terræmotus ferè sub- 1128
uertit. Proxim anno Honorius secundus pontifex Max.



moritur, cui Innocentius secundus in pontificatu successit. Matthia Palme.

1135 OCeanus se effudit in continentem, bonamq; Flandriæ, Hollandiæ, ac Frysiæ partem subitò submersit, magna tum hominũ, tum pecudũ multitudine extincta. In Anglia terra tã horride mota est, ut ædificia passim corruerint. Defectus solis & lunæ, quẽ Græci Ecclypsin nominant, præter modum factus est.



ignis in plerisque locis per rimas terræ aliquot dies spirans, neq; aqua, neque alia materia extingui poterat. uentus nimius 5. Calend. Nouembris fuit, qui turres & ædificia multa diruit, & hoc anno Henricus primus Angliæ rex diem suum obijt, Stephano Franco siue Gallo, suo ex sorore nepote, successore relicto. Bellum cum Russis fœdifragis à Boleslao resumptum.

Tanta

TAnta fuit siccitas, ut maior hominum memoria non fuerit: in diuersis enim regionibus, flumina quę nauē ferebant adeò exiccata sunt, ut sicco pede perambularentur illorum aluei. In Francia etiam fontes & putei omnino exiccati sunt, & multi hinc inde sola sitis penuria perierunt. Lotharius secundam expe ditionem in Italiam fecit. Magnus Noruegiæ rex, ab Araldo exo culatus, regno exuitur. 1137



CRebra portenta hac tẽpestate in cœlo uisa, armorūq; ciuiliū strepitus intonuit. Falsi Prophetæ fa ctitijs miraculis populo im posuere, Iudæos trucidare cònati sunt. Diuꝰ Bernhar dus eosdē seruauit, ab ipsis abstinendū esse cœlesti ora culo admonuit, ne scilicet Deū mendacij arguamus, qui se reliquias eorum seruaturū pollicetur. Carnibus pluit, Cometę uisi, & cœlum arsit, Lupus triginta homines deuorauit. Rogerus de Sicilia post occupatū Calabrię ac Apulię principatū, papā Innocentiū 2. bello capit, ac facta cū eo qualicunq; pace, ut ab eo in regē coronaret obtinuit. Orta dissentione, inter Papam ac Francorū regem Ludouicū, ecclesia Gallicana turbat. 1141

PRodigij loco habitū est, uermiculos multos, quos multis regionibus cernere erat, nō longe à terra uolantes, ita ut manu uel uirga tangi possent, grositudine quidē muscis æquales, sed longitudine diductiores, quorum tam infinitus erat exercitus, ut unum penè miliarium in latitudine, tria in longitudine occuparent: densitate aūt sua ipsam solis lucem obscurare uidebātur. Per quā prodigiosam uisionē, illam quæ post quatriennū facta est, Hierosolymā tendentiū profectionē, quidā interpretati sunt figurari. Secuta est aūt hominū & pecudū intolerabilis pestilētia de aëris corruptione, unde & illa tum nata fuere animantia, quæ 1143

Digitized by Google




mortua auxerunt intemperiem aëris. Signa quoq; in cœlo apparuisse ferunt globos igneos uarijs in locis emicuisse, & deinde alia cœli parte se condiderunt. Angelicas multi interpretantur fuisse potestates, qui ad sacram expeditionem inuitarent mortales. Nam Papa in concilio Claromontensi excitauit Gallos. Petrus, natione Hispanus, heremita, excitauit cæteras nationes: & se præbuit ductorem, asserens è cœlis missam epistolam, quę ad eam expeditionem nationes hortaretur.

1147 CONrado Romanorũ, & Ludouico Franciæ rege cũ Francię atq; Germaniæ aliq̃t principib. expeditionẽ in terrã sanctã iam facientibus, circa crepusculũ facta sunt tonitrua in supercilio mõtis, & tẽpestas maxima, & ecce noctis medio, aqua proruẽs, omnia quę erant in uallis medio, & homines & iumẽta protraxit in mare, residui transierũt Constantinopolim, deinde ad brachiũ S. Georgij. Et Ludouicus rex Franciæ, dirigẽs iter uersus Hierosolymam, magnã partem perdidit exercitus sui. Homines Conradi regis, siti & fame perierũt, rege cum ualidioribus in Greciã reuertente. Alter exercitus eiusdẽ signationis, nauigio trãsiens, rogatu regis Galitiæ, Vlixbonam cepit, anteà Sarracenis, indeà Christianis inhabitatã. Bellum ortũ est inter fratres Russiæ duces, in q̃ Stephanus Geisę Vngarię regis filius Isaslao q reliquos fratres bello fatigabat, auxilio tulit. Emanuel Cõstantinopolitanus imp. perfidè Conradũ 3. imperatorẽ Germanorũ & suos tractauit, gypsum farinæ miscens, ex quo exercitus miserè perijt.

CONrado 3. Romanorũ imp. & Ludouico Gallorũ rege, in Asiã magno cum exercitu, pficiscẽtibus, dira prodigia uisa sunt, qb. uaria belli incõmoda, prędicta sunt. Vespere enĩ quodã nebula

nebula dẽsissima, cooperiẽs castra, maximè obfuit. Præterea, uni uersa papilionũ tegmina quæ sub diuo fuerant, adeò sanguine re- sperſa comparuerunt, ac si sanguinẽ cõpluisset. Quod uidẽs rex cæteriq; principes, cõiecerunt, se ad maximos la bores & mortis pericula euo catos. Nec fefellit eos conie ctura. Nõ enim multo pòst, appropinquante nocte audi ta sunt in mõtis supcilio fra gor tonitruũ, sonitusq; tẽpe statis: Et in medio noctis tor rens auctior erumpẽs, quic quid uallis humilior habuit, in momento eluit, & in mare proiecit.




LAuduni, tertio nonas Iulij factis tonitruis, in monasterio S. 1148
Vincentij monachis diurni officij cursum cõplentibus, duo ex his subito fulminis ictu corruẽtes expirauerunt, aliquidã tacti uel tanto periculo territi in morbos inciderunt, & demũ post lon gam ægritudinem obierunt. Fulmine etiam altaris lintheum u rente, & sacrarium penetrante, in alijs etiam locis hominibus, animalibusq; fulmine pereuntibus. Eodem tempore Hierosoly mis in templo Domini, & in monte Oliueti, fulminasse certum est. In territorio Gebenensi lupus quidam corporis magnitu dine, & animi ferocitate alijs dissimilis, sua rabie in ipso hominũ conspectu, triginta diuersi sexus & ætatis homines dilaniauit, atque deuorauit. Eodem anno obsessa & expugnata à Francis & Germanis Damascus, qui & à Saracenis antea deuastatus. Nora dinus post discessum imperatoris & regum, Antiochiã obsedit.

ECclypsis lunæ fuit undecimo Cal. Aprilis, circa horã nonam 1149
noctis, quã statim uentorũ intẽperies sequuta est, per 4. dies cõtinuos: audita sunt & uisa crebra tonitrua & fulmina. Ex qui- bus in territorio Verniorum iuxta Gandanũ, sacerdos quidam dum missam celebraret, fulmine ictus occubuit. Apud Remenses clericus

Digitized by Google

clericus quidã eadem tempestate periit. Eodem anno Ludouicus



Francorum rex, cum in Palestina fortiter contra Sarracenos pugnasset, & iam in Franciam redire constituisset, in naues Græcorum incidens captus est. Eugenius 3. pontifex, in Italiam regressus, cũ Romanis uario euẽtu cõfligit. Raimundo Antiochiæ princeps Calendis Augusti contra Turcas egressus, multis suorũ captis atque occisis, in insidijs eorum & ipse miserè est interfectus. Turci caput eius circumferentes, omnia fermè uel ciuitates quæ sui iuris erant, in deditionem recipiunt præter Antiochiam.

1150




CVm hyemali gelu terra uehementer induruisset, cespis plurimæ lõgitudinis & latitudinis de terra subito auulsus, longè ad alium locum translatus est. Et anno sequenti regina Hierosolymorũ infidelibus plus iusto fauens, multarum cladium in terra sancta autor fuit, contra quam Balduinus filius eius & rex insurgit, & captis munitionibus, demum Hierosolymam intrare permittitur. Reatina ciuitas post longam obsidionem à Rogerio Siciliæ rege, destructa est.

1152 TErræmotus fuit in partibus Italiæ. Conradus Germanorũ rex obijt, cui Fridericus primus dux, eius nepos successit. Cognomento Barbarossa. Rogerius Siciliæ rex obijt, quem admodum &

dum & Balduinus Hierosolymę rex qui è uiuis excesit quinto Calendis Octobris. Massamuti (quos quidã Moabitas uocant) post usurpatum Mauritaniæ regnum, regemq; patibulo affixũ, etiam regem Bulgiæ occidentes, regnum eius inuadunt, ipsamq; Siciliam, Apuliam, Romamq; ipsam inuadere minantur.





RObertus de Botua uir omni plenus nequitia, spiritu Zelotipię succẽsus, cum uirum quendam sibi familiarissimum cum uxore intra domunculam comburendos includi imperasset, Illic instar puerorũ triũ antiquorũ, ardente domo, & flamma super capita eorum, in modũ lucidę nubis uolitãte, illęsi homines mãserunt. Sol per totum diem Calend. Octob. obscuratus est. 1154


IN Burgundia factus est terræmotus nocte una, quo multa ędificia corruerũt. Anastasius quartus pontifex obijt. Henricus Normannorum dux in Anglorum regem à Theobaldo Cantuariensi archiepiscopo inungitur. Anno autem sequenti rex Fran- 1155


corum



corum Ludouicus Henricū Nordmanniæ, cum quo bellauerat, in amicitiam recepit.

REgnante Henrico secundo Angliæ rege, Calendis Octobris, per tres ferè horas uisi sunt tres circuli circa solē quibus subinde euanescentibus, duo soles creari uidebātur. Quo prodigio dissidium regis, & Thomæ Beketti Archiepiscopi Canthuariensis pronunciatum est portendere. Præterea signum crucis apparuit in luna, & statim Albericus miles Beluacensis uir sanctiss. pro fide Christiana passus est martyrium. Et Fridericus imperator Mediolanum ferè per septem annos obsedit, atque destruxit. Vitalis Michaël Venetorum dux, Vlrichum Aquileiæ patriarcham in bello, & 700 ex






Foroiuliana nobilitate cepit, atque Foroiulienses tributarios fecit. Mediolanum à Friderico Barbarossa imperatore oppugnatum atque in fidem receptum est.


Nix


NIx magna & frigus insolitũ fuit, pestis & ficca ęstas inde sequutę sunt. Facta est Romæ maxima Tyberis inundatio, qua multa hinc inde, magno hominum detrimento perierũt. Et eodem anno Guillelmus Sicilię rex ciuitatẽ Barum funditus euertit, excepto tẽplo D. Nicolao sacrato. de cuius alijs, hoc anno, rebus gestis lege Sigebertum. Tertio Cal. Iunij feria quarta uigilia Ascẽsionis Domini circa meridiẽ per dimidiã ferè horam circulus maximę latitudinis apparuit in circuitu solis ignei & cęrulei coloris. Obijt Vuilhelmus primogenitus filius Henrici regis Anglorũ, & sepultus est Radingis, ad pedes Hẽrici regis proaui sui. Fulgura & tẽpestates mẽse Iulio frequenter in Normannia acciderũt: Vnde in pluribus locis messis perijt & homines fulgurati interiere. Subsequuta est abundantia pluuiæ, quæ cœpit medio mense Augusti, quæ impediuit & collectionem messium, & subsequentem seminum sparsionem. Ex qua iugi inundatione pluuiarum, quæ diu durauit: multę turres & eccleśię & antiquæ maceriæ in Normannia, & Anglia corruerunt. Radulphus de Fulgerijs cepit in quodã conflictu Eudonem Vicecomitem de Ponehait, & hac de causa maior pars Britannorum receperunt Comitem Conauum in ducem Britanniæ, excepto Ioanne Dolensi, qui adhuc pro uiribus Conauo, & coadiutoribus eius resistit.



MEnse Septemb. uisi sunt tres soles unà cœlo omniũ serenissimo, & paucos post dies eiusdem mensis tres lunæ, & in luna medium locum occupante alba crux, Vnde ex Parisiensi & Bononiensi Gymnasijs, nec non Venetiarum quoq; doctores naturaliumq; rerum quã doctissimi perscrutatores uocati, prognostica interpretarunt: innuentes Cardinaliũ discordiã in electione

summi pontificis futurã, & principũ quoq; electorum, in electione Romanorũ regis, Nec fefellit cuctus homines ingenio acutissi





mos. Paulo enim post contra Alexandrum Romanum pontificem Maximum, quatuor alij non sine maxima populi seditione eligebantur, durauitq; annos 17. Subsequuti sunt quoq; nõ pauci terræmotus, à quibus non tantũ ciuitates & castra, imo etiam nationes quassatæ, concussæ, & penitus in quibusdam quoque locis euersæ sunt.



CAnutus Vualdameri Magni filius, posteaquam cum cognatis suis Suenone, & Vualdemaro de regno Danię dimicarẽt: Visa sunt magna signa in cœlo, uersus Aquilonem, species quasi ignearum facularum, & humani cruoris similitudo rutilantis. Nec fefellerunt portenta, statim enim Sueno rex uastauit Vuagiorum terram, & omnia longè lateq; bello uastata sunt.

Sabbato


SAbbato infra octauas paschæ in Abrincatio uilla quæ uocat Landa Aronis, circa meridiem quasi de terra emergẽs turbo maximus, quęcp proxima inuoluit & rapuit. Ad ultimum quasi quędã colũmna rubei & cęrulei coloris sub turbine ascẽdente in sublime stetit, & uidebant, & audiebantur quasi sagittę & lanceę in ipsam columnã defigi, licet nõ appareret intuentibus quis eam agitaret, & in turbine q stabat, super columnã apparebant quasi diuersæ species uolucrũ in eadem uolitantium. Subsequuta est illicò in eadem uilla pestis hominum intẽr quos & Dominus uillę occubuit. Nec solum in illa uilla, sed etiam in multis locis Normanniç, & finitimarum regionũ, hoc anno grassata est. Eo anno Mediolanenses iterũ rebellãt, quos Fridericus imperator denuò obsessos in deditionem redegit, & interea Laudam muris firmauit. Agareni ciuitatem Almariam in Hispania quam amiserant, obsidione cum nonnullis castellis, iterum ceperunt, fugato Ausorsio imperatore Hispaniarum. 1158

FActa est ecclypsis lunę & statim regina Franciæ uxor regis Ludouici, filia imperatoris Hispaniæ diem obijt, in cuius locum rex Adelam comitis Theobaldi filiam sibi associauit. Fridericus imperator expugnato iã Mediolano, Papiæ etiam ac Placentiæ turres deiecit, Longobardiamcp ferè omnẽ sibi subiecit. Sueno tertius Silandiæ rex, à Canuto regno pulsus, post triennale exilium, per Henricum Leonem Saxoniæ ducem, in regnum reducitur. 1160


FActus est terræmotus Calend. Ianuarij in pago Constantino castro sancti Laudi circa horam primã. Hoc anno mense Maio pax facta est inter Henricũ Anglię, ac Ludouicũ Galliç reges, renouatis prioribus pactis. Philippus Ludouici Francorum 1161

Digitized by Google

regis frater obijt. Mortua & Conſtantia regina Franciæ labore partus ſuperſtite filia cuius cauſa mortem accelerarat.



1163 MEnſe Iunio in Britannia minori ſcilicet in Recello, ſanguine pluit: & de ripis cuiuſdam fontis ibidem effluxit, nec non etiam de pane. Guillelmus rex Siciliæ tranſiens de Sicilia





in Apuliam cum magno exercitu, Roberto de Baſeuilla fugato cum complicibus ſuis, ciuitates & caſtella quæ à ſe defecerant recuperat. Fame ac peſte maxime laboratũ. Ramald9 de Caſtellione Antiochiæ, dum incautè in terram Agarenorũ intrat, multis fuorum

Digitized by Google

suorum occisis & captis, ipsemet quoque captiuus abducitur.



APud Senonas die Parasceues, cum ageret Alexãder pontifex Romanus diuinum officiũ, horribiles factæ sunt tenebræ, & dum lector passionem Dominicam personaret, peruenireţq; ad eum locũ, Consummatum est: fulgur tam stupendum cecidit, & tantus fragor intonuit, ut Alexander dimisso altari, & lector omissa passione, ac omnes qui aderant fuga sibi putarẽt consulendũ. Quo etiam tempore Archiepiscopus Colonienſis, Padeburnẽsis, Mindensis, & Monasteriẽsis episcopi, & Hẽricus dux Saxoniæ, obsident arcẽ Arnsbach, quòd Henricus comes multa aduersus singulos cõmiserit, & fratrẽ puerũ in carcere tenuerit, in quo mortuus est. Capit arx & euertit, Henricus aũt exulatũ abit. Postea tamẽ reuersus in gratiam, recepit arcem: quam post obitũ cõsignauit ecclesiæ Colonienſi, quæ totam hodie tenet ditionem antiquæ illius nobilitatis. Boleslaus Polonię rex Brutenos bello domat. 1164



OCtauo die Augusti in episcopatu Dolano de cœlo pluuia sanguinea decidit. Eo anno bellum Vandalicum iterum iuuante Henrico Leone Saxonũ duce, à Vualdemaro fortiter gestum. 1165

INRuthenẽsi pago, quędam tempestas graui flagello castigauit populũ. Lupietiã feroces ab uberibus




matrũ paruulos rapiebãt, & diris morsibus deuorabant. Valenses Henrico regi fidem non seruantes, terras promissas latrocinio infestãt. Richardus de Hũmer Conestalus Hẽrici regis conuocatis Baronibus Normãnię, & Britãnię mẽse Augusto castrum Combore in Britannia cepit.

1168

STellę duæ ignei coloris quarũ una erat magna, altera parua apparuerũt in occidente, fueruntq; quasi cõiunctæ, postea disiunctæ, longo deinde spatio apparere distantes, in uigilia natalis Domini. In octauis Pentecostes, inter Anglię ac Frãcię reges, in Vilcasmo frustra de pace tractatum est, re infecta ac intestinis odijs gliscentibus discessum est, uentum ad arma, igni ferroq; utrinque sæuitum maxime.

1169


TRes soles simul uisi sunt in occidente nonis Septemb. & post duas horas deficientibus duobus, is qui medius fuerat solus occidit, similiq; modo annis proximis tres lunæ apparuerunt.



Terræ

TErræmotus multas urbes, & ecclesias, oppida & uillas subruit, & multa millia hominũ terrę hiatus deglutiuit. Maiorẽ autẽ partẽ ædificiorũ casu operuit. Eodẽ etiã anno in Sicilia urbs Cathama ante horã primã subuertit, q̃ Episcopus & clerus, Abbas de Mileto, cũ 40. monachis, & de plebe circiter 15000. morte repẽtina perierũt, plura etiã castella in eadẽ insula ipsa hora cũ innumerabili populo cõcussa sunt. In partib. quoq; trãsmarinis, terræmotu magna Christianorũ pariter & Paganorum pars periit, urbes multæ subuersæ sunt. Contremuit Antiochia & Hierusalem. Et eodem anno rex Angliæ S. Thomam ab exilio reuocauit & ut Papæ & Ludouico regi Francorum promiserat, pacem constabiliuit. Romani uero Albam funditus destruxerunt.

SAcerdos quidam in Danorũ terra, quæ dicitur Alfse, assistẽs sacro altari, cum subleuasset calicem, sumpturus hostiam, ecce uisa est, in calice species carnis, & sanguinis. Ille timore perculsus, posteaquam Põtifici, & clero calicem uidẽdum obtulisset: Pontifex protestatus est, grauem Ecclesię imminere tribulationẽ, & sanguinẽ Christiani populi infundẽdum: quod breui etiam factum est. Vix enim elapsi erant dies quatuordecim, Sclauorũ exercitus in regionem irruens, omnia occupauit, ecclesias subuertit, & populũ omnẽ in seruitutẽ redegit, resistentẽ aũt gladio & igni persequutus est.



TErremotus maximi & ingens aquarũ inundatio per Germaniã facta. Eodem tẽpore etiã Callina ciuitas Sicilię terræmotu cõcussa, & ita prostrata est, ut magnus mortaliũ numerus ibi perierit. Rex Daniæ Rugiã inuasit & idololatriã extinxit. Menardus primus Liuoniæ Episcopus ab Alexãdro terio Pontifice Romano ordinat. Galliæ ac Anglię reges in Epiphania domini pace facta, reconciliati sunt. 1170


1171 TErræmotus multi iterum uarias prouincias quaſſarunt, & præcipuè Syriam atque Siciliam in quibus plurimæ urbes diu nutarunt, & quædam maxima ſtrage corruerũt. Oſſa cuiuſdam gigantis in Anglia per alluuionẽ detecta ſunt, cuius corporis longitudo 50. pedum erat. Saladinus Calypham Agyptũ dominum ſuum interemit & regno ſuo potitur. Florentini Senenſes ad Aſcianum uicerũt. Canutus olim Angliæ Daniæq; rex, inter diuos relatus.

1173 CAlen. Ianuarij crebra audita ſunt tonitrua, & diuerſa loca, ſacra & prophana diris fulminibus tacta ſunt. Et eodem anno & die ſequenti S. Thomas Cantuarienſis pro Chriſtiana religione, & fidei ſanioris confeſsione, martyrio coronatus eſt. Qui tamen anno ſequenti ab Alexandro Pont. ſummo canonizatur, & hinc totum Angliæ regnum Papæ ſeruile factum eſt.

1175 AEtna mons igneus iterũ arſit, quando ſonantibus ruinis, terra adeò fuit concuſſa, ut ipſius diuæ Agathæ domorum lapſu ſacerdotes omnes obruti ſint. Hocce temporis Alexander Pontifex, Fridericum primum imperatorem, qui aliâs Barbaroſſa dictus eſt, calcat pedibus, cuius collum pede comprimẽs, ait: Scriptũ eſt: Super aſpidem & Baſiliſcũ ambulabis, & conculcabis leonem & draconem, ac tum demum eum abſoluit. Fridericus contra dixit, exhiberi à ſe eam humilitatem nõ Alexandro, ſed Petro. Ad quæ reſpondit Alexander: Et mihi & Petro, ac ſic inter Imperatorem & Põtificem pax conſtituta eſt. Verum ſcio hæc Robertum Abbatem Montenſem Sigeberti Gemblacenſis continuatorem ac Stumpfium in annum Chriſti 1177. retuliſſe.



Facta



FActa est ecclypsis solis hora sexta, Idibus Septemb. Ortum est bellum Emanuelis imperatoris Constõtinopolitani cum Sultano. Circa festũ Pentecostes Longobardi & maxime Mediolanenses magno cũ exercitu insectantur Fridericum imperatorem, qui cũ in urbe Papiensi esset, fugiendo uix euasit. In nocte sancti Andreæ factus est uentus uehemẽs & in ipsa festiuitate, ac in p̃dicta uigilia apparuit lux mane ueniẽs ab Oriẽte usq; ad Occidẽtẽ, qua die pugnauerũt Christiani cũ Paganis apud sanctum Georgium de Ramula. Fuit hoc anno in æstate simul ac autũno maxima siccitas, unde & fata agrorum, messis ac fœnũ maiore ex parte periere. 1177




OCeanus Anglicus ita excreuit, ut multos exorbuerit mortales. Hoc anno Saladinus Ægypti rex Guidonem Hierosolymorum regem, bello ardentissimo uexauit, & totam Christianam Rempub. mirum in modum afflixit. Augenenses hæretici sacramentorum contemptores ac matrimonij detestatores, circa Tholosam conueniũt, cum quibus Theologi ac sacrarum literarum periti, ex quibus Petrus legatus Romanus potissimus erat, congressi, ad meliora reuocarunt. 1178

Decis



1179 DEcimoquinto Calend. Septembris facta est ecclypsis Lunę post octauam horam noctis dominicæ. Hyems secuta est omniū frigidissima in qua nix durauit usq; ad purificationē Marię uirginis. Fuit & exundatio aquarum maxima, ac potissimū apud urbem Cenomanensem & Andegauensem, ubi pontes fluuiorum rupit, ac ædificia innumera cum magno hominū numero auexit. Emanuel imperator Constantinopolitanus, uindicauit se de Solimanno Iconij, à quo antea fugatus erat. Petitus etiam maximo exercitu nunc Solimannus, adeò in fugam etiam uersus est, ut Iconij urbem uacuam plane militibus reliquerit.




1180 HOc anno factus est in Anglia bis uel ter terræ motus circa festum S Michaëlis. Quo etiā anno magna discordia facta inter Angliæ regē & suos filios propter castellū Clareuallis, q̄d erat de feudo Andegauen. Richardus autem comes Pictauensis clam

firma-




firmauerat illud. Rex Henricus senior misit exercitum in Britanniam, & obsederunt turrem Rhedonensem & ceperunt, ac combustam reædificarũt, & munierunt. Proterea Comes Britanniæ magnam partem ipsius ciuitatis combusit: & abbatiam sancti Georgij & Becherel castrum Rollandi de Dinam.



IN media quadragesima factus est terræmotus in Gothia, et in sequenti mense Aprili ecclypsis lunæ. Orta est discordia inter Philippum Francorum regem, ac Philippum Comitẽ Flãdrensem propter comitatum Viromandensem. Fridericus imperator Henricũ filium suũ Italiæ ciuitatibus præfecit. Bela tertius Hungariæ ac Bohemię rex, capto Vladamiro duce Halicensi, mittit Andreã filium, qui Halicensem ducatum occupauit. 1187


Eccly-


1186



ECclypſis Solis facta, ꝗmaxima peſtis in Polonia & Ruſcia ſubſequuta eſt. Lucio tertio pontifice mortuo, Vrbanꝰ quartus in ſede Romana ſucceſſor factus eſt. Hyems huius anni fuit calidiſsima, quo factum, ut terræ fructus ſolitò maturius prouenerit. Meſsis enim in Maio, uindemia autem in Auguſto erat.


1187 ECclypſis Solis facta in die Ioan. Baptiſtę, hora ſexta diei. Balduinus Hieroſolymæ rex à Saladino Aſiæ ac Syriæ rege cum multis nobilibus captus eſt.





1190 IN Anglia crux circiter meridiē, in cœlo apparuit, quū Ricardus rex Anglorum ac Philippus Frācorum in Saladinum bellum comparabant. Hoc anno poſt Friderici Barbaroſſæ imperatoris mortem, Henricus 6. filius in imperio ſucceſsit. Colonienſes aūt ac alij rebellarunt. Luneburgū Germaniæ, ac Berna (Heluetiorum hodie) Vchtlandiæ, ciuitates ædificatæ ſunt.

Solis



SOlis est magna facta defectio. Saladinꝰ post longam Christianorum factam persecutionẽ & cædes perpetratas apud Damascum obijt, & eius regnum à filijs diuidit. Quapropter Saphandinus Saladini frater, grauatus, eò quòd nullam regni partẽ sibi Saladinus reliquisset, eiusdem filios regno pepulit, et ipse solus in futurum regnauit. Henricus imperator accepta à Richardo Angliæ rege pecunia, exercitũ cõscribit, in Apuliã mouet, ac Salernũ expugnat. Pax perpetua inter Polonos & Vngaros confirmata, unde Russia Polonis cessit. 1195

IN pago Belluacensi inter Claurum montẽ & Compenniũ tantæ pluuiæ cũ tonitruis, ac fulminib. tẽpestatibusq; factæ sunt, ut omnem hominũ memoriã superarint. Lapides enim ad quantitatẽ ouorũ quadranguli mixtim de cœlo cũ pluuia cadentes, ar 1194





bores fructiferas, uineas et segetes penitus destruxerũt. Villæ q̃q;

Digitized by Google

in plurib. locis à fulminibus deſtructæ, atq; cõbuſtæ ſunt. Corui etiã immenſæ multitudinis in aëre de loco ad locũ uolitãtes cum roſtris uiuos atq; ardentes carbones portare uiſi ſunt, quib. domos incendebant. Eo ipſo etiã die in epiſcopatu Laudunenſi caſtrum quoddam, circa Clauimontem fulminibus de cœlo penitus, deſtructum eſt. Eteodem anno Hẽricus imperator totam Apuliam Calabriam atq; Siciliam (quæ iure hæreditario ex parte uxoris eum contingebant) imperio ſuo ſubiugauit.

1196



IN Martio menſe ſubita & nimia aquarũ fluminũq; inundatio facta, plurib. in locis ꝙillas deſtruxit, oppida diruit, & habitãtes in eis magna ex parte extinxit. Eodẽ anno Philippus Auguſtus Deodatus Frãcorum rex duxit uxorem Mariã, ducis Marouiæ, Bohemiæ, Marchionisq; Hiſtrię, filiam. Henricus Leo dux Brunſuicẽſis ac Luneburg. in die S. Sixti obiit, cui ſucceſsit filius Henricus qui et comes Palatinus Rheni fuit.

1197



EXortę tempeſtatis ui, lapides cum pluuia de cœlo ceciderunt. Henricus imperator Chriſtianis ſubſidia in Syriam mittit, quæ ꝓximo deinde anno, mortuo Rom. Henrico reuertunt. Quapropter Chriſtiani qui in Syria remanſerant, deſtituti omni auxilio eius prouinciæ dominium

nium penitus amiserunt. Bellum inter Conradum Sueuiæ ducem ac Bertholdum ducem Zeringensem ortum, in quo Conradus obijt. Henrico imperatore procurante, Fridericus imp. filius in cunis uagiens, rex Romanorum constituitur.




PLeraque prodigia hac tempestate in annalles relata sunt. Terræ tremor 4. nonas Maij, orbē terrarum afflixit urbes, casas, ædes, tēpla subuertit. Apud Longionas, pagum Boiariæ, qui, cum Hercinio iugo ad Bohemiā pertinet, annum & sex menses continuatus est, incolę relictis ædificijs, sub dio atq; Ioue frigido manere coacti sūt. 1198

Apud Rossetū, dum sacrificulus solito more missam celebraret, uinum in hominum conspectu mutatū est in sanguinem, et panis in carnem, sicolim Augustæ Rhetorū hostia sacra in carnem cruentā uersa est. In Vermendesio miles quidā, qui mortuus fuerat, reuixit, multaq; futura multis prædixit, & postea etiam sine cibo & potu longo tempore uixit. In Gallia circa festum Ioannis Baptistæ, ros in nocte de cœlo cadens, mellis dulcedinē superabat. Mense aūt Iulio, orta est tempestas ualida, tantæq; magnitudinis lapides de cœlo ceciderunt, ut suo impetu à Tremblaco usque ad monasteriū Chalē, & loca adiacentia non segetes modò, uineas, sed ipsa etiam ne-



mora, & hominum precioſa ædificia, deſtruxerunt. Eteodem anno menſe Iulio, Philippus Auguſtus Deodatus Franciæ rex cõtra omnium opinionẽ, ipſiuſq; regis edictum Iudæos in priſtinum ſtatum Pariſijs reſtituit, & eccleſias Dei grauiter perſecutus eſt. Philippus Barbaroſſæ filius contra quẽ electus eſt, & à Papa cõfirmatus Otho dux Saxoniæ, et regnarunt magna diſcordia annis decem, & Otho ad Moſellam demum fugatus eſt.



1206



TEræmotus ingẽs meridiano tempore excitatus, aliquot diebus conſequentibus, multa ædificia in Polonia, et in uicinis regionibus conquaſſauit. Quæ res inaudita propemodũ in his regionibus, prodigij loco habita eſt. Eodem anno Cõſtantinopolis à Gallis, & Venetis capta. Imperator Conſtantinopolitanus Alexius, regno pulſus, Haliciã ad Romanũ confugit. Alſatiam uaſtauit Philippus imperator Barbaroſſę filius, ac munitiones quaſdã expugnauit Rubeaquenſium, ac Ferriburgi arcis, q̃ in ipſo oppido eſt, muros fregit, ferroq; ac flãmis infeſtauit oñia, ut copioſe in urbis Rubeaquẽſis dulciſsimæ patrię deſcripſione alibi annotauimus.

1202 DIe trigeſima Maij menſis fuit terræmotus quo uox etiã terribilis audita eſt incerto authore. Magna quoq; pars urbis




Achonensis cū Palatio regis corruit. Tyrus penè subuersa est. Archas oppidum munitissimum ad solum usq; diruit. Tripolis maxima pars ruit, & magna hominum pars suffocata est. Hunc terræmotū secuta est magna agrorū sterilitas, apud exteros ingēs fames, famem autem horrenda pestis. Innocentius tertius Pontifex excommunicat Philippum imperatorem bis, ac imperatoria maiestate priuat, subditos autem suos absoluit.

TEmpestas horrenda per loca plurima, profligat segetes & ui 1205
neas. Philippus imperator Othonem cōtra se à Pontifice Innocentio tertio electum bello insectatur, eum Coloniæ Agrippinæ obsidione cingit, Verum Otho in conflictu quodam cum Colonienſib. habito clam fuga elapsus, ad Angliæ regem se contulit. Philippus autē Colonienses subegit, ac Aquisgrani ab Archiepiscopo, rex coronatus est. Lituani, quorū nomen hoc tempore primum agnoscitur, Russiam magno exercitu inuadunt, sed uicti discedunt. In Germania Cōradus Episcopus Herbipolensis, à suis ministris occisus est.

PRidie Calen. Martij, fuit ecclypsis solis hora 5. diei, & sequen 1206
ti mense Adela regis Philippi mater obijt, Quæ in Burgundia sepulta est iuxta patrem suum Theobaldum. Mense Decēbri pnicioſa in multis Italiæ simul & Galliæ locis, facta est fluminū inundatio, quæ nō pontes tantū, & laquearia hincinde ædificiorū fregit, sed quāplures etiā domos, ac lapidū moles euertit. Ioannes


Richardi frater Normanniæ dux & Angliæ rex, Anglia egressus, contra Philippum Francorum regem bellum suscipit; iterum ob militum pestem factę sunt duorum annorum inducię.


1207 IN festo sancti Nicolai, in Gallia magna audita sunt tonitrua, quorũ impetu, multa sacra & prophana ædificia, fulminibus incensa, atq; prostrata sunt. Sequuta est, aquarũ mirabilis & pernicioſa inundatio. Eodem anno Satellia ciuitas munitissima à Paganis capta & deuastata est. Philippus Barbarossæ filius imperator Germanorũ Babenbergæ occiditur, in cuius locũ Otho quartus substituitur, qui solus imperauit annos quatuor Philippi filiam in uxorem sibi copulans, magnam Germaniæ partẽ ad se traxit.


1211 

APparuit in Polonia grãdis Cometes mẽse Maio .18. dieb. durãs, & supra Poloucos, Taniã & Russiã gyrans, caudãq; in occasum porrigens & aduentum Tartarorũ significans. Vnde sequenti anno gens Tartarorũ in diem illum ignota, occiso, ut fert, proprio rege Dauid, de submontib. Indiq; confluxisq; pluribus nationib. septentrionis ad Polucos (quos alij Gothos appellant) uenit. Vtraque Sarmatia grauiter multis bellis afflicta est. Polouctj & Russi à Tartaris uicti sunt, in clade Conradus Crispus Henrici Barbati Vratislauiensium ducis filius interijt.

1218 IN prouincia Colonienſi, et diocœſi monaſterienſi, in uilla, Ledon Fryſiæ, menſe Maio crux triplex apparuit in aëre, una candida uerſus aquilonem, alia uerſus meridiem eiuſdem coloris, tertia uerò medio colore depicta, habens crucis patibulum, & figuram hominis in eo ſuſpenſam, eleuatis bracchijs, & extenſis, cum infixione clauorum in manibus & pedibus. Capite







pite autem inclinato, quæ media erat inter alias. Eodem tẽpore in uilla quadã Frysiæ apparuit crux cęrulei coloris iuxta solẽ, item alia huic planè similis, sed paulo post in diocœsi Traiectẽsi. Et statim contra Saracenos Christiani nominis hostes, susceptæ sunt grauiores expeditiones, ad Christianæ fidei defensionem. Vinc. lib. 31. cap. 73.

Otho imperator naturę debitum soluit, & Fridericus mox in imperio confirmatus est. Gonradinus Hierosolymæ & Syriæ rex Sarracenus, omnes Christianos Hierosolymæ degentes misere occidit.

1221

IN Anglia & alijs regionibus finitimis multa uisa sunt prodigia. Apparuit enim Cometes immensæ magnitudinis, terra uehemẽter mota est, audita sunt cum magno cœli fragore, crebra tonitrua, quæ cũ raro in Anglia, ęstiuo etiã tẽpore audiant̃, eò fit ut quoties cient̃, loco prodigij habeant̃, itẽ imbres cõtinui, cũ tanto



flatu uentorum, ut multis deiectis ædificijs, mare latius solitò euagatũ sit. Imbres toto uere fuere in Polonia, quos deinde fames maxima adeo uexauit, ut magna hominũ pars sola fame ac penuria rerũ perierit. Fuere hoc anno magni motus, & bellici tumultus in Anglia, sub Hẽrico eius nominis rege tertio. De quibus leges Polydo. Vergil. libro 16. Anglicæ historiæ, ac Lilium in sua Chronologia. Philippus Francorum rex è uita migrauit, Ludouico filio successore relicto. Fridericus imperator, ab Honorio Pontifice imperij dignitate priuatus est, unde multa bella exarserunt.

1223 COmeta crudelis per totam Franciam uisus est. Fratrum minorũ ordo per Honorũ Pontificem maximum institutus ac confirmatus est. Damiata iterum militum oscitantia amissa. Vualdemarus, Daniæ rex, ab Hẽrico Suerni comite per insidias captus est.





Sub

SVb Honorij tertij Pontificis exitū terra adeò grauiter in Alpibus in Saluiorū gente mota est, ut quina hominū millia sint ædificiorum ruinis obtrita, ex lateribus montiū, molibus auulsis, atq; in subiectas ualles cultu frequentes, cum pernicie hominū & pecorū prouolutis. Ludouicus dux Bauariæ Henrici regis procurator & tutor per imperium efficitur. Henricus Barbatus Veratis lauiæ dux Lenskoni rebellat, & pax paruo constitit. 1225

ORta est tempestas maxima uentorum, procella fulgurum, coruscatiō, & fragor tonitrui, quæ passim multas ædes uel incendit, uel subruit. Insuper tanta maris inundatio est suborta in Phrysia, quanta à Noę tęporibus non fuit, quę inuoluit omnē terram maritimā Phrysię & Hadelerię, & omnē terram limosam atq; palustrem. Albis & Visurgi, submersa. Tūc perierunt hominum multa millia, & iumenta sine numero. Diuites ac potentes 1230



euis loci, dum securè delicijs ac uoluptatibus indulgerent, subita tempestate correpti atq; absumpti sunt, erat autem decimus dies Februarij, quando hæc tępestas omnes aggeres manufactos disrupit, & maris intemperiem in mediam terram effudit. Eo anno Vladislaus Leskonogy, à Vladislao Otthonis fugatus, regnoq; maioris Poloniæ exutus est. Franciscus nudipedorum monachorum Patronus, circa hæc tempora à Gregorio nono pontifice canonizatur.


Hac

1233 HAc tempestate prodigia pleraque futuras calamitates portenderunt. Magna pestis in homines, pecudesq; iuxta debachata est. Vniuersa flumina gelu constiterunt, acuto, uernoq; demum calore soluta, casas, horrea, pontes, mœnia, arbores subuerterunt. In Rathstadio oppido in Alpibus Noricis, quas Taurum incolæ uocat, infans cornutus natus est, uagitus atque ploratus eius quatuordecim ante dies quàm ederetur auditus. In agro Fruxinensium meridiem uersus, murium agrestiũ ingens uis, examẽ subitò natum messes populatur, segetes, herbas, fœnum, radicitus depascitur, indefugatis accolis, execratum locum mutare, auitos lares deserere agricolæ coacti sunt. Tertio nonas Iulij, Sol interuentu Lunæ duas horas continenter occultatus est. Luna sex angulis, uersus Orientem protensis uisa est. Pridie quoque nonas Octob. rursus Solis radios Luna interpositu suo auferente terrę meridie stellæ quasi noctu colluxere. Pleraque alia huiuscemodi prodigia in annalles fastosque relata sunt. Factiones, fraudes, scelera, cædes, bella ciuilia, quibus omnia diuina humana commixta, Respublica Christiana discordiæ malis contusa, prædæ paucorum libidini facta est, consequuta sunt. Videantur annalles Boiorum, quæ diligentissimè Auentinus exequitur.




1239 SOlis magna est facta defectio. Anno proximo Gregorius nonus Pontifex maximus cùm annos quatuordecim sedisset mortuus est, cui successit in pontificali dignitate Celestinus quartus. Factiones Gibelinorum pro imperatore, ac Vuelphorum pro Pontifice in Italia ortæ, multarũ calamitatum causæ fuerunt. Episcopus Colonienſis ab imperatore captus est.

In Sa-






IN Saxonię ſyluis uerſus Daciã, in deſerto muricæ (nemore) quędã animalia capta ſunt monſtroſa, ferè in omnib. habentia figurã hominis. Ex qb. fœmina quidẽ mortua eſt canũ morſibus acuenatorũ uulneribus. Maſculus aũt captus eſt domeſticus, ſup pedes interdũ erectus gradiẽs. Didicit loq impfectè ualde & non multa uerba, habuit uocẽ exilẽ ſicut capreolus. Rationẽ nullã habuit, de ſeceſſu & egeſtione ac alĳs talib. uerecundabat. Appetĳt autem coire cũ mulieribus, & has publicè qualeſcunq eſſent, tempore libidinis opprimere tentauit. Albertus Magnus & ex eodem Geſnerus libro 1. hiſtoriæ animalium de quadrupedibus. 1240



IN Saxonia uiſus eſt Cometa iuxta polũ ſeptentrionalẽ, qui ſuos proĳciẽbat radios inter orientẽ & meridiem, magis dirigendo eos ad orientẽ. Sequenti anno Tartarorum rex in Polonia magno exercitu incurſione facta, igne & cæde omnia cõplet. Poſtea per Morauiã in Vngariã iter capiens eam tribus annis miſerè afflixit.

In An-

1241




IN Anglia ſub Henrico tertio rege in ipſo Ianuario apparuit Cometes, diro aſpectu per triginta dies ferè continuos & hoc anno Hẽricus rex in Vualliã cũ expedito exercitu, contra Dauidem proficiſcitur, ac ſeditionis autorib. captis, pœnaq; affectis, Vualliam in ſuam poteſtatẽ redegit. Eodem etiam anno Iſabella Friderici imperatoris uxor, eademq; Henrici ſoror, moritur, cum mira fuiſſet etiam ſolis defectio. Gregorius nonus pontifex obijt, in cuius locum Celeſtinus quartus ſuffectus eſt. Fridericus Fauentiam, Parmam, & Bononiam munitiſsimas Italiæ ciuitates expugnat, Bononienſe ſtudium Paduã transfert. Bathi Tartarorum rex, Poloniam magnis uirib. ingreſſus, populatione, igne, cædeq; omnia cõpleuit.



MOns quidam maximus in Burgundia imperiali à monte dehiſcens uallesq́ue coartans, multa hominum atque pecorum millia oppreſsit, currens præterea per multa miliaria ad quinque millia hominũ ſuffocauit, ac tandem deuaſtatis omnibus, ad alios montes mirabiliter reuerſus eſt. Anno igitur proximo Sarmatæ ingenti multitudine eorum fines egreſsi, cædibus primo ac rapinis Græciæ prouincias inuaſere, mox inde per Pannoniam deprædantes in Germanos quaſi ſeua nymborũ procella feruntur, ac maxi-


ac maximis cladibus illas prouincias afficiunt. Celestinus quartus Pont. Max. naturæ debitū soluit, & in eius locum Innocentius quartus electus est. Hugo puer Christianus à Iudæis in Britannia crucifixus est in Christi saluatoris contemptum ac Christianorum contumeliā, ob quod scelus multi Iudæorum occisi partim, parti m fugati sunt.



IN Anglia horrendo motu terra concussa est, quo multa ædificia corruerūt: quæ res quanto rarius in insula contingere solebat, tanto tunc pro maiore prodigio habita est: sed in Gallia multo grauius ea labes facta est. Anno sequenti Ludouicus Francorum rex, in Ægypto contra Sarracenos fortiter militat. Vuilhelmus Lōgasparta in Asiam cū selectis militibus proficiscit. Alexander Scotorum princeps moritur. 1248



COmeta in Germania per aliquot menses uisus. Ventus præter solitū uehemēs, siluas, casas, domos, arbores euertit, mortalibus uniuersis, & pecoribus maxima detrimēta inuexit. Cœlo sereno tactā fulmine castra. Cum ad montem Attinū collatis Florentinorum & Pisanorū signis decertatum est, monstrū in agro Veronensi æditū, ex equa quadrupedem fœtum humano capite. Ad cuius murmur, uagitū, & confusum humanæ uocis sonitum occurrens ruris illius accola, & nouo attonitus spectaculo, exacto ingenti gladio monstrum occidit, quam ob causam ad iu- 1254





dicium tractus & de monstruosi partus origine, & de accidendi causis interrogatus, horrore atque abominatione rei tantum se fecisse respondit, quo audito suspitionem omnem ademerunt.





1255 IN Anglia mare præter solitū excreuit, apparuit Cometes ingens, ac crebrò loca eminentiora de cœlo tacta sunt. Quæ prodigia sequuta est statim in Anglia mors Gualtheri Eboracensis antistitis, uiri magnæ uirtutis, qui annos 40. eam prouinciā pontificalem obtinuerat. Genuenses Pisanis iuncti, armata classe Venetias obsident ac illorum naues & litora deprædantur.

Ado-

A Dolescens quidã Friburgi in Misnia ut suis potiret amoribus, à Mago in locũ ędium desertũ deducit, cui cũ spectrũ puellæ illius, quã amabat imagine, per malefici incantationes se obtulisset, amator ille perditus, manũ ei porrigens, à malo dęmone parietibus alliditur, & miserabilem in modũ necatur: qui eius quoq; cadauer tanto in Magũ impetu proiecit, ut semianimis longo tempore iacuerit. Hoc horrendum punitæ libidinis exemplum, ad deterrendos stultos adolescẽtes, refert Siffridis prębyter, qui Alberti primi imperatoris temporibus uixit. Eo anno Bela quartus Vngariæ rex Othacaro Bohemorũ regi bellũ infert, & ab eo uictus Hamburgum fugit, in Italia Guido Nouellus Florentinorum dux factus. Vuelforũ sectatores Florentiam relinquunt, Florentia autem Manfredo subditur. 1260





STella quam Cometam Græci uocant insigni magnitudine supra tres menses apparuit, & eadem ipsa nocte qua Vrbanus eius nominis quartus Romanorũ Pont. Max. obijt extincta est. Bõdogodar Soldanus Christianos in Syria debellat. secuta prętereà est acerba pestis, qua pecora ac homines perierũt. In Prussia Cruciferi aduersa fortuna usi, qui penè à barbaris deleti sunt. Russorum facta est in Poloniam incursio. Massouia à Littuanis 1264



& Bruſsis uaſtata eſt. Mouit è Galliſs cũ exercitu Carolus, ſuperatoq; Mãfredo (rege Siciliæ) regnũ Neapolitanũ occupauit. Biennio poſt Pæni in Hiſpaniã traiſciũt, magnasq; clades inferunt, tandemq; fugati ac cæſi, in Hetruria quoq; magni tumultus excitati, ac prælia facta ſunt. Anno tertio à Cometa, Banducar Babyloniorũ atq; Aſſyriorum rex, Armeniam ingentibus copiis inuaſit, Antiochiam expugnauit, ſtragemq; ingentẽ Chriſtianorũ edidit. Vide plura quę ſcribit Pontanus in Cõmẽtariis in centũ ſentẽtias Ptolomęi.

1265 BAſileæ Rauracorũ, pernicioſa Birſi fluuij inundatione multũ damni oppidanis illatũ eſt. Hẽricus epiſcopus Baſiliẽſis, ac Rodolphus Habſpurgenſis poſt longas diſſenſiones arma arripuere. ortum igitur bellum inteſtinum etiam in urbe, in qua nobilium factiones gliſcebant, ac albę ſtellæ ſodalitium Rodolphi. Pſitaci uero epiſcopi partes defenderunt. De qua ſeditione copioſe leges apud Stumpfium in Heluetiorum Chronicis.

1268



CIrca hæc tempora ex ouo, puenit anſer mõſtroſę formę quẽ ſeuidiſſe refert Albertus, cum duplici collo, quaternis pedibus & alis, dorſo uno, ut uideretur anſer unus aliũ deferẽs: ſed non diu uixit.


1269

IN Cracouienſi regione (ut à Martino Cromero li. 9. Polonicæ hiſtorię ſcriptum eſt) honeſta quædã matrona Margarita Vir-


boslai

boslai comitis uxor triginta sex pueros uiuos uno partu edidit, uigesimo die mẽsis Ianuarij. Sexta uero die Decẽbris crepusculo nouus & insignis splendor, in figurã crucis efformatus, cœlitùs nõ modò urbẽ, sed omnẽ circumcirca regionẽ illustrauit. Calissę intra octauũ diẽ natalis Christi natus est uitulus cũ duob. caninis





capitibus atq; dentib. & septẽ pedibus uitulinis: capitũ autẽ maius quidem in loco suo, minus uerò ad caudam situm erat. Ab eius cadauere canes atq; uolucres abhorruere. In Silesia uerò apud Machalouũ pagũ, & inter Odrã, & Nyssam fluuios, triduo sanguine pluisse dicitur. Hoc anno graue bellum inter Boleslaum ducem Poloniæ, & Calisiẽsem. Item Saxones, siue Marchiones Brandenburgenses, recruduit. Sulentia expugnata, & incensa, & æstas eius anni tota ferè continentibus pluuijs, & insolita aquarũ inundatione, nõ modo segetibus, uerum etiã pecudibus & iumentis pagisq; & oppidis, plurimum incommodi attulit.



1274 IN Anglia post terræmotum, quo multa ædificia corruerunt, sanguine in Vuallia pluit, quasi prodigium exitiale illę genti, cuius sanguine breui tempore post, ea regio passim maduit, sub Leolino Griffinigio, qui nouas seditiones in Anglia fecit, & Francos sibi socios fecit.





1274 IN Germania prope Lauffenburgũ oppidum in finibus Heluetiorum ad Rhenũ fluuium situm, natus est infans manibus ac pedibus anserinis, horrendo capite.

1276 RHenus fluuius ex uehementioribus imbribus adeò intumuit, ut alueum suum prætergressus, multa hinc inde in planicie auulserit atque auexerit, Basileæ pontem fregerit, ibidemq; circiter centum homines magno impetu submerserit. Grandinis impetu circa montem Boccetium in Heluetijs non terrę sata tantum sed pecudes ac armenta infestata sunt.

1275 IN Cracouiensi territorio puer quispiam dentatus eodem quo natus est die, distinctè & articulatè locutus est, donec religioni Christianæ initiatus, & dẽtes, & sermonis usum amisit. Alius uerò semestris in urbe Cracouiẽsi proloquutus, Tartaros aduenturos, & Polonorũ capita pręcisuros esse prędixit: Rogatusq;, diuinitq; id se scire, & sibi quoq; illud malũ impẽdere, respõdit, Quod post annũ duodecimũ demũ euenisse satis cõstat. Hoc anno fuit bellũ Silesicũ. Polesienſis terra & Prussia à Masouijs, et Cuianijs deua-

deuastata est. Postea Rudolphus imp. bellum Boëmis intulit.

IN Polonia circa Cracouiã apparuit in ea nocte media, in qua initium anni est, cœlũ clara & nõ iniucunda luce ad breue tempus resplendens, in lacu deinde quodã dæmonem quendam à Piscatoribus exemptum fuisse memoriæ proditum est. Ad eum hyberna glacie cõcretum, uicinis cum sacerdotibus uexilla, cruces, & reliquias sacras, quibus uis dæmonum, propulsaretur, ferentibus piscandi gratia, conuenisse. Immisso autẽ reti, primo quidem tractu, cõtendentibus piscatoribus, tres piscículos, altero nihil nisi rete cõuolutum, tertio denique monstrum horrendum, caprino capite, & in speciẽ ignis ardentibus oculis extractũ esse fert. Territis aũt & diffugiẽtibus cunctis, spectrum illud sub glaciem sese immersit, ac toto lacu discursans terribilem strepitum & sonitum edidit: afflatique abeo nonnulli homines fœda ulcera retulerũt. Obijt hoc anno Boleslaus Pudicus Poloniæ rex, Boleslaus item Pius Calisienſium dux, item Boleslaus Caluus seu Rogatra Legnicienſium dux. Ottocarus secũdus Bohemorum rex in Austria, cõmisso cũ Rodolpho Cæsare, & Ladislao rege Vngarorũ prelio, ꝓditione suorũ, occubuit.



1276




IN Argoia Heluetiæ ꝓuincia, nobilis quędam matrona leonẽ crudelissimũ animal peperit, quod quidem Ioannes Stumpfius in Heluetiorum Chronicis, anno qui à natiuitate Christi 1278. esse factum scribit, licet alij historici in aliud tẽpus reijciãt. Eo anno defuncto Ioan. 21. Põtifice, Nic. 4. in eius locũ electus est, Bel-


1278

Digitized by Google

lum inter Rodolphum Cæsarem & Otacarum Bohemorum regem ortum, ac in campis Austriæ trans Danubiũ cruento prælio conflictũ. Rodolphus uictor Sueuorum Alsatumq; uirtute factus est. Otthocarus uerò strenuè pugnans occubuit.

1278 SOl defecit, quum luna triduo ante ĩdem passa esset, & Mercurij stella uisa est in medio sole, uelut macula nigra. Per idem tẽpus, Carolus Magnus ex Hispania uictor rediens ad Pyreneos





montes, Vasconum insidijs exceptus, ingentem accepit cladem. Cæsar Pontifici Romandiolam & Exarchatum Rauennatẽ concessit, qui Bertholdum Vrsinum nepotem suum Romandiolæ comitem declarauit. Senatorium munus sibi Papa retinuit.

1280 ALphõso Arragonũ regi huius nominis secũdo, in Ouitensi templo crucem aureã sine humano artifice apparuisse memoriæ proditũ est. Eo anno rex cum Caroli Magni auxiliaribus copijs, superatis Sarracenis, fines Austurũ depopulãtibus, Vlyssiponam Lusitaniæ ciuitatem, suæ ditioni subiecit.

AD populũ prędicãte plebano Thuricẽsijs ecclesię, apud tũbas martyrũ ibidẽ patronorũ, lapis uiolẽter nullo mouente cõfractus, tãtũ legit fecisse sonitũ atq; fragorẽ, ut omnis populus cõcussus metu tremuerit, ac si testudinis arcus corruerint. Eodẽ anno tertio Octobris maior pars Turegi igne cõsumpta, ac insup. dissensionib. ciuiũ seditione populi, irruẽtib. censuris Ecclesiasticis siue excõmunicationib. mirũ in modũ cõcitata, ruinę patuit.

Eodem

EOdem anno cum in Traiecto homines utriusq; sexus, in ponte fluminis choreas licentius ducerẽt, ac sacerdotem, qui sacrã sinaxin ad ęgrotantem deferret, contemnerent deriderẽtq;, ponte fracto, in Mosam p̃cipitati, circiter 200. ex illis diuina ultione absorpti, cõtẽptæ simul religionis, ac leuitatis suæ pœnas dederũt.

FErunt Tyberinũ amnem Romæ adeò insolenter auctũ, ut ad Pantheũ, quod nũc diuæ uirginis a omniũ sanctorũ est templum, aram maximã quaternis pedibus & amplius supergressa sit fluminis alluuio. Nicolaus quartus eius nominis Põtifex Maximus, anno sui pontificatus tertio mense octauo obijt, cui successit Martinus quartus. Hamburgum Saxoniæ incendio maxima parte consumptũ est. Anno sequẽti Pisæ à Germanis dirutę. 1284

INMartini quarti Papę pontificatu ex illustri quadã fœmina põtificis necessaria, natus est puer uillosus, & in speciẽ ursi unguiculis armatus, q̃ mõstrifico partu permotus põtifex omnes ursorũ imagines, q̃ fortè in eius domo fuerũt, iussit deleri, manifesto argumẽto receptę ab ea imaginatiõis ĩ cõceptu. Incidit id mõstrũ in 1. Martini Põtificis annũ, q̃ tẽpore in Tyrrheniæ ora apud Centumcellas captus est piscis, absoluta leonis specie, qui mare extractus, humanã uocem ululatu expressit, ad Põtificis conspectum 1282





delatus est, qui in urbe ueteri tunc fortè erat. Obstupuit Põtifex et omnis multitudo q̃ illi apparebat insuetã beluę formã, prę sertim Pelagicæ, sed ita uulgò persuasum uideo, nihil nasci in aliqua naturæ parte, q̃d non idẽ & in mari cernere sit. Genuenses & Lu-ẽses

à Cæsare

à Cæsare libertate sunt donati. Tartari Pannoniã inuadũt omnia usq; ad Pestum uastantes. Pisæ à Germanis dirutæ. Siculi Gallorum insolentiam ac lasciuiam non ferentes, Ioanne Prochitio authore (qui à Petro Arragonum rege ad hoc paratus erat) omnes Gallos, ad campanę pulsum, uno uesperi interfecerunt. Apud Forumliuium eodem tempore Galli cæsi sunt.

1285 IN Italia grauissimus terræmotus factus est, quo multa ædificia hinc inde penitus ad terrã prostrata sunt. Durauit terræmotus sua cõcussione, per aliquot dies, erat tũ Bonifacius Pontifex Reate, unde Columnius antistes aliquanto prius eiecerat, hic ueritus tectorum ruinam, patenti atrio sibi casam construi iussit ex





materia tenuissima, ut ne casus quidẽ multum timeri posset, perseueraruitq; in aperto esse plures dies. Apparuit inde Cometes magnitudine insigni, & hæc in cætera Italia. Veneti per id tempus, aut certè non multò prius posteriusue, exeuntibus inducijs quas in aliquot annos cum Genuensibus pactas habuere, cõfestim ad retinendum maris imperiũ publicè classem instruunt. Pisani nauali prælio à Genuensib. uicti 50. triremes & 12000. uiros amisere. Tartari iterũ Pãoniã inuaserũt, omnia usq; ad Pestũ deuastarũt.

1285 DVm Carolus Gallorũ rex cũ exercitu Hispaniã inuadẽs, cũ Petro Aragonũ rege bellum gereret, grandiũ muscarum agmen uarij coloris, Gallos impetens, aculeis nõ secus ac gladijs

occi-

occidebant. Multis præterea alijs malis oppressi, de victoria desperantes, discesserũt ac in itinere passim cateruatim conciderũt. Inter quos & ipse Carolus lãguore cõfectus, lectica delatus, apud Ampuras defecit. L. Marineus Siculus lib. 11. de Hispaniæ regib.






IN agro Constantiensi, mulier humano capite leonem peperit. 1290
Rudolphus imperator cõmes Habspurgensis per suos milites arces Clanx & Vuilberg in Abbacella Tubertal, atq; castrum Yberg in Turtal, cõtra abbatẽ Vuilhelmũ Sangallẽsem occupat.



HOc anno tertio nonas Aprilis, quo die tum Paschalia erant, 1295
nix alta terras operuit, grandines insolitæ attriuere fruges.

Pridie

Pridie nonas Septēb. tellus intremuit. In Alpibus Rheticis quindecim castella, arces euersæ, fames Boios afflixit.

1298 


COmetes futuræ maximæ cladis indicium in cœlo apparuit, afflictionem Christianorum indicans. A Iudæis sacra Christianorum furto ablata, ludibrio habita, atq; in mortario pistillo contusa, cruorem emanasse, memoriæ proditū est. Iudæi Norinbergæ ac in Frācia Orientali, gladio ac incēdio extincti sunt. Scoti Vallaceo duce ad libertatem aspirantes, Anglos Scotia deturbarunt, castra oppidaq; ab eis receperunt.


1300 ITerū Cometa uisus est, hoc anno q̄ à Pōtifice annus Iubilæus reductus est. Varij motus in Italia fuerūt. Concitata apud Belgas multitudine opifices & infimæ conditionis homines à Francis defecerūt, & domini prouinciæ facti, ingentes regis Francorum copias superarunt & crudelissime interfecerūt. Bonifacius Pōtifex eius nominis octauꝰ Philippi Franc. regis auxilio à Scarta Columnense, Ananiæ captus & in carcerē cōiectus est, quē tamen Ananienses ciues tertia die liberarūt. Albertus imperator in Heluetia magnum conscripsit exercitum contra Hollandos.

1301 HOc anno Calend. Decemb. uentus uehemens ædificia, casas euertit. Subsequitur maxima aëris trauquillitas, cœli serenitate & calore insolito, adeò ut in Ianuario arbores frondescerent, postea aquarum eluuies ingens fuit. In Italia ortæ sunt factiones Alborum ac Nigrorum, ut prius Vuelforum & Gibellinorum.

Stumpfius, in suo Chronicorum opere, iterum Cometæ meminit, quem magnam cladem in Flandria factam deinde, portendisse scribit.

Come-






1304 COometa tribus mẽsibus uersus septentrionẽ apparuit. Hoc anno Danubius Reginoburgñ uersus Aquilonem exosa fluctibus tellure, cursum intendit, aggere ingẽtis molis ex lapidum cumulis, tignis, & arborum truncis congesto, ad pristinum alueum coactus est. Bonifacio octauo Põtifice mortuo, Benedictus undecimus successit, qui Philippum Pulchrum Franciæ regem excommunicatum à Celestino, absoluit. Edoardus quartus Anglorum rex Scotiam subiugauit, cui Odomarum Valentinianum Pembruchi comitem præfecit.

1305 ITerum Cometa in hebdomade passionis Christi apparuit, quẽ pestis per uniuersum fere orbem sequuta est. Curia Romana Auinionem in Gallia translata. Venceslaus Bohemorum rex Olomuncñ interfectus est.

1307 ECclypsis solis facta est 3. Idus Februarñ stante utraq; sydere in 25. parte Aquarñ, & 4. Calen. Martñ ecclypsis Lunæ facta est, & eadem nocte apparuerunt acies, in cœlo miræ magnitudinis. Iterum 12. Calend. Septemb. ecclypsis Lunæ facta est hora noctis tertia. Eodem anno ante cædem Alberti Romanorum regis (qui ad Russam fluuium propè Vindonissam ac Bruck Ergouiæ oppidum, dolo Ioannis Rodolphi fratris filij confossus, in gremio mulieris militiam sectantis expirauit) eques aulicus impetitus à crabronibus, ab equo desilijt & euasit, equus uerò à





crabronibus occisus est. Eques autem Badenam Ergouiæ oppidum, Heluetiorum comitijs hodie nobilitatum, ueniens, malum omen Alberto exposuit, quod cum loco cedens, uitare conaretur, iam dictis insidijs occubuit. Paulo post eodem anno Hospitalarij S. Ioannis Rhodum à Sarracenis receperunt.

1309 POlis perpetua ardens per cœlum delabitur. Henricus septimus imperator Italiam intrauit, omnem Longobardiam accepit, ac Mediolani ferrea corona coronatus est. Vngari à Clemente quinto excōmunicati eò quòd Carolum non recepissent.



Donaldus dux insulanus Robertum Brisæum Scotorum regem bello lacessens, captus est.


1310 CIrca hæc tēpora in agro Florentino puer natus bicorpori effigie, gemminis capitibus, quaternis manibus, circa genitales partes cōnexus, sic ut non nisi in geminos pedes desineret, & hic quidem partus diebus (ut perhibent) paucis uixit.

Cometa

COmeta per 14. dies apparuit, qui à septẽtrione uersus meri- 1313
diem discessit iuxta motũ Martis. Milechius in secundũ lib.
Plinij naturalis historię. Mons maximus in Burgundia imperia-
li, à monte dehiscẽs, uallesq; coartãs, multa agricolarũ millia op-
pressit, ac currens per multa milliaria, circiter quinq; hominum
millia suffocauit, ac tandem ad alios montes, mirabile dictu, reuer



sus est, ut refert author Fasciculi temporũ, ac Chronicorũ etiam
Norinbergensium. Eo anno Florẽtia ab Alberto imperatore ob-
sessa. Robertus Britanniæ rex Scotorum syluestriũ loca subegit,
& fames maxima per to-
tum triennium Lituaniam
& adiacentes regiones gra
uiter afflixit.



COmeta horribili spe- 1314
cie, trescõtinuos mẽ-
ses flagrauit, post Hẽrici se
ptimi mortem, is bellũ de-
signauit ciuile, q̃ Ludoui-
cus Bauarus, et Fridericus
Austriacus dissentiẽtibus
electorum suffragijs simul
electi, de imperio 8. annos

Digitized by Google

decertarunt, donec tandem Friderico in prælio capto, solus Ludouicus imperium retinuit. Eo regnante mox alij effulserunt duo, alter anno 1337. alter biēnio post. Secuta hos est præter atrocem pestem, pernicioſa dissensio Electorum, qui à Clemēte Pontifice incitati, depoſito Ludouico Carolum quartum crearunt, mox & eodem amoto, Guntherum comitem Schuuartzburgensem accersiuerunt, quæ res nouos peperit tumultus, & iterum ad arma concursum est, breui post tamen ueneno sublatus Guntherus imperium Carolo concesit.

TRes Lunæ apparuerunt in cœlo, Eodem anno rex Franciæ Philippus obijt, De imperatore deligendo contentio facta est post Henrici obitum, in qua quidam Ludouicum Bauarum, alij Fridericum Austriacum delegêre. Quamobrem inter eos bellum fuit, durauitq; annos octo, quo tandem Ludouicus obtinuit, & regnauit solus annos 24.


1316





IN pago uallis superioris Arni nomine Tertanio monstrum est natum habens duos pueros uno umbilico ad inuicem inūctos, cui ab uno latere & genitalia erant membra, & bina quoque pendebant inualida crura, ab altero uerò latere crus solum exibat imperfectum, uixitq; diem unum. Ludouico Francorum rege mortuo succedit Ioannes eius filius adhuc puer diebus 20. post quem Philippus Ludouici frater annis quinque. Eodem quoque anno Ioannes uigesimus secundus eius nominis Pont. Max. in Pontificem est electus cum uacasset sedes annos duos & menses tres.


In ipsis

IN ipsis Iunij Calẽdis factus est in Germania terribilis terræ= 1322
motus. Die uerò eiusdem mensis quinto uisus est circulus ru=









beus circa orbem solis, & propè comparuere duæ cruces eminen tes. Eodem autem anno per omnes Sueuiæ ciuitates imperiales incendia sæuierunt, aquarũ inundationes, latrocinia, seditiones.

HAc tempestate factis quatuor profundissimis hiatibus, ma= 1329
gnum prorupit ignis flumen ex Ætna monte. Ignis eius no=ctu horrendum habet aspectum, nec lucet ut alius ignis, interdiu


Digitized by Google




autem obscurè ardet, haud secus quàm accẽsum sulphur, qua materia mons est plenus. Veteres multa de hoc mõte scribunt. Strabo uerò potissimum, qui & in cacumine montis se fuisse asserit, & omnia diligẽtissimè lustrasse. Aiunt nonnulli in summo apice mirabiles esse mutationes. Interdum enim eructat igneũ flumen, aliquando flãmam ignis, aut obscurum fumum, quin & hoc maxime est mirãdum, de illius ignis calore, quod ille nullo frigore temperari potest, neque frigus per calorem illum dissolui. Superior enim pars montis plena est cinerum, qui hyemali tempore cooperiuntur niuibus, supremum fastigium montis est planum, comprehenditq; per circuitum, circiter uiginti stadia, hoc est, dimidium milliare Germanicum, in cuius medio consurgit colliculus quidã, ex cineribus congestus, unde aliquando ignis, & aliquando fumus exhalat, noctu uidetur ignis in uertice montis, interdiu ferè fumus quidam obscurus ascendit, nostro tamen æuo, quando materia combustibilis putabatur per ignem consumpta, nihil uisum est ex monte ascendere, præter caliginosum uaporem.


1330 SOlis & lunæ facta est defectio. Græci Teutones eodem anno inuadentes ingens bellum excitarunt, quod proximis annis sæpius renouatum est. Pisani Petrum Corbonẽsem falsum Pontificem: quem imperator Ludouicus in Germaniam trãsiens Pisis reliquerat capiunt, & ad Ioannem Pontificem Auinionis tum degentem mittunt, apud quem suum errorem confessus, uitam suppliciter exorauit, donec triennio post, honesto carcere asseruatus interijt.

Septimo






SEptimo Calendas Iulij, cõtinua fulgura atq; coruscationes ter 1335
ruere mortalium mentes, multosq; extinxere, sacris atq; uictimis, uici, urbes lustratæ, quidam equo uectus, reclinato capite in collum equi, fulmen euitauit. Eluuies quoq; aquarum præter solitum agros inundauit. Eodem anno Constantiæ ad lacum Acronium propter læsos ac male tractatos Christianos, nouem Iudæi interfecti, sex aquis submersi, atq; duodecim combusti sunt.



ARnus continuis imbribus immensè auctus, tres Florentiæ pontes cum murorum urbis parte ac proximis fluuio ædificijs, maximo ciuium terrore prostrauit. Anno proximo Ioannes uicesimus secundus Pontifex & Philippus Francorũ rex unà cum Venetis in Græcorum defensionem classem armarunt, qua superatos Turcas repressérunt.

Digitized by Google

1335 TAntæ magnitudinis piſces, ſeu cete fuerint, ſeu alterius genẽris, Lubecum appulerunt è mari, ut nonnulli eorum uiginti, aliqui decem & octo, quidam etiam uigintiquatuor pedum longitudine uiſi ſunt, idq; prodigij loco, ac ſi aliquid portenderet, habitum & obſeruatum eſt. Hamburgæ ſub idem tempus fuit ſeditio atq; tumultus non mediocris ex eo quod Eccleſiaſtici magiſtratui aduerſantes, ſua opinione ac uoluntate in omnia adulteria cenſuram agere animaduertereq; uellent. Quam cõtrouerſiam tamen ac litem Bremenſis Epiſcopus compoſuit.





1337



DIrus Cometes per quatuor menſes apparuit, cui acceſſit alius, qui cum hoc per tres amplius menſes Iunium, Iulium, Auguſtum, effulſit. Quippe aliâs ſanguine etiam pluiſſe traditur. Locuſtarum quoque tunc ingens uis ab orientis ora erupit, ſenas alas habebant, dentibus gemmarum in morem nitentibus armatæ erant, nubium in morem

Solis

Solis conspectum auferebant, longitudine quinq; ac triginta milia passuum, latitudine decem occupabant, acie instructa aëra sulcabant, in terra castra metebantur, antecursores itinere unius diei locum aptum castris occupaturi, legiones anteibant, quæ in cohortes distributæ, cum ortu Solis proficiscebãtur, nona demum super tellure sedebant, ubi annona deficiebat, aliò migrabant. Hyemis frigore coactæ latebris, æstate redituræ, se condebant. Quarto demum anno Ciconiarum, Graculorum, Cornicum, Monedularum, & huiusmodi uolucrũm agmina illas deuorarunt, herbas, arborum frondes, segetes, fœnum, per uniuersam, qua longe lateq; porrigitur Germaniã, tres æstates depastæ sunt, frustra cœlum æris crepitu, tintinnabulis arcessitum. Rotuuila nobilis ac consistorio imperiali nobilitata ciuitas, fulmine in censa ac misere uastata est, licet cœlesti flamma 60. tantum homines consumptisint, Pestis Norinbergæ multa hominum millia absumpsit.



CÕmeta uel stella crinita iterũ in cœlo uisa. Franci ab Anglis superati decem millibus trucidatis. Pestis Florentiæ 16. millia urbanæ multitudinis extinxit & per agrum fœda strage desæuit. Sarracenorum 200000 ab Hispanis in Granatæ regno occisi. 1340

FRigus in hyeme tantum fuit, ut militantibus Cruciferis in Liuonia, nares, digiti, &c. ex frigore perierint. Constantiæ ad lacum Acronium eodem anno grauis ac pernitiosa ciuium erga magistratum fuit seditio. Norinbergæ diro incendio 400 ædificia consumpta sunt. 1341

INgraui & atrocissimo Venetorũ cũ Genuẽsib. bello, cũ nauali ꝛ. iã utrinq; plio cõfligerẽt, coruorũ uĩ ingentẽ aiunt supra classẽ 1343

adue-

aduersis agminibus inter se conflixisse, ac partem alteram adeò uexatã, ut plumæ cruorq; fusus Venetas triremes respersérit, remigẽ adhæc ex sua in proximam nauim transilientem, ab immani pisce exceptum, & deuoratum. Genuenses à Venetis ad Corsycam victi Mediolanensi Archiepiscopo se suosq; submiserunt.

1344 IN mense Septembri, coruorũ pulli implumes in nido reperti sunt, quod Auentinus in rebus Bauaricis magni prodigij loco obseruatũ putat. In oppido Veldkirch non procul à lacu Acronio sito, casma uel ignis de cœlo in urbis plateas cecidit, uerũ cum magno omniũ stupore ac metu intueretur à ciuibus, iterum à terra in cœlum absq; ullo detrimento, (ut Stumpfius in Chronicis refert,) sublatus est. Fame hoc anno in Sueuia potissimum ac Heluetia maxime laboratum.

1345 

TErræmotus ingẽs in die cõuersionis Pauli Germaniam quassauit, pagi & arces multæ corruere. Item bufones pluuiæ immixti, ceciderunt.

INgenti etiam eodem die motu terræ ad octauum scilicet, Calẽd. Februarij pleraque ædificia publica & priuata Venetijs corruere, aliqua terrifico aspectu acclinarunt, & in his sacrarum ædium turres, uno atque altero loco, inde dies quindecim plus minusue terra mota est, quo contigit, ut omnes ferè grauidæ mulieres, quæ tum in urbe erant, abortũ fecerint, inde fœdissima pestilentia inuasit urbem, inguinariam dixere: fuit ea uis morbi adeò letalis, ut ex omni languentium numero uix centesimus quisque mortem euaserit. Ex Scythia primum orta dicitur, inde per oram Pontici maris, & Hellespontum grassata, per Græciam demum & Illyricum Italiæ insinuatur. Sab. lib. 8. Enneadis 9. Gualtherus Athenarum dux appellatus, decem mẽses Florentiæ tyranni-



tyrannidem obtinuit. Angelus Acciolus Florentinos liberauit. Philippus Francorum rex, Vsurariorum bona fisco tradidit.



INgens uapor magnitudine horribili boreali mouens regione, magno aspicientium terrore, per cœlum uisus & delapsus est in terrã. Et eodẽ anno bestiolę quędã multiplicato numero in oriẽte de cœlo ceciderũt, quarũ corruptione & fœtore execrabilis pestilentia subsequuta est, quæ per tres integros annos per totũ ferè mundum debachata est. Primo enim in Asiã apud Indos passim per prouinciã irrepens, usq; in Britannos, & omnes gentes adeò desęuit ut uix decimus quisq; ex millesimo homine superstes manserit, & pleraq; loca prorsus derelicta sint. Florentiæ aũt sexaginta hominũ millia absumpsit. In Germania autẽ hoc anno tanta fuit pestis per Europam grassans, qualem in historijs nemo legerat fuisse inter mortales. Fuerant aũt de ea infamati Iudæi, quòd eam prouocauerint fontibus infectis, & propterea cremati sunt ubique lo- 1348

que locorum, quidam inuenti fuerunt, ceu omnium maleficiorum authores, atq; in Hiſpania de ueneficijs cõueniſſe. Itẽ de nece multorum puerorum, de falſificatione ſuper debitis inſtrumentorum & monetę, unde plebs furẽs omnes traxit ad ſupplicium. Cremati multis ſunt in locis Iudæi, & cum euadere ſe non poſſe uiderent, incluſerunt ſe in domibus, & ſe ipſos cremauerunt unà cum locis uicinis. Dicitur Moguntiæ hinc tantum excitatum ignem, ut magna campana in Eccleſia ſancti Quintini ex igne defluxerit, etiam inuenti fuerunt ſacculi in fontibus ueneno pleni, quapropter fontes & putei obſtruebantur, & loco aquæ puteales, homines utebantur aqua fluuiali & pluuiali. Multi etiam ex Iudęis utriuſq; ſexus baptizati ſunt, pauci amore Dei, ſed potius timore pœnæ. Ciuitates Imperiales diruerunt domos Iudęorũ, & ex lapidibus earũ, atq; cæmiteriorũ ipſorũ conſtruxerũt turres & muros. In ſumma, omnia erãt plena tumultib. propter Iudęos.

1349 OCtauo Calend. Febr. in Norico qua Pannonię, Illirico, Dalmaciæ, Carnis, Hiſtrięq; cõtinuatur, maximus tetręmotus, ueſpertinusq; fuit, durabat, nec ante dies quadraginta ſiſtebatur, uarieq; terra quatiebatur, miraq; edebantur opera: Morauia Boiaria ſuperior ſenſit: ſex atq; uiginti urbes & caſtella proſtrata eſſe, in acta eius anni relatum eſt, homines cum pecoribus interierũt. Mœnia, templa, ędes ſubuerſa ſunt, totæ urbes corruerunt, urbibus deuoratis, agrorumq; tractu hauſto, uillę eliſæ, animalia permulta quę intra fuerant exanimata ſunt, hiatus ſubſequutus, partim remanſit, partim cũcta ſorbuit, ita inducto ſolo, ut nulla ueſtigia extẽt. Quinquaginta amplius homines uaccas uillicas mulgẽtes, cum uaccis extinctos diriguiſſe, & corpora à ſpiritu terreno in ſalarias ſtatuas redactas apud Charinos. Hæcq; ſimulachra ſibi & Cancellario Auſtriaco conſpecta eſſe, refert Conradus de Meydenberg eius tempeſtatis inſignis Philoſophus & Mathematicus, ſęuiſſima mox in uniuerſum orbem terrarum graſſabatur peſtilentia, plerique mortalium extincti ſunt, quarta pars uix ſuperſtes fuit, & ſubitò lue rapti, dicto citius interiebant, pueri puellæ læti mira referentes, animam afflabant, pagi, uici, ad ſolitudinem redacti ſunt, quidã iræ cœleſti hæc attribuebant,

uulgus

uulgus à Iudæis fontes in perniciẽ populi Chriſtiani intoxicatos credidit, quamobrẽ in pleriſq; uicis, oppidis, Iudæi igne concremati ſunt. Duodecim millia Iudæorum pœnas crudeliter dediſſe in regionibus dictis, horum temporũ ſcriptores referunt. Bueſſa rij (uulgò Pœnitentiarij dicuntur) tum hominum genus dirum, ſuperſtitioſum ſubitò apparuere, quingenti nonnunquã, aliquando mille uiri, mulieres cõuolabant, oppidatim bini procedebãt,






nudi ſuperiora uſq; ád umbilicum ſe uerberib. duriter cædebãt, tot dies quot quiſque annos natus erat. Sãguine quoq; pluit hiſce diebus, & riui cruenti manarunt: Apud Kelhaim in ripa Danubij torrens ſanguinolentus (qui iuxta conſcios ſecretorum naturæ nil aliud eſt, quàm uapor uuidus, qui confuſus halitu terreno igneoq; rubeſcit) erupit, nunc temporis ad rei memoriam extat ibi templum lapideum, cui eſt à ſacro ſanguine cognomen.

1350 

VIllacũ Germaniæ urbs terræmotu corruit, & per Pannoniam atque Italiam nonnullæ ciuitates nutarunt, in quibus multa ædificia funditùs corruerunt. Philippus Francorum rex obiit & Ioannes primus filius eius regno successit. Iubileo Romæ celebrato, uix decimus ex mille, peste superstes fuit. Gunther comes Schuuarceburgensis imperator factus Francofordiæ ueneno periit.

1352 COmetes sub ipso Septentrione, mense Decembri apparuit, quo extincto graues uentorum æstus subsecuti sunt, & cœlestis trabs priore ardente parte per cœlum labi uisa. Ludouicus Philippi Tarentini principis filius, postquam contra Ludouis-






cum Pannoniæ regem Apuliæ regnum obtinuit, atq; Clementis Põtificis nomine Neapoli inũctus, regiã potestatẽ accepit. Præterea hoc anno Frignanus Mastyni filius ex pellice natus, dũ pater Belzamũ Teutonicorũ oppidũ recreãdi animi causa se cõtulisset: conspi-

cõspiratione inter ciues excitata, ipse urbis dominiũ occupauit, & Canẽ ipsum patrẽ cum omnibus alijs filijs exclusit. Canis uerò aliorum auxilio adiutus cõgregato exercitu urbẽ obsedit & post multas oppugnationes demum recepit, & de ipso filio Frignano alijsq; seditiosis ciuibus supplicium sumpsit.

CCoelestis flamma post solis occasum inter Zephirum atque Austrum latissimè excrescens, terribileq; ostentans incendium, tandem murmure magno per cœlũ ruit. Anno item proximo flamma cœlestis longum per se trahens extinctum licuiam à Septentrione in austrum repente ferre uisa. Infinitus propè locustarum numerus in Africa Cyproq; apparuit, quæ herbarum & arborũ depascentes succos, magnam frugum sterilitatẽ fecere. Solis eodem anno magna est facta defectio. Ioannes Vicecomes Mediolanẽsium præsul & bellicosissimus tyrannus moritur. Marianus Falcianus Venetiarũ dux, cum usurpare sibi uniuersam reipublicę licentiam quæsiuisset, securi percussus dignum sue uitæ exitum inuenit.



1353

IPsa die sancti Lucæ Euangelistæ, hoc anno per Germaniã factus est horrendus terræ motus, in quo etiã Basilæa Rauracorũ decies grauissimè concussa est, circa horam autem noctis undecimam templũ Cathedrale, ac multa alia urbis ædificia corruere diuersis in locis, in quibus circiter 100 homines miserè periere. Ortum est etiam (ne una calamitas sola esset) pernicioſum urbis incendium, quod cum nulla ratione extingui posset, aliquot diebus edax flamma impunè (quasi in ciuium perniciem coniurasset) hinc inde urbem magno incommodo affecit. Liechstalium oppidum quod duabus à Basilæa miliaribus distat, eodem

1356





tempore corruit, cum multis finitimis ecclesijs. Corruere etiam ad aliquot miliaria diuersi generis arces utpote, Homberg, duæ Telsperg, 3. Vuartenberg, Farnsperg, Gilgenberg, Münchensperg, Leüwenberg, Hertenberg, Mersperg, Tierstein, Leüwenstein, Bischoffstein, Vuildenstein, Neüwenstein, Engenstein, Richēstein, Birszeck, Hagēbach, Brombach, Froburg, Haselburg, Landoser, Munstral, Steinbrun, Büttingen, Hertwiler, Dorneck, Pfefficken, Büren, Landtskron, Münchenstein, Vualdeck, Berenfels, &c.

1357 SIc etiam in Hispania & precipuè Sibylię & Cordubæ plurima ædificia terræmotu conciderunt. Angli in Parisiensi agro Francos superant & Ioannem eorum regem cum Philippo filio ceperunt. Eodem præterea anno bulla à Carolo quarto Norinbergæ constituta ac confirmata est. Richardus dux Vualliæ Ioannem Francorum regem cepit non procul à Channa Anglorum castello. Ius Teutonicum in castro Cracouiensi à Casimiro institutum.


1358 EXundatio magna aquarum in Scotia. Ludouicus Brunsuicensis & Luneburgensis obijt. Constantiæ ad lacum Acronium pestis ad integrum annum mirum in modum grassata est. Vuasserburgum castrum non procul à Constantia deuastatum.

Huius

HVius anni dira siccitate, tanta fœni penuria per Germaniã laboratũ est, ut magna iumẽtorũ pecorumq; pars fame perierit, pars detractis è tectis straminibus uix seruata sit. Eius præterea anni hyems tam frigida, ut lacubus per Heluetiam glacie obductis ferè omnibus, aues aquatiles in oppidorum etiam plateis uictum quærentes, caperentur à ciuibus. 1363



IN Augusto per Heluetiam tanta cicadarum aduolauit copia, ut instar niuis omnem terram obtegerent, ac agrorum fructus infestarent. Eodem anno Leopold9 dux Austriæ introductis in Germaniã Anglorum 40000. Argentinam obsidione cinxit, ac cõtra Heluetios frustra incitauit. Stumpsius. 1365



HEluetia pernicios is terræmotibus hinc inde magno omniũ metu ac horrore cõcussa est. Basilęa aũt eius impetu iterum grauiter quassata primo Iunij, quinta autem die post, insolitus circulus circa solem uisus supra quem duo cruces rubei coloris eminebãt. Eo anno Schaffhusia Heluetiæ ciuitas diro flagrauit incendio, in quo circa 70. homines periere. tertia uix ciuitatis parte ab incendij improbitate relicta. 1372

COelum tota nocte crebrò ardere uisum. Sydus crinitũ effulsit. Carolus quartus Romanorũ imperator migrauit ex 1375

Digitized by Google


hac uita. Clades ingentes subsequutæ. Ciuitates Italiæ Florentinorum ductu à Pontifice Romano pleræq; defecerunt.

1374 

BAsileæ Rauracorũ doleatoris cuiusdam seruus, ob furtũ apud magistratũ accusatus, atq; lata sentẽtia in patibulo suspensus est. Verũ cum paulò post iudex à carnifice interrogatus, num latæ sentẽtiæ satis factũ esset. Iudex satisfactũ corã omni populo (ut fieri solet) affirmauit, ac suspẽsum iterũ deponere iussit, ut facto sepulchro terræ mandaretur. A patibulo igit in feretrũ depositus, dũ ad sepulturã defert, reuixit. Verũ ciuis q suspẽsum accusauerat ob furtũ sibi ablatũ, dũ fraude ac fuco nõ casu hoc accidisse iudicat, indignabũdus carnificẽ confodit, et sic suspẽdens in suspẽsi sepulchro tumulatus est.

POsnaniæ basilica cũ adhærente sibi turre, dextra de cœlo tacta, ita ut prupto culmine, & angulo turris, parua fissura facta in fornice, in sacellum regiũ fulmẽ penetraret: ac cęteris rebus intactis, solas Præmislai regis, & Rixæ uxoris eius imagines confringeret. Hoc anno in Polonia & Posnanię pestis mirũ in modũ grassat. Zemouitus Masouiorũ dux, diris deuotus, q̃d non bonorũ Ecclesiast. inuasores exercuisset. Iaroslaus postea diem obijt.


IN Heluetia fluuiorũ diuersorũ inundationibus, multa depopulata sunt. Rhenusq; fluuius adeò intumuit, ut suo impetu Basileæ Rauracorũ duo pontis iuga auexerit, atq; inferioris Germaniæ urbes multis damnis affecerit. Eodem anno locustarũ




ingẽs timabilis multitudo mẽse Augusto ab oriente ueniens totam fermè deuastauit Galliã, quę maiores erant q̃z cætere locustæ, habebantq; sena alarũ remigia, & mirũ dictu est, ut castrorũ acies, distinctis ordinibus per aẽra ferebant̃, uel terræ incũbentes castra metiebantur. Duces cum paucis exercitũ itinere

nere unius diei præibant, quasi loca apta multitudini prouisuri. Circa horã nonam ubi duces pridiè uenerant, insidebãt. Nec à loco occupato mouebantur, quousq; sol suũ repręsentaret ortum. tunc per turmas suas proficiscebant, ut in paruis animalibus disciplinã militarem cerneres. Segetibus uescebantur, quæ ab eis ita depastæ sunt, ut ueluti immani tẽpestate cõsumptę uiderẽtur, spaciũ diurni itineris quatuor aut quinq; miliaribus extendebant. Peruenerunt autẽ usq; ad mare Britannicum, superficiem terræ cooperientes, in quo, dante deo, uiolento uentorum flatu impulsæ, atq; in profundũ asportatæ, demersæ sunt. Æstu uerò atq; resusione Oceani reiectæ, littora maritima repleuerunt, tantaq; congeries facta est, ut instar montium cumulatæ coaceruarentur. Ex eorum autem fœtore ac putredine aër corruptus diram pestem finitimis generauit, ex qua multi perierunt. Fames maxima Italiam annis duobus pressit.

CAlendas Iunij, magnus atq; horrendus terræmotus fuit in Heluetijs, ubi etiam paucos post dies, ingens circa solem circulus diro aspectu uisus est. Sequuta sunt diuersi generis bella, fames, ac pernicioſæ hinc inde inundationes, quæ incolis damnum inferebant. 1387





Digitized by Google




1378 ORtis in Heluetia multis inundationibus, Rhenus Basileæ lacerans Rheni põtem, duo eius iuga quibus fulcebatur, auexit. Birsus præterea ibidem adeò intumuit, ut in foro piscario cimbis hinc inde ac nauibus ab una domo in aliam ciues ueherentur. Eodem anno bombardarum machinarum bellicarum usus à monacho Germano inuentus est.

1381 IN Anglia subitò ortus est terræmotus, quo multa passim ædificia corruerunt. Hoc anno sequuta est sub Richardo secũdo Angliæ rege, pernicioſa seditio. Totus Occidens ciuilibus odijs gliscebat, tota Anglia peste mirum in modum afflictata, magni motus fuerunt etiam in Flandria ob noua uectigalia à Ludouico comite mercibus impoſita. Altercationes perniciosæ, non sine mutuis odijs factę sunt, inter Vrbanum sextum Pontificem Romanum, & Cardinales Gallos numero 13. ob Pontificis electionem, quam non ritè factam arbitrabantur.



1389 EO anno quo inter Venetos ac Genuenſes (q denuo

denuo arma resumpserãt) pax certis cõditionibus facta est, eo ipso die quo pax firmata, infans natus est crura brachiaq; quaterna habẽs, uixitq; quo ad sit ex sacro baptismi fonte sublatus. Leopoldus dux Austriæ ab Heluetijs uictus, magna cũ nobilitate occubuit. Galeacius uicecomes Mediolanensis, interfecto Barnaboue effertur.



COmeta apparuit, q Veru appellaẽ, satis singularis cum coma & radijs sursum erectis, capite deorsum pendente. Hũc inter cæteros Cometas qui apparere solẽt, astronomi pessimũ dixerũt. Sed quia nõ mane sed tẽpore uespertino apparuit, significabat tardè euentura illa quę communiter mox eueniunt. Fortalsis idem ipse est quem sub Carolo sexto Frãcorum rege, in Septentrione apparuisse Gaguinus lib. 9. de Francorum regibus memorię prodidit. Eodem anno 22. Martij, grauis terræmotus concussit Heluetiã. Septem annorum pax inter duces Austriæ ac Heluetios in uiginti annos extendebatur. Proximo uerò anno, clades Sigismundi Hungariæ regis cum Gallis fuit. 1391


IN Gallia Belgica non longè ab urbe Leodio, constanti fama gestum ferunt, quod Ænæas Syluius, qui deinde pius Pontifex dictus est, in sua Europa literis mandauit. Nidum siue in arbore, siue in rupe falco sibi parauerat, ouaq; fouens pullos auidus expectabat, hunc corui superuenientes loco deturbauere, ouis eius effractis ac uoratis. Spectauerunt id è proximo bubulci, fugientẽq; trepidũ falconẽ annotauere. Postridie (mirabile dictu) falcones coruiq;, quasi ex toto orbe ad pugnã uocati, isti septentrionalem, illi meridionalẽ partẽ tenentes, ordinatis aciebus, & tanquã rationis capaces essent alijs qui cornua obseruarẽt, alijs qui media ducerent agmina dispositis, atrox ac ferocissimum 1391

prælium

prelium in aëre commiserunt. In quo cū modo corui, modo falcones cederent, & iterum resumptis uiribus, certamen instaurarent, totus undique subiectus ager & pennis & cadaueribus obtectus est. Ad extremum uictoria penes falcones fuit, qui non solum rostris, sed etiam unguibus acerrimè decertātes, coruos omnes ad internetionem deleuere. Exin paruo tempore interiecto, cum duo de Leodiensi ecclesia contendentes, alter à Gregorio tertiodecimo, alter à Benedicto duodecimo in episcopum electus: erāt enim inter illos de Rom. Pōtifice disceptationes, & ambo cū copijs in eundem locū pugnaturi uenerūt. Ioannes dux Burgundiæ alterū armis iuuit, alterum Leodiensis populus sequebatur. Pugnatum est collatis signis, summa utrinque contentione, horrendum cruentumq; prælium factum. In quo tādem uictor Ioannes dux triginta millia hostium cæsit.

1400 IN quadragesima apparuit horribilis Cometa longam habens caudam. Sequutæ sunt ingentes cālamitates, uarij & inauditi





morbi. Homines correpti sunt pustulis quibusdam, leprosi nolebant ut hoc morbo obnoxij cum ipsis uersarent, sed horrebant eos. Hoc anno amnes exaruerunt. Sequēti uerò, magna pestis sequuta est. Eo anno ex Alpibus presbyter quidam alba ueste indutus, magnam secum trahens multitudinem, in Italiam descendit, quam

dit, quam Alborum sectam Bonifacius nonus pontifex eradicauit, igne exusto sacerdote.

COmeta apparuit multum excellens, & uisus est uersus occidentem, mox inclinato iam sole ultra nostrum horizontem, & anno sequēti omniū tyrānorū crudelissimus Tamerlanes sęuit in partib. oriētalibus, & in Turcorū et Sarracenorū utriusq; sexus homines, talem cōmisit cædē, ut de solis capitib. murū face ret. D. Malleolus Turicensis in libro suo cui titulū fecit, de nobilitate. De hoc Cometa Pontanus sic scribit: Ne autē quæ remotissima sunt à nostra memoria, semper referātur, priusquam Tamyris, siue ille Tamerlanes uocatus est, Scytharū ac Parthorum rex, cum innumerabili manu Asiā inuaderet, longinquis è terris mouens, in orientis cœli cardine ingens Cometa uisus est, qui ortum uersus ferret, hunc haud multo post Asiæ penè totius clades sequuta est. Hāc historiā eleganter describit Camer. de Ostentis. 1402

COmetes in cœlo est uisus. Galeatius Mediolanensiū dux continuans adhuc per suos duces in Florentinos bellum, apud Malegnanum Mediolanensis agri oppidum moritur. 1403

IN Sabinis biceps uitulus natus, in Piceno infans cum sex dentibus ortus. Tum Turcæ nostra passim loca capere cœperūt. Polyd. Vergil. lib. 3. Prodigiorum. 1406

PVella biceps in Boiaria Aquilonari inter Danubium atque Alemannum amnes, in Sandersdorff nono Calend. April. 1413






nata

nata est in mola pagi, quæ & quaterna brachia, totidem manus & pedes habuit. In Heluetia tanta insolitarũ auium copia aduolauit, ut uolantiũ alis, solis splendor obtectus, tenebræ inducerentur. Ladislaus Apuliæ rex eo anno post obsessam Hadiani molem, Romam occupauit.

TEmpestas uentorum imbriumq; insolita, non. Augusti hora secũda pomeridiana Misenæ, in templo Cathedrali duas turres, cũ septẽ campanis deiecit, in tectis imbrices tegulasq;, in domibus fenestras & ualuas grando diminuit, in collibus & hortis arbores radicitus turbo euellit. Albis & Trebisa extremi pontis partem sustulerũt. Vici oppidani ad cœnobium usq; Franciscanum fuerunt nauigabiles. Anno proximo concilium Cõstantiense auspicatum est.

1415



INsignis ecclypsis Solis, feria sexta post corporis Christi facta. Ioãnes Huss ex Bohemia assertor ueritatis aduersus Pontificẽ, cõtra saluũ conductũ, ac fidem à Sigismũdo Vngariæ rege datã, in cõcilio Constantiensi post datam fidei suæ confessionẽ combustus est, die 6. Iulij. Eius uerò discipulus Hieronymus de Praga 30. Maij, ibidem Christi martyr factus est. Ludouicus Delphinus efflauit animam cui Ioannes frater successit.

1416 VIgesimo primo Iulij die, quæ diuæ Magdalenæ sacrata erat, grauissimo terræmotu Basilæa Rauracorum concussa est, ac adeò quidem, ut magna ciuiũ pars ex urbe fugiens ad montes, alij in syluas agrosq;, quasi in tutum sese reciperent.

Dux Saubaudiæ cum Vualesianis pacem iniit.

Quartò



QVarto Decembris, Rheni ex imbribus uehementiorib. tan ta facta est inundatio, ut Lauffenburgi & Brisaci pontes magno impetu deiecerit, ac magna hominum iumentorumq; cla de, in Hollandia circiter 30. ciuitates ac pagos lacerarit. Imperiũ Romanum contra Bohœmos quasi hæreticos, bellum suscepit, auxiliãtibus Tigurinis ac alijs quibusdam Heluetiæ ciuitatibus. 1421

DEcimotertio Calend. Decemb. noctu subitò Oceanus ueh tis fluctus & procellas tollentibus, inundauit, uniuersam



Suithollandiam aquis ope ruit, pecora simul & homi nes interiere, pagi tribusq; ecclesiasticæ, quas Parro chias nominant, amplius septingenta cũ tẽplis, col legijs, monasterijs, sacer dotibus, monachis unda obruti sunt. Sigismundo Bohœmiam repetẽte ma gno cũ exercitu, arx Zol lerensis per integrum an num à ciuitatibus imperij obsessa, dedita ac destructa est. Bellum inter Bauariæ duces fuit:

1422 MAxima Tyberis exundatio. Mox concilium generale Papiæ indictum, ac deinde Senas translatum est.

1424 VIgesimaquinta Iulij tanta est facta Rheni inundatio, ut Basileæ in ipso Rheni ponte manus lauare ex profluente licuerit: ubi etiam pontis ædificia magna lapidum mole ędificata auexit, & minoris Basileæ mœnia superarit. Eo anno Basiliēses cū 1000. selectissimis militibus ad Ludouicum Palatinum Rheni contra Marchionem Badensem profecti sunt.


1427 HYems sine frigore, qua circa festum Nicolai arbores & fruges floruerunt, sequenti æstate pestis uehementissima inualuit. Veneti cum Florentinis fœdus icerunt. Carnignola ad Venetos defecit.


1428 

DEcimotertio Decembris, Basilæa Rauracorum terræmotu iterum adeò fuit concussa, ut non tãtum domorum tegulas de tectis, sed magnam etiam caminorum partem in terram deiecerit, aliquotq; in urbe ædificia lacerauerit. Niuis deinde copia per Germaniam quædam ędificia in terrã prostrata sũt. Eo anno Ioanna puella 20. annorum arma arripiens Carolum regem Frãcorum septimum, cõtra Anglos ac Burgundiones magnificè defendit, capta tãdem ab Anglis Rotomagi crematur.


1432 ALbis hoc anno bis effluit. Sexto Cal. Martij alueus Misenæ pontem superat, quæ inundatio durauit quatriduum. Iterum 11. Calend. Augusti cataracta cœli totum Pontum euertit, muros meridiem uersus deijcit, durauit ea uis aquæ usque ad diem quintum. Fit harum inundationum mentio in Vandalia Crancij. & in Georgij Fabricij Chemnicensis Misniacis.

Magna






MAgna solis facta est defectio. Paulus Guinisius qui luce damnabatur, dolo suorum captus ad Mediolanensem ducem deducitur, & unà cũ filijs diuturno carcere maceratur. Mediolanensis classis Genuæ comparata in ipso quoque Genuensium litore Venetis Florentinisq; superantibus profligatur, undecim nauibus longis in fuga interceptis. 1432



WYle in Turgauię oppido uitulus biceps procreatus est, & eiusdem oppidi portis per dies plures, spectaculi gratia, affixus est. Eodẽ anno in Turgauia fame laboratum est maximè & adeò quidem ut esus carnium ciuibus à sacerdotibus contra leges ac cęremonias pontificias sit diebus ieiunij cõcessus: quo latrantem fame stomachum facilius reconciliarent. Vnde etiã Constantienses 1700. personas publica eleemosyna singulis dieb. ex Turgauia alucre. 1433

Digitized by Google


IN Polonia Cometes nõ obſcurus, plus quã per tres mẽſes per nox, face ad occidentẽ uerſa, comparuit, & eo anno Vlatislaus rex obiit. In Germania ſecuta quadriennis frumẽti penuria. Eodẽ anno naſcit Henricus poſtremus Fridericus Saxoniæ ducis electoris filius, q̃ obiit adoleſcẽs. Cõcilium Baſilienſe auſpicatum. Sigiſmundus Vngariæ rex imperator Rom. iãdudũ factus hoc anno ab Eugenio Põtifice coronatus eſt.



HOc præterea anno cõtigit, mirum dictu, q̃d Æneas Syluius in ſua Europa ſcribit. In agro enim Bononienſi pirum quandam aridam ex minoribus formicis paſtus cauſa, complures aſcenderant, ſuperuenere maiores non paruo numero, quæ illas partim occiderunt, partim deiecerunt. Poſt duas fermè horas, tãta minorum formicarum uis exorta eſt, ut totus ager nigro tectus agmine uideretur. Acceſſere ſtipatę omnes, & arboris undiq; ſtipitem circũdantes paulatim aſcendere cœperũt. Maiores formicæ ubi hoſtes adeſſe animaduerterunt, conglobatæ ſupernè pugnam expectauerunt. Poſtquam ſimul acies conuenere, commiſſo prælio maiores morſu rabido, modo illas modo iſtas è minoribus interemere, totasq; breui ſpacio confecerunt, ut cadentium morientiumq; cumulus, ad piri radices non paruus in terra ſuccreuerit. Sed cum pertinacius inſtarẽt minores, ſemperq; acies aciem premeret, uigintiq; aut plures unam ex hoſtibus circumdarent, & à tergo & à fronte pugnantes, undequaque latera confoderent, uictæ tandem maiuſculæ, & ad unum omnes necatæ, illati prius temerè prælij pœnas dedere. Hęc acta ſunt ſpectantibus Romanæ eccleſiæ copijs, cum Petri Cathedram Eugenius quartus teneret.

Iterum

ITerum in Germania ripam transcendit Albis 8. Cal. Iulij, multorum pecorũ hominũq; strage & interitu. Ian. Vitclescus Patriarcha, Romã omnemq; ecclesię terrã recepit. Vnde Genuenses spreto Philippo, se in libertatẽ uendicarũt. Genuẽses Alphõsum captum Philippo Mediolanensi mittunt, qui illum libere dimisit. 1434



IN Heluetia prope castrum Mellingen in fluuio Rusa uiderunt incolæ cruoris riuulum erumpentem. Sequutũ est per Heluetiã epidimia labes, q̃ Tiguri breui circiter 3000. homines absumpsit. In alijs uero eiusdem regionis locis dira incendia, aliq; calamitates ortæ sunt.

SIgismundus Vngariæ rex ac Germanorum imperator cum VImam Sueuorum magna solennitate ingressus est. Eodem die quoddam genus piscium Vngaricorum in Germania incognitum à piscatoribus ad imperatorem delatum est. Miratus est imperator. Hi sunt inquiens, regni Vngariæ ueri regnicolæ nobis obuiando cateruatim occurrẽtes, ac nos in regnum nostrum requirendo nunciantes. Ipso autem imperatore inde recedente, pisces disparuerũt, & nũquã in Germania postea uisi sunt. Sigismundus uerò eodem anno die Lunæ uigesimonono mensis Decembris defunctus est. 1337



COmeta in Polonia apparuit. Functius in concilio Basilienſi contra Eugenium quartũ hoc anno pontifex creatur Felix quintus Constantiæ ad 1439

lacum Acroniũ decem mensibus peste 400. hominũ perierunt.

1440 IN ecclesia Thuricensi apud Heluetios Cathedrali, duodecimo Septembris in ipsa ecclesiæ dedicatione, auditus est ingens strepitus ac clangor incerto authore. Secutũ est bellum Tigurinum cum Suitensibus ac Glaronensibus.

1443 TErræmotus Poloniam, Hungariam, & Bohemiam uastat. Alphonsus Arragonum rex Neapolim cepit, & Apuliæ regnum obtinuit pulso Renato. Ladislaus Vngariæ rex Huniadis auxilio Turcas uicit, & anno ab hoc altero à Turcis cęsus interijt.





1444 HOc tempore tractu Cometa solstitio æstiuali uisus, mentes mortaliũ perterruit, excidia, bella, cladesq; futuras portẽdit. In Boiaria rubigo, cœleste frugũ malum, nullo minus noxiũ, sili ginẽ exusit. Erucæ dirum animal uisæ, quæ erodunt frondem & florem arborum, & depastam arborem turpi facie relinquunt. Romę quinto decimo Calend. Octob. pons Tyberinus corruit, aquis obruti interierunt quingenti sexaginta homines, qui eò Secularibus ludis, quos Nicolaus contra decretum Constantiensis senatus aperuerat, confluxerant.

In,

Digitized by Google

IN Rauracorum agro circa leprosorium S. Iacobi, propè Basileam, magnus armatorum atq; confligentium strepitus, clamorq; bellicus ad triginta noctes continuas sine authoribus auditus est. Post mẽses igitur duos, Ludouicus Delphinus magno Armeniacorum exercitu ad dissipandum Basiliense concilium irrumpens, cruentissima cum Heluetijs, eodem loco quo ante strepitus nocturnns auditus erat, strage conflixit. Eodem anno medio mense Augusto, in montibus & pascuis intollerabiles & grandes niues ultra triduũ durantes uiolenter irruerũt. Multa pecora frigore perierunt. Basilea iterum terræmotu uigesimo Nouẽbris, in festo S. Andreæ concussa est. 1444

ALbis inundans prid. Id. Maij, multas uillas perdit, ex agris greges & armenta abripit. 1445

DEcima septima Aprilis mare in tantam rabiem excitatum fuit, ut post Dordracum eruptionem sibi fecerit, dissoluerit factos aggeres, liberumq; in terram acquisierit ingressum, 1446



perdiderit terras & homines, oppida & uicos, submersæ tunc fuerunt sedecim Parochiæ, & interierunt circiter centum millia hominum unà cum pecoribus, & rebus suis, sensit tũc Dordracum non uulgare malum. Fridericus tertius Romanorum imperator Heluetijs bellum indixit, cui ciuitates imperij, quia res tota ad domum Austriæ & non ad imperium pertinebat, auxilia denegarunt.

negarunt. Eodem anno ars Typographica in Germania inuenta est, præclarum Dei donum, quo non minus religionem quàm omnia artiũ ac facultatũ studia in primis, pmouere Deo placuit.

1446 VIcesimo septimo Ianuarij circa Zofingen, Lenzburg, Sursee, Araunc intẽpesta nocte est uisa instar meridiani diei fulgurosa claritas ad moram unius horæ, intonantibus, fremendis tonitruorum coruscationibus, & uentorum ualidis concussionibus: mox iterum tenebræ secutæ sunt. Primo Februarij in oppido Sursee, dum homines primo diluculo ecclesiam uisitarent, in cæmiterio & aliàs in duabus domibus, multum coagulati sanguinis reperierunt. Februarij tertio die in monasterio ibidem uicino Eberseg prope Sursee mane ambitus monasterij plenus iacuit mortuorum cadaueribus, quo tremendè cognito disparuerunt. Item mense Iulio quidam Suitenses circiter uiginti de oppido Zug exeuntes, Thuricensibus damnum illaturi, Merops



auis duobus præ cæteris præeminentibus appropinquabat, & capitibus eorum morsu cohærens continuò, insedere laborabat, qui uiolenter ipsam abijcientes, & demum occidentes, uersus montem pergebant. Thuricenses in insidijs latitantes, eos aggressi duos illos interfecerunt. In fine huius anni die uidelicet Mercurij, post natiuitatem Christi, Basileæ Rauracorum Birsus fluuius, adeò suo impetu urbem inuasit, ut in foro piscario sex domorum ędificia cum multis bonis auexerit.

1448 IN Germania circa diui Georgij festum, ex crebrioribus niuibus decẽ dierum spatio omnia ita glacierum asperitate obducta sunt, ut frigidissimã alioqui hyemem facile superarẽt quę tamẽ, mirum


mirum dictu, terræ fructibus nequaquã obfuerunt. Eodem anno bellum inter Albertũ Marchionem Brandenburgensem & Noribergenses ortum est, in quo principes Marchionẽ, ciuitates uerò imperij Noribergenses defendebant. Inuicem autem plurimæ cædes, rapinæ, atque pernitiosa incendia facta.



NEapolis in Cãpania, nobilis illa & uetusta ciuitas, quę olim Partheno- 1448
pe appellata est, passa est horrendum terræmotũ, in quo aliquot millia hominũ perierunt, & graue damnũ sustinuerunt. In Sueuia ac præsertim circa Augustam Vindelicorum ingens grando circa diui Mathei festũ bis in die ingens damnum dedit, cum lapides sua magnitudine gallinarum oua longè superarent. Ortum est in Heluetia bellum inter ducem Sabaudiæ ac Friburgenses. Rinfelda ciuitas à nobilitate Austriaca astu capta est. Casimirus Poloniæ rex in festo Ioannis Baptistę in regem coronatus: ac Christiernus comes Aldenburgensis, in Daniæ ac Nortuegiæ regem electus est. Anno uerò proximo Tartari Poliam ac Russiam inuaserunt.

QVarto Calend. Septemb. diei hora sexta, solis facta est defe- 1449
ctio. Alphonsus Arragonum, Apuliæ & Siciliæ rex obsidione Plombini maritimi oppidi super tres mẽses fatigatus, cum ex suis multos amisisset, & cæteri labore & æstu maxima ex parte languidi, imminentem Florentini populi exercitum formidarent, obsidionem dissoluit, & totum exercitum in Romanum agrum reduxit. Franciscus Sfortiæ filius Mediolanensium copiarum dux, Venetorum exercitum in quo quindecim ferè bellatorum erant millia, non longe à flumine Addua iuxta Carauazium oppidum superat.

Terrã





1449 TErra non uno in loco ualidè cõmota est, quibus accessit terroribus minacissima prædicatio Roberti Minoritanæ obseruationis. Nunciabat is Romano populo cæterisq; Italiæ populis iratum numen, cuius uoce prophetica tanquã è cœlo missa, tota commota est Roma, aliæq; ciuitates quàmplurimæ, in quibus supplicationes ad deorum iras placandas institutæ sunt. Amadeus dux Subaudiæ, qui in Basilienſi concilio in Pontificem maximum electus erat, Friderici Cæsaris autoritate motus, ob publicã pacem honori renunciauit, ac se in monasterium contulit. Quare sublatum est schisma quod decem iam annis durauerat. Tartari Poliam & Russiã populantur, occupatis Polonis bello Valach.

1450 EQuuleus anno Iubileo ante portam apud Vrbetellos, quę Romam uergit, prægnans, frequenti astante populo dum pareret expirauit. erat autem Hermophroditus, quamuis fœminei sexus nullum in eo uestigium cerneretur. Mox oppidum à Iacobo Picinino per proditionem (in bello Senensium) captũ, & multum in eo bello hinc inde cruoris effusum est, multiq́ue in perpetuum exacti exilium. Angli à Francis ad Formianum uicti. Normannia uniuersa post triginta annos demum in Francorum potestatẽ rediit. Angli Aquitania expulsi.


1453 BIzantium antequam in ponto ab immanissimis Turcis, terra mariq; oppugnaretur, compertum est apud Comum ci-

teriorib



terioris Galliæ urbem, uergente ad occasum die ingentem canum multitudinem per aëra ferri, post quam diuersorum pecorũ armenta, species peditum, primò leuis armaturæ, deinde hastatos scutatosque subsequi, equitesque in turmas diuisos ingenti instructa acie prosequutos, horis fere tribus imaginem aduentantis exercitus præbuisse. Quo de prodigio copiose Alex. ab Alex. libro tertio capite decimoquinto. Eodẽ anno Vngari Bohemi ac Morauij Fridericum Imperatorem in Noua ciuitate Austriæ obsederunt, regemq; eorum Lanislaum ab eo receperunt.

VAria sunt nunciata prodigia. In Sabinis mense Februario 1456
uitulum capitibus duobus, Romę sanguinẽ apud Veneris





portam, in Liguria autem carnes pluisse referebant. In agro Pi-
ceno eodem tempore, ortus infans dentibus sex, facie insoli-
tæ ma-

tæ magnitudinis, futuræ calamitatis, quæ postea secuta est magna profecto indicia. Militum quorundam in Austria conspiratio orta est, qua decem annis Austria mirum in modum uexata est.

INter Florentiam & Senam apud oppidum quod Casiam appellant, anno post Iubileum sexto, uisæ sunt nubes uiginti cubitis à terra sublimes, inter se mirabili uentorum impetu agitatæ, depugnare, & alteræ alteras pellere & mutatis sæpe uicibus pelli quæ pepulerãt. Interea summa & incredibili spiritus uiolentia domorum tecta per inane iactari, muros deiici & saxa ingentia loco moueri, uetustissimas oliuas & antiquissima quercuum robora radicitus conuelli atque confringi, homines & iumenta non paruis spacijs per cœlum ferri, acraptari. Æneas Syluius in descriptione Europæ cap. 54.


1456



MEnse Iunio Comes gradu decimoquinto Cancri in oriente per mensem uisus. Augusto mense uentorum uis ingẽs in Florẽtino ac Volaterrano agro, plures uillas diruit, Casianumq; oppidum magna ex parte deiecit. Terræmotu Campaniæ, Samnitum, Apularum, Polignorũq; urbes omnes multis cum oppidis contritæ, plurimæ funditus euersæ. Mahumetes Turcarum imperator contra Christianos exercitum ducens, ad Taurinum oppidum, quod nunc Albam uocamus, ad confluentes Sauum Danubiumq; situm, fugatus, castrisque exutus est.

Ad la-





AD lacum Benacum (haud procul à Salò dio) mõs magna apertura ad imũ dehiscit. Cometes quẽ nigrũ appellant Iunio mense, gradu uigesimo Pisciũ per mẽsem uisus. Venetijs patricij nõnulli ambitu damnati. Alphonsus Arragonũ & Siciliæ rex classẽ triginta triremium Genuã ad exules reducendos parãs aduersarios confregit. Petrus de Monte Brixiẽsis præsul Romę moritur. Ladislaus Vngarię rex dum se ad nuptias parat, ueneno extinguitur. Christiernus Daniæ rex, Suetiæ regnum suis adijcit. Casimirus rex Marieburgum occupat. 1457

VEnetijs magna est atq; crudelis orta tempestas, in qua turbo insolitꝰ, naues pleraſq; ĩtra ipsas penè domos submergit. Et eodẽ anno Mahumetes Turcarũ imp. expulso Thoma Palcologo & fratre secũ deducto, Peloponẽsum occupat: & Trapezũtio rege capto & interempto Pontũ obtinet. Et proximo anno Genuenses electo Prospero adurno principe à Gallis deficiunt. 1460

1462



IN Polonia minore quo dam die sol, cum ad occidentem uergeret, plus quàm duabus horis, imago Christi crucifixi, cum gladio ab occidente, ad meridiem in aëre tendere uisa est. Caput siue calua diui Stanislai aliquoties dum in solenni supplicatione circũferret, sudasse dicit. Hoc anno sequuta sunt duce Boriuoio Scrinino', grauia latrocinia per Poloniam. Gandauenses Sambiã uastarunt, & Pomerania multis aduersis rebus utrinque uexata. Secutũ est etiam prælium cruentum à Polonis ad Puscum factum, & alia mala quamplurima.

1466




QVinto Decẽbris circa horam noctis undecimã in regno Neapolitano, Apulia, ac Beneuẽto tantus factus est terræmotus, ut templa deorũ, Pallatia, aliaq; ædificia multa, magna hominum & animalium strage deiecerit.

1469

SEptimo Augusti apud Heluetios in Vualesia magna ac insolita facta est Rodani inundatio, quæ eius regionis incolis hinc inde multum damni intulit, pontesque omnes non laceratit modò, sed penitus etiam auexit. Tiguri eo anno uigintiquatuor domorum ædificia diro incendio periere.

ROmæ sol trigeminus uisus multorũ mẽtes turbauit. Eodem anno




anno Georgij Scãderbous uir bellicis artibus clarus, ui proruẽtes in se Turcas cęde ingẽti prosternit. Frãciscus Sfortię filius Mediolanẽsiũ dux moritur. ob Mediolanẽsis ducis obitum bellum excitat in Italia: Florentię enim dũ primores ciuitatis de honore cõtendũt, uulgus cõspirat & partib. adhęret, alijs Petro Medices Cosmę filio, alijs Lucæ Picio fauentibus, ad arma igitur concursum, mox reconciliatis inter se Lucatibus, Picio & Petro Medice nobiles plures urbe pellunt. In Germaniá inter duces Brunsuicẽses ac ciuitates Hanse uocatę bellum ortũ. Seditiones ac bella ciuilia Angliam deuastarunt.



ROmæ in principio Iunij grando insolitę magnitudinis, quorũ grana uncias duodecim appenderunt, cecidit, quo anno Mahumetes Turcarum imperator cum magna nauium classe & equitum 100 millib. Euboeã adortus, Chalcidem trigesimo die expugnat. Mathias Pãnonię rex Bohemos magno ꝑlio afflixit. In Gallijs magnũ belli incendiũ inter Ludouicũ regẽ & Carolũ Burgũdię ducẽ excitat. 1470

INquibusdã Germaniæ locis ex grãdine lapides in terrã cecidere, qui sua magnitudine anserina oua superabãt, quibus urbes, ac aruorũ sata magnũ incommodũ acceperũt. Eo anno rex Portugalię magna classe in Mauritaniã traiecit. Tingam Argillãq; oppida expugnauit. 1471

1471 MVlier quædam Brixiæ canem, aliaq; Papiæ catum peperere, & hoc ipso anno & mẽse in Brixiana ciuitate 15 Augusti die, hora uigesima secũda, magnus terræmotus in ipsa urbe fuit: & adeò grandis, ut ciues ædiũ & mœniorũ ruinam extimuerint.






Quo quidem anno, & grandines multæ, ibidem & alijs multis in locis strutionum ouis grossiores cecidere.

1472 BErnæ in Italia puella nata est uno capite duabus posterioribus corporis partib. totidẽq; pudẽdis. Cometa in principio





anni

anni circa festum S. Agnetis apparuit, igni rutilans, crinibus longis nigrisq, in occidentalem uergebat plagam, cuius quidem corpus primùm circa Libræ principiũ fuit, postea se in septentrionem flexit, durauit diebus 80. Verùm isto nondum dissoluto alter apparuit, cui erat coma ignita quæ in Arietis signo posita uidebatur, & caudam in orientalem plagam porrigebat. Sequenti anno siccitas incõparabilis sequuta est, & pestis, bellaq; cruentissima plurimis in locis euenere. Hoc anno Carolus Lotharingiæ dux apud Nanseium peste absumptus est. At Carolus Burgundiæ dux morte eius accepta, Lotharingiam armis tentat. Non multo post, Vssonus Cassanus Parthiæ atque Armeniæ rex, ad Euphratem profectus, eo consilio ut Asiam inuaderet, collatis signis cum Mahumeto Turcarum rege ita dimicauit, ut qui ingentem inferret & acciperet cladem. Duo enim potentissimi exercitus, duo maximi duces, in paucis diebus bis conflixerunt. Eodem tempore Alphonsus Portugaliæ rex, satis magna classe in Africam trajiciens, duas urbes Tingin & Argillam uicepit, oramq; Tingitanam armis subactam imperio suo adiecit. Carolum quoq; Burgundionum ducẽ aduersus finitimos quosdam populos regulosq; eo impetu mouisse arma, ut multorum etiam annorũ bellum excitauerit, quod nuper eius morte finitum est. (Cęsus aũt est ad Nanseium 6. Ianuarij, quo die & anno etiã ducem Mediolanẽsem in templo cęsum esse scribunt.) Hũc Cometam in suis commentarijs in Centũ sententias Ptolemęi non tantum, sed carmine etiam doctissimo descripsit Pontanus cum ijs rebus quæ secutę sunt, interpretatus est eum etiã Eberhardus Schleusinger Physicus Tigurinus in libello suo de Cometis.

A Estate ob siccitatem & æstum nimium syluæ incensæ, flumina siccata, ita ut Danubius in Hungaria meabilis fieret. 1473
Iacobus Cypri rex obijt, relicto filio infante, sub cuius tutelæ nomine Veneti Cypri regnum occuparunt.

D Ie Petri ac Pauli apostolorũ qui erat uigesimus nonus Julij, 1474
nimia uentorum uehementia in Germania multa ædificia ad solum usq; prostrata sunt, Augustæ autem Vindelicorum S. Vdalrici templũ deiectum, in quo Parrochus, cum triginta alijs



interijt. Lacerauit tantus uentorum impetus, non tantum Germaniæ arbores ac ſyluas cum reliquis, ſed à Rheni tractu in Hungariam irrumpens, eius terræ accolas multis damnis domi ac foris, affecit. Carolus Burgundię rex Nuſsiã obſedit. Ludouicus Frãcorũ rex, cõtra Carolum Burgundię ducẽ, primò cũ Heluetijs confœderatur. Petrus de Hagenbach eques, ob ſuã tyrannidẽ Briſacci accuſatus, degradatus, ac poſtea, ut meritus erat, decollatus eſt.

1475 

IN Veronẽſi agro infans fœmina orta eſt binis genitalibus, duplici uẽtre, quaternis brachijs, id monſtrũ parẽtes multũ diuq; p Italię urbes, quęſtus cauſa, circũtulere. Bartholomęus Pergamas dux clariſsimus eodẽ anno moritur. Carolus Burgundiorũ dux Lotharingiã occupat. Ferdinãd9 Magnus Hiſpaniæ rex, Hiſpanię regnũ cũ Alphonſo Portugallię rege diuidit. Matthias ac Vladisla9 reges pacẽ firmarunt inter Vngaros ac Bohemos. Chronicon Polonię. Cracouia inſigni incendio deformata eſt. Eduardus Angliæ rex, à Carolo Burgundiæ duce in Galliam uocatus, cum Ludouico rege amicitiam iniijt, ac cum eodem fœdus fecit.

1476 LOcuſtę & exundatio Iſulę, totam uaſtauerunt Poloniã. Hoc anno ipſo in Frãconia, atq; in cõfinibus ſyluę Ottonicę, fuit timpaniſta quidã adoleſcẽs, nomine Ioannes Behẽ, homo illiteratus,





ratus, pastor pecorum, apud uicum Niclashausen, qui sectatores plures nactus, simulatam quandam religionem cõfingens, docere cœpit uulgus mobile, uitam cleri esse ignominiosam, scãdalis plenã, & Deo abominabilem, telonia & uectigalia, census, reditus, decimas, & tributa non esse persoluenda, omnes aquas & nemora omnibus esse libera, ac nonnulla alia spargebat in populum, eaq; sibi à uirgine Maria reuelata esse prędicabat. Quamobrem magna plebis multitudo sequuta est eũ, creditũq; est uulgò, cœlitus hominem doceri à Deo, ut qui nullas didicerat literas, disputabat cũ sacerdotibus, nec de sua sententia cedebat, doctrinam Dei esse asserẽs: Populus qui nouitate gaudere solet, undiq; factis uotis concurrebãt, & pastor ille in diebus festis maximo concursu hominũ, longum sermonẽ in odium cleri deducebat. Aiũt una concione ad eũ supra 30. millia confluxisse, artifices ex officinis, arator à stiua, puellæ à falce & colo, quasi numine quodam rapti, nesciis & inuitis parẽtibus, dominis, & magistris, abeũt rectà ad Niclashausen, cõmunitates oppidorũ & uicorũ, cereos, priuati annulos aureos, redimicula, armillas, pecunias puellę plerũq; alterũ criniũ plegma offerebãt. Verũ Rodolphus Herbipolẽsis Episcopus, maturè doctrinæ serpẽti occurrẽdũ existimãs, quodã die cũ nemo circa eũ esset discipulorũ, missis exploratoribus, iussit eum captum Vuirtzburgum duci, & in carcerem cõiici, & con-


demnatum ad ignem comburi ut hæreticum, post cuius mortem hæc peregrinatio uirorum & mulierũ cessauit, & Episcopi Herbipolensis atq; Moguntinus diuiserunt inter se dona ab imperita plebe oblata.


1478



STella Veneris solitò decentior, decurrere uisa est. Locustę p Italiã uagatæ, Brixiẽsem agrũ penitus deuastarunt, unde maxima lues per totã Italiam uagata est adeò, ut Venetijs supra trigin ta hominũ milia perierint. Alphõsus Calabriæ dux unà cum Fridcrico Vrbini duce Florẽtinos debellat, eorumq; agros ac urbes igni ferroq; longe lateq; depopulatus est.

EOdem anno secundo idus Iulij Luna ecclypsi laborauit, nec minus totum fermè lumẽ Solis quarto Calendas Augusti latuit, quod Astronomiæ imperitis maximo miraculo pauoriqúe fuit. Veneti graui Hetruriæ bello impliciti, in Macedonia & fo-





ro Iulij

ro Iulij, magnis Othomanni copijs uexati magno reipublicæ detrimento ac totius Italiæ aperto periculo bellum gesserunt. Ioannes Philippus Maria Mediolanensiũ dux, amissis suorũ octo mil lib. infeliciter cũ Roberto Seuerina regis Ferdinãdi duce cõflixit.


HYems fuit horrida, quæ sæuiebat magnis & assiduis imbribus. In Hispania dum Ioannes Arragoniæ rex 18. magno cum exercitu hinc inde uarias urbes adoritur, ingens uariusq; serpentũ numerus actus frigoribus, è proximis syluis, & montibus egressus, ad stationes militũ & ipsa castra perrepsit. Serpentes aũt quãuis admirabilis magnitudinis, innoxij tamẽ in castris oppressi nimio frigore, inter homines uersabant. Lupi q̃q; que gregatim milites è castris non procul egressos sæpius inuaserc. Multorũ etiam fontium, quibus milites in castris utebantur aquæ, paludis & lacuũ qui aderant exhalatione corruptisq; uaporibus infectæ, nonnullis nobilibus oppinatæ mortis causa fuere. Postremò horrenda uox & humanæ persimilis, nocti bus ferè singulis audit, quæ nihil præter horrorẽ mœsticiãq; portẽdẽs, magnum timorem militibus fortissimis incutiebat.






IN Heluetię uarijs locis, i aëre pugnãtiũ magnis uirib. acies. Post aliq̃t dein de menses diuersi generis cruces ac globi ignei, q̃ in terrã cadẽtes rerũ uestigia con-


Digitized by Google





conſpicientib. multis reliquerunt, uiſa ſunt, quod in Baſilienſium annales memoriæ publicæ retinendæ cauſa, relatum eſt. Eodem anno Heluetij contra ducem Mediolanenſem qui peditum equitumq; ſelectiſsimorum 15000. eduxerat, circiter diui Martini feſtum, ad Teſinum amnem manus conferentes, interfectis Mediolanenſium 1400. uictores non tantum euaſerunt ſed prædæ etiam opulentiſsima potiti ſunt.

1479



1480


IN Arabia cometa in modum trabis acutiſsimæ, ac uarijs quaſi punctis diſtinctæ, cum falce phœnaria uiſus eſt. Eodem anno totam Carinthiã uaſtarũt Turcę. Cruciferi cõtra Polonos bellum pararunt. In Vngaria fœdus inter Matthiam ac Vladislaum renouatum.

IN Creta inſula (ut à Coccio Sabellico lib. 1. Æneid. 1. Rapſod. traditum eſt) & ea quidem parte qua ad meridiem obuerſa eſt, operarij quidam dum immanis arboris truncos ad

eos ad naualem fabricam radicitus eruerent, inuenerunt humanum caput terræ reconditum, instar dolij magnitudine, idq; imperiti homines quum temerè attrectassent, confestim putri uetustate solutum, in puluerem abijt. Verum dentes stupendæ magnitudinis, ad insulæ magistratus delati, rei fidem fecere, quorum unus Venetias missus, etiam hodie in priuata domo, pro miraculo ostenditur. Hoc anno Turci classe Apuliam inuadunt, Lidrutum expugnant, & magnam calamitatem Calabriæ cultoribus adferunt. Rheni inundatione periculosissima, Scafhusię, Keyserstulæ, Lauffenburgi, Seckingiæ ac Rinfeldiæ ciuitatibus Rhenanis pontium omnium ædificia demolita sunt. Basileæ autem tria iuga de ponte ablata.

HOc anno uentus nullus fuit per totam Germaniam, & annonæ abundantia magna. Graculi & Picæ magno numero ad aliquot miliariorum spacia in aëre cõfligentes, eius belli quem Galli cum Britannis gesserunt ostentum præbuere. Verum hoc ipsum alij in annum Christi 1484. referunt. 1482

IN die diui Gregorij, duodecimo Martij uidelicet, adeò propter Solis ecclypsim sunt omnia obscurata, ut deficiente iam die, candelæ accenderentur, in urbibus gallinæ, foris uerò diuersi generis aues, ad solita ac nocturnæ quietis loca, sese reciperent. Durauit autem hęc ecclypsis ad quartam horæ partem, quam statim secuta est ingens rerũ omnium penuria, fames, ac pernicioſi hincinde tumultus. Sixtus quartus Pontifex obijt cui successit Innocentius octauus. In Vualesia Heluetiæ pestis 1400. arripuit breui admodum tempore. 1483



In Pa

1486



IN Palatinatu non procul ab Heydelberga in pago quodã Rorbachio, gemini utriuſque ſexus obuerſis tergoribus annexis, nati ſunt. Maximilianus Henrici filius, in Romanorum regem coronatus eſt. Albertus Bauariæ dux, Ratisbonam Germaniæ urbem munitiſsimam ad Danubium ſitam occupat.

1487 BIceps infans Patauij natus eſt, in quo præter naturæ luxuriem nihil alioqui fœdũ aſpectu. Omnia magis tetra in puero, qui per eoſdem dies Venetijs editus eſt, ore pluriuariam ſciſſo, & præter multa fœdiora relatu, genitale membrum habuit uertici agnatum, atq; ob eam rem non placuit in apertum referri. Et (ut ſæpe euenit, ut animis ſemel religione imbutis omnia aurium oculorumq; ludibria pro portẽtis habeantur) percrebuit rumor, gallinam ad Apoſtolorũ ædem gallinacei cantu infauſto omine edidiſſe, extincto confeſtim eius domino, qui leuiter ægrotabat,






eaq;

eaq; interfecta repertũ aiebant ouũ in proximo, in quo Basiliſci, ſpecies eſſet inchoata. Affirmabãt alij natũ in paricidę domo Basiliſcum, quem pertinaci incubatu gallus excluſiſſet, ſed hæc uulgò credita, tanquã parũ conſtaret Aphricæ id malum eſſe, nec totius, ut quidam ſcribunt, ſed Cyrenaicæ tantum. Patauij horrendè terra concuſſa eſt, conciditq; eo motu ædes Carmelitanæ uirginis. Et res Italiæ per id tempus ita ſe habebant, quum ad ortũ & occaſum ſolis, & ad ſeptentrionem externæ gentes, magnis quatiebantur bellorum motibus, ac neſcio an grauius etiã quàm nuper in Italia. Circa Syriam Baiazetus Othomannus res Meruphitici regis infeſtabat bello, bisq; intra annum, in finibus utriuſq; regni eſt inter barbaros acie dimicatum, fuitq; utrumq; prælium Turcis infeſtũ. Maximilianus Brugis dolo captus ac obſeſſus, ſed breui aduentãtibus copijs patris, liberatus eſt. Regnum Granatæ ab Hiſpanis bello obtentum, eiectis Sarracenis.



IVxta Lucernam nobile Heluetiorum oppidum in uilla quadam cui Emmen nomen eſt, ex ouo galli monſtrum (cuius effi 1488





Vũ giem

giem ex Sebastiani Brandi collectaneis mutuauimus) procreatū est. Magna insolitarum auium copia in Turgoia ac alijs Heluetię partibus apparuit. Eodem anno ab Alecuuico principe à Sultz, Ystetense castrum munitissimum (quod in Klettgoia situm) obsidione cinctum. Maximilianus Rom. rex à suis in Flandria captus, & mox à Friderico patre Romanorum imperatore liberatus est.

1489 CVm Iacobus quartus, Scotorū rex (is regnare cœpit anno salutis M. CCCC. LXXXIX.) legatos ad regem Gallorum mitteret, essetq; inter eos primus, Iacobus Ogiluius gymnasij Aberdonensis alumnus, per trāsuersum naue acta tempestate ad litora Noruagiæ (sunt qui Northuegiam uocant) cōpulsi sunt. Vnde in montibus ab his conspicati homines pilosi quales sylue stres esse feruntur, discurrentes. Scisciatiab incolis quinā essent, responderunt beluas esse humana forma, homines insigni odio prosequentes, uerum die nil mali his intulerunt, sed ab eis fugierunt: noctu uerò gregatim uillas inuaserūt, & homines trucidantes deuorauerunt. Effregere quoque ostia. Adeò enim robustæ sunt, ut mediocrem arborem radicitus euellant: truncos etiā magnarum arborum manibus ab arboribus ipsis detrahentes, inter se pugnant. Magnis itaq; tum temporis excitatis circumquaque ignibus, excubijsq; dispositis absq; noxa transegerunt noctē, mane fa-



ne facto, & uento fauente, in Galliam quò iter erat, iuerūt, ut Cardanus lib. 1. de rerum uarietate cap. 4. nobis memoriæ tradidit.

FVit anni huius hyems citra omnium hominum memoriā rigida, & niualis, iacuerunt insolubiles niues usq; ad initiū æstatis, in quibusdā locis urbanis, concretumq; est circa urbem Venetorum stagnū quàm longè lateq; patet usq; ad mare, tam alta glacie, ut ex Margaria uico & alijs circūiectis locis pedibus curruq; ad urbem iretur, differenauit post casum niuium in plures menses, circumuehebantur uenales aquæ, ut assolet, in cymbis, uerum rigore concretæ ac securibus diffractæ, ut magis oculorum æstimatione uenderentur, quàm mensura. Palustres & marinæ uolucres in paludibus deprehensæ, minoraq; animalia intolerandis frigoribus passim interiere. Quiescebat per id tempus Italia pace ubiq; parta, quum Venetis nouus terror à mari ortus est. Otthomannica classis quum minime expectaretur, Hellespontī faucibus egressa, præterq; Græciæ oram uehēs, haud procul Coreyra tumultuosè consedit. Nec ita multò post Baiazetes rex cū ingenti exercitu terrestri ductu in Epirum uenit. Matthias Hungariæ ac Boëmiæ rex apoplexia obijt. 1490

POntanus testem citat, qui affirmarit allatum sibi arietem exenteratum, qui præcordia et intestina geminata habuerit.




COmetes & ecclypsis Solis, hoc anno fuit, quàm pestis pecorū secuta est. In conuentu Norinbergensi, ciuitates imperij Licum occupant, ac Albertum Bauariæ ducē, qui antea Ratisbonam occupārat, urbem imperialem, in integrum, ad ipsorum confœderationē, restituere cōpellunt. Vladislaus Casimiri Poloniæ regis filius, in regnum Hungariæ ascitus est. 1491



SEptimo Nouembris in Suntgoia Alsatiæ superioris limitibus prope Ensheimum oppidum, iudicio imperiali uel consistorio Ferdinandi Romanorum ac Hungariæ regis nobilitatū, lapis ex cœlinubibus ingenti cœli fragore in terram cecidit, duorum centenariorum pondere cum dimidio, qui effossus deinde ac in eiusdē oppidi templo catena in locum sublimem suspēsus, etiam hodie miraculi loco conspicitur.

POst medium Decembrem in Polonia tres Soles in meridie uisi sunt: deinde Cometes duorum mensium spacio post occi



dentem Solem apparuit. & hoc anno Hanfelicus & Maximilianus Cæsar à Vladislao Vngarorum rege uicti sunt. Cazimirus Poloniæ rex animam exhalauit. Cracouiæ magna pars urbis ad occidentem Solem uergens fortuito incendio conflagrauit, diraq; lues & pestis pecudum atq; pecorum Poloniam peruasit.

Ante

ANtequam apud Florentinos Laurentius Medices insignis, atque ob multas animi dotes nunquã satis laudandus princeps obiret, mortẽ fermè hæc anteceſſerunt, quanꝯ & alia quoque uulgò ferantur. Nonis Aprilibus hora fermè decimatertia, triduo ante quàm animam edidit Laurentius, mulier neſcio quæ, dum in æde ſacra Mariæ Nouellæ, quæ dicitur, declamitanti è pulpito dat operam, repente inter confertam populi multitudinem expauefacta conſternataꝯ conſurgit, lymphatoꝯ curſu, & terrificis clamoribus: Heus Heus, inquit, ciues, an hunc non cernitis ferocientem taurum, qui templum hoc ingens flammatis cornibus ad terram deijcit? Prima porrò uigilia, cum cœlum nubibus de improuiſo fœdaretur, continuè Baſilicæ ipſius maximæ faſtigium, quod opere miro ſingularem toto terrarum orbe teſtudinem ſupereminet tactum de cœlo eſt, ita ut uaſtæ quæpiam deijcerentur moles, atque in eam potiſsimum partem, qua Medicæ conuiſuntur ædes ui quadam horrenda, & impetu marmora immania torquerentur. Qua autem nocte obijt Laurentius, ſtella ſolito clarior ſuburbano imminens, in quo is animam agebat, illo ipſo temporis articulo decidere extinguiꝯ uiſa eſt, quo compertum deinde eum è uita emigraſſe. Quin excurriſſe quoque faces trinoctio perpetuo de Feſulanis montibus, ſupra id templum, quo reliquiæ conduntur Medicæ gentis ſcintillaſſe nonnihil, moxꝯ euanuiſſe dicuntur. Quid quod leonum quoque nobiliſsimum par, in ipſa qua publicè continentur caueâ, ſic in pugnam ferociter concurrerit, ut alter peſsimè acceptus, alter etiam leto ſit datus. Arreti quoque ſupra arcem ipſam geminas per diu arſiſse flammas, quaſi Caſtores feruntur: ac lupam identidem ſub mœnibus ullulatus terrificos edidiſſe à Politiano ſcriptum eſt.

ROmæ gemini nati, ſimulꝯ uno corpore coniuncti aduerſis 1493
inter ſe manibus ac facie, qui pauculos uixerunt dies. Et non multò poſt puella uirgo filium ſemicanẽ peperit. Quæ ſane prodigia ſignificarunt cædes & flagitia quæ poſtea ſub Alexandro ſexto Romano pontifice facta ſunt.





1494 BErheldiæ in ditione principis illustrissimi Palatini electoris, in uilla non procul ab Heydelberga 14. Calend. Ianuarij nati sunt gemini pectoribus sibi affixis, unico umbilici dependentis uinculo constricti.

RVbeaci in uetustissimo Alsatiæ oppido, ex quo natus sum, cum Episcopi Argentinensis (qui suo iure ex Dagoberti Francorum Christianissimi regis liberalitate hoc oppidum ut adiacentem regionem, quam inde Munusdatum nuncupant, obtinet) Epitropos uel dispensator, ob rationes malè redditas in



ius capitale traheretur, ac ipsum iudicij tempus iam instaret, ab amicis atq; cognatis apud Episcopum ita supplicatum est, ut liberè dimittẽdum hominẽ sit ab eo impetratum. Verũ cũ hæc sententia literis ad Senatum Rubeaquensem tardius quàm conueniebat, esset declarata, eodem quo nũcius uenit die iam suspensus erat. Verum cum id contra Episcopi sententiã ignotã tum temporis iudici, factum esset, Senatus iussu, à carnifice iterum de patibulo

patibulo depositus, ac sacra processione monachorum Franciscanorum à loco supplicij in urbem magno cum ciuium etiam luctu, ac lachrymis deportatus, in eorundemque cæmiterio honestissimè sepultus est. Visa sunt tum temporis ad octiduum à uicinioribus, ac ijs potissimum qui Pfaffenheimum pagum inhabitant, nocturno tempore uaria circa supplicij locum spectra, ac ad summam infimamque patibuli partem non tantum sine authoribus lumina, sed flammæ etiam è terra erumpentes, ac alia quædam quæ sæpenumero à sanctissimæ memoriæ uiro D. Conrado Pellicano auunculo meo charissimo (qui Franciscani etiam ordinis in patria fuit) recitata nobis sunt. Eodem anno dum Maximilianus solus regnaret, magna Gallorum strages apud Salinas Burgundiæ à Germanis facta est.

IN oppido Germaniæ Rottwil, ad Hirciniam syluam sito, infans duob. capitibus, quatuor manibus, duob. pedibus natus 1494





est. Cracouiæ mense Septembri mulier quædam in platea, quæ à sancto spiritu nomẽ habet, infantẽ exanimẽ peperit, cuius dorsó serpẽs uiuus inhærebat, arrodẽs ac depascẽs cadauer. Altera uero in suburbana uilla, cui Nigræ nomen est, ad duodecimum Calend. Nouembr. monstrum edidit, cætera quidem humana



figura, ſed collo & auribus leporinis, & uno grãdiore inteſtino, totũ uentrẽ occupãte, diducto rictu ſpirãs. Hoc anno Fridericus imp. obijt. cũ Turcis immaniter graſſantib. ſemel iterũq; cõflictũ. Cracouia horrẽdo iacẽdio edaci uulcano cõſumpta. Tartari Podoliã & Volyniam depopulati ſunt.

1495 MAgna nobiliũ falconum unà uolantium copia propè Pfird in Suntgoia uiſa eſt, quod ideò prodigij loco habitũ eſt, quòd hæc auis quaſi ſolitaria ſit, ac à ſuorum etiã conuictu ac conuerſatione ut plurimũ abhorreat. Eius prodigij interpretatio à Sebaſtiano Brando ad Maximilianum inuictiſſimum Romanorum regem ſcripta eſt.





PRope Vuormaciam ad dextram Rheni partem in uilla Birſtad, quæ ſita eſt inter Vuormaciã & Benshaim, mulier quædam monſtrum enixa eſt, quarto idus Septemb. Erant duæ puellæ corporibus integræ, ſed in uertice fronte tenus cõnexæ inſeparabiliter,

& se mutuo inspicientes, has D. Munsterus Moguntiæ se in sua Cosmographia anno 1501. uidisse scribit, easque tum temporis circiter 6. annorum fuisse asserit, cogebantur simul incedere, simul dormire & surgere, & quũ una procederet, altera retrocedebat, nasi utriusq; sese fere cõtingebant, oculi uerò non indirectũ, sed in latera tantum torqueri poterant, quia paululum supra oculos frontes cohærebant. Extensa est uita illarum ad decimum usque annum, & quum tunc una moreretur, illaq; à superstite resecaretur uiua, aut ex accepto in capite uulnere, aut potius ex uulneris fœtore & putrefactione corrupta in cerebro, sororem paulò post est per mortem subsequuta. Occasionem huic monstro dedit huiusmodi euentus: Colloquebãtur duæ mulieres, inter quas una uterum gestabat, & superueniens tertia ex improuiso, concussit colloquentiũ capita, unde pregnans terrefacta, fœtui concussionis dedit signum. Parauit hoc anno Turca contra Christianos magnũ exercitũ. Proinde in comitijs Vuormaciẽsibus, de defensione Germaniæ consultatum est.




ROmæ in amne Tyberi 1496
no monstrũ inuẽtum est corpore humano, capite asinino, cuius manꝰ una humanæ, altera uerò elephantino pedi similis erat. Pedum alter aquilinos ungues, alter calceũ corneum bouinũ exprimebat. Ventrẽ habuit fœmineũ, mammis egregiè ornatum. Totum corpus autem squammis erat undiquaq; obductũ, excepto uẽtre, ac pectore, circa posteriora habẽs caput senile barbatũ, & aliud p̃terea instar draconis flãmas expuentis. Maximiliano inuictissimo Romanorum regi insignis ac insolitæ magnitudinis cerua donata est, quam Germanico ac Latino carmine doctissimo descripsit Sebastianus Brandus.

In

1496 IN Suntgoia fertilissima Germaniæ prouincia, in pago Lãsen, porcus uno capite, quartuor auribus, duob. oculis ac linguis, cto pedibus, corpore, à capite ad umbilicum usque coniuncto, ad posteriores partes uerò separato, natus est.





IN pago quodam qui ad Argentinensem spectat episcopatũ, cui Sugenheim nomẽ est, duobus ab Argẽtina miliaribus, anser mõstrosæ planè formæ in ouo inuẽtus, duob. capitib. totidẽq; linguis, collo unico, quatuor pedibus, q̃rum duo eũ locũ occupabant, ubi in alijs alæ emergũt. Reliqui uerò circa podicẽ (ubi duplex etiã ad ejiciendæ naturæ excrementa exitus erat) apparebãt, aliæ uerò duæ circa collũ expansæ. Eodẽ etiã tẽpore ac loco porcus sex pedib. anserinis ferè similib. natus est.



MVlier quædam Æmylia nomine ciui cuidã Ebulano nupta, post duodecimum matrimonij annum in Æmylium mutata est, ac deinceps uiris cõuersata, artes uiriles in patria exercuit, uxorẽq; propriã, restitu-

Digitized by Google

restituta dote, iussu Ferdinandi regis Siciliarū duxit, ut autor est continuator Eusebianæ Chronologiæ. Eodem anno Vladislaus Vngarorum rex, facto diuortio cum Beatrice Arragonensi, pecunia alteras à Papa impetrauit nuptias, filiam domini de Gandala Vasconis uxorem sibi iungens.

INter Cæsenam & Bertonoriū, tertia diei hora, ad quintū Calend. Febr. tres lapides adusti coloris horrendo sonitu è cœlo cōciderūt, præcesit horū casum ingēs sonitus, & uelut fragor ruentis materiæ. Fuerūt qui unū fuisse crederent, cęterū suo casu in partes disiluisse. Significarūt id nō solū literę ad multos de eiusmodi ostēto priuatim Venetias missę, sed pars una lapidis colore adusto, multis spectare uolentibus est in mediū prolata, quanquā neq; aurium neq; oculorū sensus apud doctos ęque ualuit ac uetustas quę similis testis est, pdigij. Proditū memoriæ est in Thracia olī ad Egos flumē, saxū uehiculi instar è cœlo lapsum, q̄d Anaxagoras Clazomenius sagaci uir ingenio, iā antea casurū dixerat. Per idem tēpus nouū morbi genus cœpit in tota Italia uulgari, sub primū Gallorū in ipsam terrā descēsum, priore anno inchoatū, & ob eā rē (ut credere est) Gallicus nuncupatus. Nā unde primū fluxerit parum (ut uideo) cōstat. Dira lues, & quā nulla sit ætas antea experta, post uarios cruciatus, pustulæ corpus inficiebant, q̄bus in fœdissima ulcera abeuntibus, supra quam exprimi possit, fœdebantur humana corpora. non Elephantia, non lepra, huic malo conferri potest, & quod omnium calamitosissimum est, trahebatur morbus in plures annos, infectaq; corpora, neque uita neq; fœda lue defungebantur, pauci pro numero ægrotantium extincti, sed multò paciores à morbo seruati, nec tantum Italia est ea clade concussa, sed




1496

Germa-

Germania, Dalmatia, omnisq; Macedoniæ & Græciæ ora, uigesima ferè pars hominum id malum est experta.

1497




IN pago Dirlistorf sexto die Decembris, qui diuo Nicolao Episcopo sacratus est, natq; est puellus corpore quidem bene cõpacto, cui tamen brachia pedesq; ob naturæ defectũ non cõueniebant. Dextra enim manus cum omnino deesset, eo loco quo pollex esse solet, carnosus tumor instar uerticuli aut nucis paruæ eminebat. Sinistræ autem manus pars dimidia, in tres tantum digitos sed plane coniunctos, ut quoque pedes in totidem digitos desinebant. Educatus autem, non tantum cibum potumq; monstrosis manibus capere, sed numerare pecuniã, subducere rationes, easdemq; elegantissimis literarum caracteribus rationum libro assignare potuit, quemadmodũ alia omnia, quæ aliàs manuũ auxilio ab hominibus fieri solent. Viuit adhuc domini sui liberalitate adiutus, anno 1557. quo hæc scribimus, iam natus 60 annos, uiuidus adhuc ac obeso corpore senex.

1498



IN ditione Vuerdenberga monstrum fœminei sexus natum est, capitibus duobus, brachijs quatuor, pectore & uentre uno, pedibus duobus. Eo anno Eberhardus iunior, dux Vuirtenbergensis fugatus, ac Vlricus fratruelis eius suffectus est.

Vitulus



VItulus prodigiosus, duob. capitibus, ante & post Cracouię natꝰ. Tartari in æstate Poloniam uastant. Et fœdus Vngarorū Polonorum ac Valachorū contra Turcas ictum est.

MVlierē quandā Germanā Dorotheā nomine, in Italia gemino partu uiginti filios edidisse memorię traditū est, altero quidem nouē, undecim altero. Quę dum hanc prolē gestaret utero, ob ingēs pōdus, solita est eā fascia collo & humeris appensa tumidā aluum, & aduscꝫ genua prolabentē, subleuare, ut Ioānes Frācīscus Picus Mirandulanus princeps, in cōmentarijs suis, in hymnū secundū autor est, q octo infantes simul Ægyptias fœminas etiā peperisse, & earū unā quatuor partub. triginta filios ꝓtulisse, ex antiqrū monumētis hausit. Atcꝫī agro Mutinēsi, Antoniā quādā, quadraginta filios edidisse, dū ageret ipsa annū quadragesimū, ac sępe uno partu ternos atcꝫ quaternos, ex historia cuiusdā Episcopi Nouocomensis recitat.





IN Alsatia non procul à Tabernis uisum est caput tauri, toruis oculis, inter cuius cornua, stella insolitę magnitudnis emicuit. Ortum est bellum Maximiliani cum Heluetijs, quod copiosè in Heluetiorum Chronicis describitur.

LVcernę Heluetiorũ uigesimoprimo die Maij, Draco igneus immani specie, patulis auribꝰ, crassitudine uituli, lõgitudine uerò octo cubitorũ ad pontem Rusi fluuij uolare uisus est. In Iulio mẽse Maximilianus Romanorũ rex magno cũ exercitu in Heluetiam irrũpens, Engadinũ ferro flãmisq; miserè deuastauit. Heluetij partim Meronam properant, partim Hegoiã depopulant.






1500 IN Polonia Cometa in septentrione sub signo Capricorni decem & octo diebus, horrendæ magnitudinis apparuit, & hoc anno Tartari Russiam & Poloniam deuastarunt. Iudæorum bona dirrepta à cruce signatis militibus. Cracouiensis arx fortuito incendio, conflagrauit, & Moschus Lituano bellum intulit.

1501 ALbis Germanię fluuius decimonono Cal. Sept. ita excreuit, ut Misenę in foro à fœminis appellato, lintrib. ac cymbis nauigaret. Iugum pontis unũ è maioribus, aquis euertit. in Germania multis in locis notę Dominicę crucis & in signum passionis Domini, uestimentis & corporibus tam uirorũ quàm mulierum inopinatò apparuerunt. Vnde multi fidei ac religionis mutationem significare iudicarunt.

Vigesi-



VIgesima nona Iunij die in agro Tigurino, apud Heluetios, grando stupendæ magnitudinis, non tantum agros ac uineas infestauit, sed feras etiam syluestres, armẽta pecoraq; diuersi generis in terrã cum hominib. prostrauit. Sic uigesimo secũdo Iunij, ac potissimũ circa Bernã, Solodorũ, ac Bielã ciuitates, ex magna cœli tempestate grandines cecidere, lapidibus, qui sua magnitudine gallinarum oua superabant. Fuit huius anni hyems uehemens, ut aues cœli, ac animalia in syluis habitantia frigiditate torpescerent, penitus & ex his multa interirent. Æstas præterea circa Ioannis Baptistę festum tam feruens, ut arbores, ac diuersos terræ fructus absumeret, syluas hinc inde accenderet. 1502

IN pago Gossouu, agri Tigurini apud Heluetios, mulier honesta masculos duos, duobus capitibus, uno quidẽ corpore, umbilici uinculo cõiunctos, quatuor manibus, totidẽq; pedibus. 1503





1503 IN Germania cruces iterum in ueſtimentis, & in pane ſimilaceo apparent. In Bauaria circa oppidum Vilſecum draco ingens coronatus atque ingnem exſpuens uiſus eſt. In Haſſia infans bene diſtinctis membris natus eſt, niſi quod auribus, oculis, ac naribus in uniuerſum careret, ac in facie ſolum os haberet. Eo anno liga ruſticorum in Germania, uulgò der bundſchuoch, ac præſertim in agro Spirenſi immodicã ſeditionem concitauit in ſuperiores. Pius quartus pontifex obijt, cui ſuffectus Iulius ſecundus, miles melior quam ſacerdos.




1505 PHilippus Flandriæ princeps, cum iam Ioannam Elizabethę Caſtellę reginę ex Ferdinando filiã in matrimoniũ duxiſſet, atq; iam cum eadẽ ex Flãdria ſoluẽs, in Hiſpaniã aliquot nauium claſſe properaret, mala ſubitò tẽpeſtas uẽtis cõtra ſe flãtibus orta eſt. Claſsis aliquãdiu iactata fluctib9, ad extremũ maxima uẽtorũ ui ſuperante diſſoluta eſt, ac naues alię aliò uerſę circa Anglicanũ



littus

littus appulerunt. Nauis prætoria cum duabus alijs ad occiduam insulæ oram delata, se in Vynmuthum portum recepit. At rex marinorum fluctuum improbitate ductus, in cymbam conscendit atq; à suis in terram uectus est. Hæc tempestas loco prodigij à uulgo habita est, quando uis uentorum quæ mare concitaret, ex pinnaculo turris diui Pauli Londini, aquilam æneam quæ lanceæ infixa ut pinna, uentorum flatu facili motu indicabat, euulsit, deiecitq; in terram, quæ cadendo alteram aquilam proximæ tabernæ signū fregit. Hinc iam tum persuasum est religiosis portētorum obseruatoribus, Maximilianum imperatorē qui aquilā gerebat, insignem facturum esse iacturam, qualis procul dubio fuit amittere Philippum filium, quod anno proximo factum est. Eodem anno dux Geldriæ rebellans in Arnheim obsessus, Cæsari se subdidit. Granatæ populus ad fidē Christi coactus est. Maximilianus Vngaros rebelles, capto Posonio, ad suas partes retraxit, ac pacem fecit. Ludouicus Francorum rex rupto fœdere, Longobardiam inuasit.



COmeta apparuit mense Augusto, inter septentrionem & oriētem sub Vrsa maiore, rutilans atq; utrumq; signum Leonis & Virginis occupās. Sed paucis diebus uisus est. Cuius quidem prognosticon fuerat casus illustrissimi principis & ducis Philippi Maximiliani imperatoris filij, regis Castellæ & archiducis Austriæ atq; Burgūdiæ, nec non belli Maximiliani cum Venetis & Gallis. Postea eo anno capta est à Baiazeto urbs Methone, uicta deinde, ingēs classis Christianorum missa aduersus Turcas. Exarsit bellum ciuile inter Baiazetum patrem & eius filium Selimum. In Italia uerò anno quo fulsit captus est à Gallis Ludouicus Sfortia dux Mediolanensis. 1506


lanenſis. Atq; hi euẽtus proximi fuerunt Cometæ, quare eos præcipuè ſignificatos arbitrabantur. In Germania aliquãtò poſt exortum eſt bellum Bauaricum. mox exarſit & bellum Venetum, in quo quàm uariæ uices extiterint, quantis aduecti ſint cladibus Itali & Galli, quæ regũ fuerint adfectiones, hiſtoriæ oſtendunt.

1509



HOc anno 14. Septemb. terræmotus grauiſſimi octodecim diebus cõtinuis murum Conſtantinopolitanæ urbis qua parte mare ſpectat, cum omnibus adiacentibus domibus diſiecit, foſſatumq; ruderibus impleuit, ac terræ æquauit. Arcem in qua Gazophilacium imperatoris quinq; turribus munitiſſimis cuſtoditur, & inſignis domus qua leones nutriuntur, deſtruxit, cuniculos qui per montes ac longa itinera è Danubio aquas in urbem euehunt maximis laboribus & impenſis fabricatos ita concuſſit, ut ingenti theſauro reparari nequiuerint. Sinus quoq; maris, ſiue brachium (ut uulgò loquũtur) inter Conſtantinopolim, & Peram uiolentia terræmotus adeò infremuit, ut in utramq; ciuitatem mare ultra muros aquam inijceret, ſed & domus tributaria iuxta muros urbis in mare tota decidit, ut nullum illic apparuerit ueſtigium, maxima item pars turris plumbeæ in Pera corruit. In Calliopoli munitiſſima arx penitus rupta eſt, nec ulla domus illic integra manſit, feruntur Conſtantinopoli tredecim millia hominum tum obruti, periſſe. Iulius ſecundus Pontifex eccleſiæ Romanæ, urbes quas Veneti ante obtinuerant, in ſuam poteſtatem redegit. Ludouicus duodecimus Francorum rex, Venetos uicit, ac multas Italiæ ciuitates cepit. Bellum Valachiæ cum Sigiſmundo Poloniæ rege cœptũ. In Anglia defuncto Henrico ſeptimo, Henricus octauus ſucceſſit. Baſilius Moſcus, Pleſcouiam ciuitatem maximam occupauit.

Bernæ



Bernę Heluetiorũ quatuor prædicatorŋ ordinis monachi, ꝓpter hæresim, ac malis artibus cõfictam religionem, incendio cõsumpti sunt. Maximilianus Cæsar, Veronam, Patauium, Teruisium, & alias urbes permultas à Venetis recuperat.



ONacrotalum auem cygno multò maiorẽ in omnib. expeditionibus Maximiliano Romanorum regi præcessisse, ac castris quasi locũ signasse certum est, unde & hæc auis mansuetissima in aula Cæsaris quam potissimum sibi elegit, boni omnis spe, debito uictu multis annis sustentata est, quæ ante paucos annos adhuc Mechliniæ publicè alí grandæuã, Culmãnus Geppingensis uir eruditus ac humanus, in sua ad Gesnerum epistola testatur.

CEciderunt magno omnium miraculo ac stupore è cœlo lapides circiter 1200. in agro fluuio Abduæ contermino, ex his (ut Cardanus de rerum uarietate scribit) unus 120. pondo, alius sexaginta, delati fuerũt ad regis Gallorum satrapas, pro miraculo plurimi, quorum color ferrugineus, durities eximia, odor 1510



sulphureus, p̃cesserat in cœlo ignis ingens hora tertia: decidentium lapidum strepitus hora quinta exaudi-tus, ut mirum sit horis duabus tantã molem in aëre sustineri potuisse. Intra uigin ti menses pulsi ex Mediolano Galli. Triennio post reuersi, uaria prius fortuna, inde iterum pulsi, ad excidium profligati. Vrbs Mediolanẽsium in cuius finibus ceciderant lapides, uectigalibus, incendio, fame, obsidione, peste nunquam aliâs uexata grauius.

TErræmotus magni quatiunt Florentiam, Rauennam, Venetias, Forum Iulium & pleraq; alia loca, cum magno incolarum terrore in Italia. Et eodẽ anno Mirandula recuperatur à Gallis, & Mutina Maximiliano regi traditur. Bononia deficit à Pontifice. Tripolis in Africa obtinetur ab Hispanis. Tauricí Tartari Lituaniam ad Vilnam usq; uastant.



1511 MEdiolani die sereno ac splendido, stellæ mirum in modum micantes in cœlo uisæ sunt, eodem mox anno Galli ex urbe pulsi sunt.

Rauennæ

RAuennæ natum eſt mõſtrum, cornu in capite, alas habebat, brachia nulla, pedem unum, ut auis rapax, oculum in genu, ſexum utrũq; in medio pectore ypſilon & crucis effigiem. Aliqui interpretati ſunt, cornua ſuperbiam, alas leuitatem & mentis






inconſtantiã, carentiam brachiorum, defectum bonorum operũ, pedem rapacem, rapinam, uſuram & omnimodam auaritiã, oculum in genu, ſolum ad res terrenas mentis defectionem, utrunq; ſexum, Sodomiam: Et propter hæc uitia Italiam ſic bellicis cõtritionibus quati, regem autem Franciæ non ſua uirtute id facere ſed ſolum eſſe Dei flagellum. Ypſilon uerò & X, ſigna eſſe ſalutis, nam Y figura eſt uirtutis. Ideo ſi ad uirtutem recurrant, & ad Chriſti crucem, ab his preſſuris & tribulationib. reſpirationem et pacem conquaſſationibus deſiderabiliorem ſint habituri. Hęc legimus apud Ioannem Multiuallem ac Caſparũ Hedionem in hiſtoria Synopſi poſt Sapellicũ ad noſtra uſq; tempora. Verum & aliam eiuſdem monſtri effigiem, ſed paulo diuerſam ac priori non in omnibus reſpondentem cum interpretatione carmine expreſſa uidimus; quam & hoc loco adiũcere placuit. Poſt uarios Italiæ tumultus bellicos ſummus Pontifex Rauennam obtinuit. Concilium Gallicanum celebratum eſt Turoni, quod tamẽ Lugduni demum continuatum eſt. Tripolis in Aphrica ab Hiſpanis obtenta.

Eodem

EOdem anno Augustæ Vindelicorum uirgo 40. annorum, dum se absq; cibo atque potu uictitasse ad multos menses diceret, quibus nec dormiuisse unquam sanctè affirmabat, nõ tantum ignobile uulgus sed Cęsarem quoq; ipsum Maximilianum ac multos imperij Romani principes adeò decepit, ut post custoditam ac iam aliquoties exploratam, reuera spiritu Dei eam duci atque ali crederent. Verum cum paulo post fucus, qui suberat, detegeretur relicta Augusta patria, in Heluetiã fugit atq; Friburgi in Vchtlandia (ut digna erat) aquis submersa est.

1513 EManueli Portugaliæ regi potentissimo Cal. Maij ex India allatus est Rhinoceros uiuus colore buxeo siue uermiculari, tes-



stis clypeatis tectus, magnitudine elephanti, crurib. tamen breuioribus, omniq; ex parte armatus, animal in ea regione uix antea uisum, unde et miraculi loco non ab incolis tãtum, sed à uicinioribus etiam omnibus conspectum est.

1514 COlmariæ imperialis Alsatiæ oppidi ad Illum fluuium siti, natus

natus est infans uirilis sexus, ex cuius pectore aliud integri hominis eiusdemq; sexus corpus omnibus membris absolutum, ad genua usque propendebat, solo capite in alio corpore infixo.







IN Sarzano quinto Idus Martij nobili quodã Italiæ uico inusitatæ magnitudinis mõstrũ uisum est, q̃d copiose Cælius Rhodiginus in lectionũ antiquarũ lib. 24. describit. Fuit aũt infans biceps in quo multa mira conspiciebant̃. Primũ quadrimestris magnitudo, mẽbra omnia cũ proceritate respõsum habẽtia, absoluta, amussitataq; Facies utraq; similitudinis propè indiscretæ. In capitib. crines aliquãto longiores ac nigricantes. Inter utrunq; caput ex collimitio humerorũ tertia surrigebatur manus. Sed quæ aures lõgitudine nõ excederet, nec integra uisebaẽ omnino. Reliquũ corpus prorsus benè compactũ, ac citra ullam maculæ fœditatem. Postridie allatus Rhodiginũ est. Quia uero uisenda res erat, placuit mitti ad Hispanorũ ducem, qui in proximo uicaria regis fungebatur potestate, id uerò ut citra putredinis timorem posset obiri, exenterare præmortuum necesse fuit. Inibi ergo mirum aliud, cor quidẽ simplex, ut assolet, at iecur duplex, sicuti & lien. Nã in uiscere hoc uisam quandoq; duplicationẽ uel in uno, credimus Aristoteli. Verùm in hoc genus monstris mira quidem, sed naturalis tamen à peritis rerum afferri ratio solet. 1514

Hoc


Hoc anno Italia, intonãte altius bellorũ procella, multis annis late uaſtitatẽ dedit, ac inteſtinis diſcordijs flagrantibus multa undequaque incommoda paſſa eſt.


1514 PRidie idus Ianuarij in ducatu Vuittenbergenſi, circa tertiam horam diei, tres ſoles in cœlo uiſi ſunt, quorum medius ſua





magnitudine reliquos ſuperabat, in his autem omnib. gladij ſanguinolenti atq; candentis figura undequaq; eminebat. Idibus Ianuarij circa horam octauam pomeridianã Rotuillæ in præclara Germaniæ ciuitate, quæ Conſiſtorio ac iudicio imperiali nobilitata eſt, ſol horrenda ſpecie uiſus eſt, quem uarij ac diuerſi etiam





coloris

coloris semicirculi circumdabãt. Decimo autem Ianuarij, ac decimoseptimo Martij iterũ tres soles. Vndecimo uerò Ianuarij ac decimoseptimo Martij tres Lunæ uisæ. Quorũ omnium significationes ac prognostica publicis literarum monumentis, per Iacobum Stopelium, artium ac medicinæ doctorem, medicumq; Memmingensem edita sunt. Eo ipso ãnno in Germania Sueuica factio, quam uocabant den armen Kuontzen, ducem Vuitten bergensem exagitauit. Iudæus Pfefferkorn dictus, Halæ Saxonum, quod Eucharistiam prophanauerat, combustus est. Moscorum supra 40. millia à Polonis ad amnem Boristhenem cæsa sunt. Smolensko arx Lituaniæ munitissima, Moscõ prodita est. Sophi in maiori Armenia Turcos magna strage uicit.

EManuel Portugaliæ rex Vlyssipone præbuit ludum atq; certamen elephantis cum Rhinoceronte, spectaculum admiratione dignum atq; in ea regione nunquam uisum, in quo tamẽ elephans succubuit. Munsterus lib. 5. Cosmogra. 1515



IN Germania uisus est iustæ ętatis uir, cui aliud caput ex umbilico exereret, quod pro more alterius quoq; cibum caperet. Huius meminit Iacobus Ruoffus in libello de homi nis conceptu, ex quo eam quam uides imaginem mutuauimus. Eo anno Franciscus Galliæ rex pace cũ Heluetijs facta, eos 700000. coronatis, additis insuper aliquot præfecturis donauit, annuasq; pensiones promisit. 1516

CVm Ratisbonæ ad Danubium fluuium sitæ, eiectis Iudeis ex illorum sinagoga templum in diuæ uirginis honorem erigeretur, quod formosæ Mariæ templum appellabant, mox magna à Germanis finitimis eò peregrinatio facta est. Confluebant indies multi, qui furore quasi ac insania correpti, sua relin-

quentes, quod domi attrectauerant, secum ad templum adferebant. Faber lignarius domi laborans, cum optaret se Ratisbonæ





esse quò Mariam salutaret, arrepto forte quòd tum ad manum erat instrumento, mente iam captus, se in pedes dabat, nec ulla ratione ab instituto suo reuocari poterat. Sic serrarius cum lima uel alio instrumento, faber cum malleo, cum subula sua calceator, materfamilias cum colo, aut olla in qua coxerat, ancilla cum tripede aut situla, alij uerò cum alijs rebus, quib. tum occupati erãt. Eorum multi itineris imperiti ad aliquot miliaria ieiuni aduolarunt. Sanatę sunt ibi male habentium infirmitates. Acceperunt ibi uisum cæci, surdi auditum, saltauerunt in discessu claudi, ac ad uitam mortui reuocati sunt. Durauit hæc peregrinatio ad octennium, deinde ad nihilum redacta est. Tu lege plura apud Sebastianum Francum in imperatorum rebus gestis, ubi hanc peregrinationem non minus doctè quam elegãter depingit. Ego cũ anno 1541. in comitijs ibi celebratis illustrissimi principis Ludouici Palatini electoris aula essem, theologorum tum (ob institutum in religionis negocio colloquium) amanuensem agens, uix umbram tam præclaræ peregrinationis uidi, templum tum temporis erat purgatum omnibus illis instrumentis, quibus adorantium hactenus liberalitate adornatum fuerat, ingentem tamen molem, magno plaustrorum numero senatus iussu propter impedimenta, ac loci angustiam, à ciuibus amotam intellexi.

Vicesi-

Digitized by Google

VIcesimasexta die Iunij, Nordlingenses ingenti affecti sunt damno. Nam excitatus horrendus uentus, simulq; terræmotus grauis concurrēs, deiecit Parochialem Ecclesiam ad sanctum Emeranū dictam, atq; intra mœnia ciuitatis, & extra ad duo mil- 1517





liaria, strauit duo millia domorum & stabulorum. In syluis uerò & hortis innumeras radicitus euulsit arbores, reliqua eminētiora ædificia, quæ non deiecta sunt ui uentorum, pro magna parte sunt concussa & commota, atque deinde infirmiora reddita. Grandinis diro impetu circa Rhenum omnia deuastata sunt, unde mox dira fame ac rerum omniū maxima penuria laboratū est.

IN Saxonia in festo natiuitatis Domini circa cœnobium Vinariense, media nocte cœlo serreno crux punicei coloris in cœlo uisa est. Editæ sunt eo anno Martini Lutheri conclusiones contra indulgentias pontificias, unde multæ in Ecclesia Christiana dissensiones ortæ sunt.

NOuum & inauditum morbi genus ortum, sudatoriam uel Anglicam pestem dixere, primum Brabantiā & loca finitima, mox magnam Germaniæ partem inuasit. Fuit ea uis morbi adeò letalis, ut quosdam ante duodecim horas, plurimos ante uigesimam quartam horā, ex quo sudare cœpissent, absumpserit. Sed nusquā sæuijt Atrocius quàm Antuerpiæ, in qua urbe tridui spacio, quadringētos aut quingentos homines extinxit. Langue 1518

Digitized by Google

bant in domo una ſeptem, octo, plures etiam. Miraculi loco habitum eſt, ſi unus mortem euaſiſſet. Immunes erãt pueri & ſenes ab hoc malo. Qui media ætate eſſent, aut nõ multò infra hanc, hi incidebant in morbum prandentes, dormientes, comeſſantes, genioq; indulgentes. Tantum malum erat, ut ipſi medici fatereantur ſe neſcire quid eſſet. Hoc anno comitia Auguſtæ erãt, in quibus de ſucceſsione Caroli imperatoris, de cauſa Vlrici ducis Vuirtenbergenſis, ac Martini Lutheri doctrina actum eſt. Dux Vuirtenbergenſis bis ex ſuo principatu expulſus eſt.

1519





TRauenus fluuius inferioris Germaniæ, adeò exundauit, ut Lubeci à Piſtorio Prato totum plauſtrale ſcutorũ genus auexerit, multumq; damni cellis, & apothecis inie cerit. Tiguri Heluetiorum ad Calendas Ianuarij hermophroditus natꝰ eſt, propè umbilicũ magnũ crudę carnis tumorem, & paulò inferius muliebre, ſuo autẽ ſolito loco uirile membrum habens.

EX Sabaudia in Heluetiã uenit quidã iuſtæ ætatis, integra forma, mẽbris benè cõpactis omnibus, ex cuius tamen uẽtriculo præterea aliud hominis corpus ita propendebat, ut caput tãtũ, atq; brachia ſola deeſſent. Circũtulit uir bonus hãc molẽ, magno hominũ undequaq; cõfluentiũ ſpectaculo, & admirationẽ per regiones diuerſas, ex corpore miraculoſo quęſtũ faciens.


Vien-

VIennæ Austriæ per mensem Septembrem diuersi generis prodigia cœlestia uisa sunt. Primo enim eius mensis die, à tertia usq; ad quintã horã post meridianam Sol duplici circulo uisus est. Quarto die circa primam fax ardens. Quinto Ianuarij cir 1520






ca Solis ortum tres soles cum uarij generis iride. Sexto circa tertiam pomeridianam iterum sol cum duobus magnis circulis uisus est. Philosophi Halonem maximum uocant. Sexto circa nonam noctis Luna cum cruce signata, & circulo inclusa, cui maior semicirculus in parte superiori erat. Septimo circa ortum diei,






Digitized by Google

tres soles uisi sunt, Philosophi Parahelios uocant, à sexta autem usque ad septimam iris cum trigemina Luna. Quæ prodigia à Pamphilo Gengenbachio, cum imaginibus ad Carolum regem missa atque per Germaniam publicata sunt.






1520 VVIssenburgi ad Rhenum in meridie magnus atque horrendus armorum strepitus atque concursus in aëre resonans à ciuibus auditus est. Vnde multi metu consternati, arreptis suis etiam armis confluxerunt, urbem ab hostibus cinctam obsidione putantes.



CVm Carolus 5. Romanorū imperator, Aqsgrani coronatus est, area circa solem cum iride uisa est. Christiernus secundus Daniæ ac Norueguiæ rex occiso Stenone Suetiam obtinuit, Holmiam crudeliter afflixit, ac mox metu coactus relicto regno in Germaniam fugit.

Erdæ

ERdfordiæ ad ſolem uiſa ſunt gemina parelia. Trabs ardens horrendæ magnitudinis in cœlo conſpecta eſt, quæ deſuper in terram ſeſe demittens, conſumpſit plurima. Inde reuerſa in aë-





rem formam circularem induit. Proximo anno Turca cum ingenti exercitu Hungariam inuadens, Albam Græcam proditione cepit. Lutherus hęreſeos in comitijs Vuormacienſibus accuſatus, ſeſe ueritatis Euangelicæ teſtimonijs, coram imperio Romano defendit. Caroli V. imperatoris milites Mediolanenſem non arcem tantum, ſed ciuitatem etiam, pulſis Gallis, receperunt.

ACcidit Mediolani uigeſimo octauo die Iunij horribilis caſus. Erat ſupra fornicẽ portę arcis, louis turris, nõ ſolum ad propugnandũ munitiſsima, ſed aſpectu etiã pulcherrima, qppe in cuius fronte ꝑter alia ornamẽta locatę eſſent tutelariũ diuorũ marmoreę imagines, ad amuſsĩ ſculptę, cũ inſignib. Sfortianorũ ducum, qui tantã molem fundauerãt. Forte aũt cum intra turrim ſeruarentur in uſum tormentorũ, plurima pulueris ſulphurei uaſa, fulmẽ de cœlo ipſam tetigit, & murum ſcindens, igneam materiam accendit, cuius impetus nõ ſolum turrim cuertit à fundamentis, ſed mœnia etiã, & arcis cubicula, ac reliqua ędificij membra proxima humi proſtrauit, ſaxaq; circumuolitantia duos arcis præfectos, qui de more paulo ante ad ſalutandum uirginem 1521



matrem, in ſacello iuxta portam conuenerant in area deambulantes occiderunt. Alios quoq; è militibus, qui ibidem auram captabant (erat enim æſtas & diei ueſpera) interfecerunt, aliorum capita, thoraces, brachia, & crura fregerunt, adeò ut è ducentis propugnatorib. uix duodecim è tam magna clade euaſerint. Neq; tantæ ruinæ fragor ciuitati fuit ignotus, quin & ipſa ualido terræmotu cõcuſſa, magnum pleriſq; iniecit timorẽ, ne tota eo impetu corrueret, quo ſedato, cũ fulminis ardor uehemẽs uerſus arcẽ uiſus fuiſſet, innumeri eò cõcurrentes, omnẽ aream, quæ ante ipſam arcem erat latiſsima, ſaxis opertam repererunt, admirabanturq; aliquot lapides, quales decem boum iuga uix loco mouere potuiſſent, quingentos & amplius paſſus iactos fuiſſe, fundamenta turris euulſa ſupra portam ſtare, ipſius faſtigia in imo conſpici, neq; id ſine Dei nutu eueniſſe exiſtimabant.

1521 HAdrianus põtifex cũ in Palatij ſacellũ Romę ad ſolennes natalis diei Ieſu Chriſti cęremonias pagẽdas ingrederetur, ianuæ illius ſacelli ſupliminare q̃d marmoreũ erat, poſt ei9 ingreſsũ illico decidit, ac nõnullos cuſtodię ſuę milites cũ maxĩo ipſius timore occidit. Eo anno poſt captã Rhodũ Caierbei9 ſtatĩ defunctus eſt. Cui Acomathes Baſſa, q̃d ad miniſtrationẽ attinet, ſucceſsit.

1522 IN Turingiæ diuerſis locis agri ac ualles à magna muriũ copia mirum in modum deuaſtata ſunt. Chriſtiernus Daniæ rex, Stenone interfecto cum regnum inuaſiſſet, Holmiam grauiter afflixit, qua de re copioſe Zieglerum leges.

1523 VItulomonachus monſtrum terribile, natum Vualterſodorfi uno à Fribergo lapide, pago ditionis Cellenſis, uilla ruſtici, cognomento Stecheri, de quo monſtro D. Martinus Lutherus libro





rus libro edito, suam exposuit sententiam. Scimus etiam natum Porcosacerdotem tertiodecimo anno post Hali in Saxonia, ipso die Paschatis. Circa autumnum in regno Granatę magnus castrorum ac ciuitatum numerus terra absorptus est, ac Neapoli in diui Galli festo tanta cœli tempestate secutum est, ut castella, arces ac ingentia hinc inde ædificia ruperit.

QVinto Calend. Nouēb. in regno Neapolitano, Cometa apparuit, & cœlum ex crebris corruscationibus, tonitruis, ac fulminibus in terram delapsis plane ardere uisum, tremuit terra,





& secu-

Digitized by Google

& secuta est ex ruptura nubis inundatio tanta, ut lapides ex montibus sexcentorum centenariorum pondere penitus cum domibus ac castellis quindecim millib. & quinquaginta tribus, atq; cū hominum, armentorum, pecorumq; innumerabili multitudine, per triginta duo miliaria Italica auexerit.




ROmę tertio nonas Nouembris in ripa Maiori, uisum est monstrum marinū sexus fœminei cū mammis, capite tamen hirsuto, magis simiam quam hominem referente, cum auribus caninis. Eo anno Rhodus insula Solymanno Turcarum imperatori dedita mēse Ianuario, maximo totius Europę detrimēto ac miserando luctu.

1523 CVm in Pānonia (ut Fincelius scribit) noctu quidā rusticus curru ueheretur, & cadente diurna luce, cogeretur in agro pernoctare, excussus somno erectoq; corpore stans, uidit in aēre duos principes digladiātes, alterum procero & ualido corpore, alterum staturæ minoris, sed regium diadema capite gestantem, quorum alter grandior & fortior uictum interemit, & coronam capiti detractam terræ illidit, ut in partes dissiliret. Post triennium Ludouicus Vngariæ rex in prælio turcico fusus ac profligatus est, qui etiam aduersum sibi prodigium in corpore suo circumtulit. Natum enim infantem cutis nulla texit, sed caro fuit cruda, ut necesse fuerit medicos arte cutem obducere corpori, quo existimatur regni amissionem significatam esse.

TIguri Heluetiorum sexto nonas Maij tres simul soles, uarijq́ue simul circuli in cœlo conspecti sunt, ac eodem anno, eiectis ex templis omnibus idolis, nouam Euangelij reformationem, per omnem suam ditionem Tigurini instituerunt.


Villa-



Villachium Germaniæ oppidum pernicioso incẽdio cõsumptum, ac Labachiũ ad dimidiam partem diro incendio deformatum est. In Haga uerò comitis Hollandiæ, mulieres ob uectigalium portoriorum exactionem, pernicioſam excitarunt seditionem.

IN Hircinię syluę q̃dam pago nõ ꝓcul à Kniebis, infans mõstruosus natus est, 1525 uirilis sexus, in cuius corpusculo circa pectus aliud prętereà corpus mẽbris omnibus absolutis, propendebat ad genua usq; solo capite in alio corpore tecto. Peruenit monstrũ hominis ad uirilẽ usq; ætatẽ hinc inde miraculi loco, ac Argẽtinæ adhuc in nũdinis circa Ioãnis Baptistę festũ, anno 1555. ac sequẽti q̃ hęc scribimus apud nos Basileę in nũdinis diuò Martino sacratis conspectũ est.






ANte mortem Ludouici Hungarię regis, in Hungaria duo parelia conspecta sunt quæ procul dubio significarũt, tres reges, Ferdinandum uidelicet, Ioannem, ac Turcarum imperatorem, dimicaturos esse de regno. Iobus Fincelius.

In Sa-

1525 IN Saxonia menſe Maio, iris noctu ſupra Locham adparuit. Infans Vuittenbergæ ſine capite natus, atq; alius inuerſis pedibus. Eodem anno dux Saxoniæ Fridericus Sapiens diem obiit. Viſus eſt Halo qui ſolem ingenti magnitudine cingeret, iridis ferè formam induens.




IN Auguſto Sol per aliquot dies ut igneus globus in cœlo comparuit. Hoc ipſo anno in Germania horribiles, & ante nunquã auditi motus à ſeruis ruſticis in Alſacia, Sueuia, Francia. Thuringia, & in illis terris quæ ad Rhenum ſitæ ſunt, excitabantur. Motus hi magna ui & armis principum ſunt repreſsi, adeò ut intra menſes ferè tres ſupra centena millia ruſticorum conciderint in conflictu, non aliter atque pecora trucidati. In Mulhauſen Duringiæ oppido, concionator Eccleſiaſticus erat Thomas Monetarius, is palam docuit reſtauraturum ſe collapſum Eccleſiæ ſtatum, gloriabaturq; priuatim ſibi à Deo reuelationes fieri, & ad euertendam tyrannidem impiorum, gladium Gedeonis ſibi commiſſum eſſe. Eduxit turmatim cohortes uulgi, iuſſitq; nobilium domos diripi, & monaſteriorum bona compilari. Cæterũ dum deprædantur, paſsim plebeiæ copiæ ſine ordine, deleuerunt eas Saxoniæ principes, & Landgrauius Heſſorum. Monetarius & ſocij eius plerique capti ſunt, & capite truncati, pœnas impij ſui inſtituti dederunt. Franciſcus Galliæ rex uigeſimoquarto Februarij à Caroli v. imperatoris militibus ad Papiam captus eſt.

1526 IN Heluetia apud Tugios uigeſimo Iulij die turris pulueris bombardici de cœlo tacta, ingentem urbi cladem dedit.

SIc in Septemb. menſe fulmen è cœlo lapſum, feriens Baſileæ turrim quandam redundatem, multis uaſis bombardico puluere

puluere repletis, in momento oculi fregit illam, diſiecitq; lapides magnos & paruos in urbem, non ſine graui læſione omnium quæ in propinquo erant, Interierunt duodecim aut tredecim homines, & aliquot pecora, qui ea hora in campo iuxta turrim uerſabantur. Quædam etiam domus quadratis turris lapidibus tectæ, non modicum ſenſerunt detrimentum, adiacentes uineæ fuerunt ſubitò ſic tonſę, ut putares uites falcibus reſectas. Fœdus Mediolanenſiū, Gallorū, Anglorū, Venetorū ac omniū Longobardię ciuitatum, cōtrà Carolū V. imp. ictum eſt. Interfecto Ludouico Vngarię rege à Turcis, regnū Vngarię inuaſit Ioānes Zepuſienſis Vaiuoda. Sigiſmūdus Polonię rex Dantiſcū ueniēs, ſeditiones puniuit, ac ſacrificulos in priſtinā dignitatem reſtituit.

NOn procul à Kauffbūren nobili Sueui oppido tres ſoles cum uariis circulis cœleſtibus uiſi ſunt. 1527






CIrcumferebantur tum uaria paſsim uaticinia, quibus colligebat eum annū rerū mirabilium futurū: Nunciatū eſt quoq; prodigiū, auditū uidelicet in cœlo fragorē, quaſi armatorū inter ſeſe concurrentiū. Et paulo poſt, cum ad diuorū delubra, obſecrationum feriis ſupplicationes è more haberent, ſol ingenti ac nebuloſo orbe ſereno cœlo circūquaq; incluſus apparuit. Quę prodigia cū ab aliis aliò (ut quiſq; animū affectū habebat) ad reges & monarchas referrent, poſtea extitere quidam, qui ea peculiariter dua-

bias Vltraiectinorum res, & mirabiles motus, uiciſſitudinesq́, quæ in hunc annum inciderunt, portendiſſe affirmarent, de quibus copioſè Lambertus Hortenſius Montfortius libro tertio rerum Vltraiectinarum doctiſsimè ſcripſit.

AGmina locuſtarum magno uentorum undiquaque flantium impetu ex Turtia in Poloniam delata ſunt, habentium cæſias ac aureas alas quaternas. Hæ non minus hominibus quàm pecudibus noxię, poſt ſe peſtem reliquerunt. Cõſpecta præterea multis in locis duo parelia, gemina iride cincta. Iobus Fincelius.

1527 VNdecimo die Octobris, mane circa horam quartam in ea Vueſtriæ parte, cui comites Rheni præſunt, terrificus Cometes à multis uiſus eſt, durauitq́ hora & quarta eius parte. Oriebatur à ſubſolano, aſcendens meridiem occidentemqúe uerſus, ſub ſeptentrione maximè conſpicuus. Longitudine erat immenſa, colore ſanguineo in croceum deſinente. Summitas eius incuruati brachij formam & ſpeciem habebat, in cuius manu ingentis magnitudinis gladius, ueluti iam iam percuſſuri uidebatur. In gladij mucrone atque ab utraque acie, tres non mediocres ſtellæ apparebant, uerum quę à mucrone fulgebat, reliquis duobus maior erat. Ab his ſub obſcuri radij piloſæ caudæ figura cõſpiciebantur.




In lateribus à ſummo ad imum uſq́, radij in ſpeciem ferè haſtarũ deformati & gladij minores, diluti ſanguinis colore, inter quos humanę facies comis barbisq́ hiſpidę, nigricantis nubis colore cernebantur. Hęc ſimul tanto terrore horroreq́ mouebant ac rutilabant, ut nõnulli ſpectatorũ timore metuq́ propè exanimati dicant. Hunc inſignis aſtrologus Petrus Creuſſerus, Ioan. Liechtenbergij inſignis aſtrologi diſcipu-

discipulus, interpretatus est. Subsequuta est Turcica Tyrãnis, & incursiones hostium acerrimæ cum sanguinis hinc inde effusione. Roma urbs ab exercitu Cæsariano duce Borbonio obsessa & capta, direptaque est. Pontifex obsidionis necessitate coactus, in Angelica arce captum se dedidit Cæsarianis, sed eum pro singulari clementia sua liberũ dimisit Cæsar, ac pristinæ dignati restituit, ut Christiani orbis publicę trãquillitati cõsuleret, quidã scribũt 40000. aureorũ millibus redemptũ esse ab hostibus.




DIe decimonono Iulij 1528
Augustę Vindelicorũ ingens tẽpestas orta, ex qua grãdinis lapides inusitatæ magnitudinis, multã ac pnicioſam cladẽ domi ac foris intulere. Visa est octauo Iunij cœlo sereno, area circa solem, iridis similitudine nõ obscura. Secuta est sic itas magna.




DEcimo septimo Calẽd. Iunij, Tiguri Heluetiorum metropoli, multi simul soles atque circum eos tres circuli, conspecti sunt. Eodemq; anno sequuta est insolita in Heluetia (regione armentis atque pecoribus aliàs refertissima) carnium caritas, atq; penuria tanta, ut ex Vngaria boues uocarent. Anno uero proximo Tigurinorum aliorumque confœderatorum, contra 5. Heluetiorum pagos, bellum intestinum exarsit.

1528 NAtus est infans qui brachijs inuniuersum careret, reliqua corporis forma rectissimè habens. Pedes huius cũ ad uigesimum annum ætatis peruenissent, manuum officio fungi uidi-





mus, accipiendo, secando, ori inserendo, nec non etiã alea & chartis ludendo. Quod & alter quidam ore & mento prẽstare potuit. E lusdem etiam agilitatis mulier Francfordiæ ad Mœnum anno Christi 1556, uisa est, quæ manibus omnino carens, arrepto pede calamo, literas non tantum elegantissimè pingere, sed tractare colum, nere, numerare pecuniam, ac subtilissima quæq; pedum digitis conficere potuit.




CVm urbs Vltraiectina graui obsidione premeretur, ostentum dirũ in cœlo uisum, oppidanos uehemẽter perculit, & hostium animos in spem potiundi oppidi erexit. Signum enim decussatum in cœlo, supra oppidũ luteo colore (horrendũ aspectu) terribile apparuit. Id quia Burgũdici nominis insterssignium est, utrinque ita interpretati sunt, oppidum breui Burgun-

Burgundionum ditionis futurum. Fuere tamen inter Hattēnos, qui id in longè diuersam religionem uerterent. Tutelaris ei loco D. Andreas est: persuasum inde multis fuit, eum diuum præsens oppido auxilium, ut obsidione solueretur, allaturum. Mane circa lucis principium porta Hænuersa, quia magnis operibus hostium fœdè deformata, diuq; quassata, ac propè decussa fuerat, procidit, cuius ruina aditus armatis in oppidum, per apertum, planumq; iter, patefactus fuit.

NOno Ianuarij circa decimam noctis horam in Germania, chasma quod uoraginem uel hiatum cœli philosophi uocant, uisum est, quod Iouianus Pontanus doctissimè descripsit. 1529




PRopè Esselingã Neccari monstrũ natũ est, infans uidelicet uno capite, quatuor aures, quatuor brachia, quatuor item crura pedesq; habẽs. Comitia regni Germanici apud Spirã celebrantur de rebus fidei, ac stratagemate contra Turcas. Pluuiosa æstas hoc anno terræ omnia nascentia miserè passim pessundedit.




IN festo Matthiæ Apostoli circa noctis initium Vratislauiæ uentorum immenso impetu cacumẽ turris diuæ Elizabethæ, cum magna lignorum strue, mole cupri ac stanni (ex quibus obductum erat) in terram deiecit, de qua tempestate plura leges in miraculis Iobi Fincelij.

Digitized by Google

1529 BAsileæ Rauracorum 14. Iunij, Birsus fluuius, (qui suum per urbem, ob multas cõmoditates transitum habet) continuis siue imbribus, siue nubis ruptura, adeò intumuit, ut ruptis hinc inde laqueatis ædificijs, naues onerarias in urbe ferre potuerit, ac totã urbis partem, quæ in plano erat, domorumq; ædificia, ad curiã usq; magno cum damno oppleuerit, ad cuius inundationis memoriã, in foro frumentario, ipsoq; curiæ senatoriæ ingressu, ænea tabula cum inscriptione erecta est.



1530 SPiræ episcopalis Germaniæ ciuitatis, quæ ad Rhenũ sita est, excitatus à monacho piscator, ut media nocte per Rhenũ nauicula cum fratribus suis eundem monachum duceret, piscator promissa pecunia uictus, nauẽ parauit, ac impositos monachos in medium Rheni ratem duxit. Verùm cum atrox tẽpestas orta esset, nauclerus uitę periculum timens Deiq; implorãs auxilium, à monachis uerberibus tractatus est. Et demum diuino auxilio ad littus uenit, uerum monachus cum socijs in conspectu nautę illicò euanuit. Nauta uerò fere exanimatus, orto die à puero domum ductus, eodem die obijt. Hoc spectrũ elegãtissimo carmine descripsit lib. 2. Elegiarũ Georgius Sabinus Brandenbugensis.



MEnse Ianuario serpens monstrosus septem capitibus coronatis, ac duobus pedib. instar draconis, cuius

cuius typū imago hæc cum magnitudine refert, ex Turcia ad Venetos primum perlatus, deinde Frãciſco Francorum regi donatus, ac ſex millium ducatorum propter raritatem æſtimatus eſt. ROmæ 8. Octob. ſubita inundatione multa in urbe, ac in Cãpo, præſertim Flori periere adeò, ut multi etiã de uitæ incolumitate dubitarint. Sic quarto Iulij Baſileæ Rauracorum Birſus fluuius alueum ſuum egreſſus multis incõmodis ciuitatem eiuſq; accolas affecit. Cronbergiæ infans in utero materno lachrymare apertiſſimè auditus, ut refert Fincelius.





EOdem anno Cometes in Germania, Italia, & Gallia, uiſus eſt circiter ſextum diem Auguſti, & primum aliquot diebus mane ante ortum ſolis apparuit, inde ſequutus eſt ſolem, & ſub ueſperum poſt occaſum ſolis circiter tres ſeptimanas uiſus eſt, uſq; ad tertium diem Septemb. Curſus eius fuit per Cancrum, Leonem, Virginem & Librã, ubi deſijt uideri, neq; apparuit amplius poſtea. Nõ multò poſt in Octo. exortum apud Heluetios bellũ eſt. Seditioſi ruſtici ſequiunt undiq; in Germania. IN Lõbardia tanta lupo rũ copia inuẽta eſt, ut pegrinari iã multis hominib. deuoratis tutũ non eſſet, ac cũ nullis inſidijs capi poſſent, ultionis diuinæ pœna iudicata eſt. Stumpfius.

Digitized by Google

1530 BRabantiæ, Hollandiæ, ac Flandriæ loca littoralia maritimaq́, Selandiam propemodum uniuersam, dira aquarum obruit alluuio, ruptis aggeribus, mari & fluminibus passim inundantibus, cum magna & hominum & rerum strage, non tantum pagi sed & oppida Flandriæ atq́ Selandiæ enauigata sunt cymbis fluuialibus. Ferunt maria omnia adeò insolenter per id tempus aucta ut ternis aut quaternis pedibus supergressa sint aggerem, certumq́ est, fuisse paucos admodū in Selandia, quos



tam sæua hæc tempestas non deprehenderit. Si noctu uenisset tam subitus & grandis cataclysmus, non dubium quin plurima hominum millia fuerit absorpturus. Eodem anno Mechliniæ mortem obijt Cæsaris Maximiliani filia Margareta, anno ætatis 51. Romæ præter tonitrua ingentia, & crebros ignes tanta uis aquarum cœlo decidit, ut altero se perituros diluuio metuerint homines. Tyberis se effundentis impetu, & publicæ & priuatæ domus corruerunt. Atrox uis tempestatis huius secum rapuit, & in alueum fluminis deportauit etiam ædificia, quæ trium aut quatuor fictilium lapidum densitate constabant. Si qui uitæ seruandæ studio & cupiditate conscenderant tecta alta domorum, hos uentorum uiolentia humi decussos, Tyberinis undis absorbendos dedit. Locis urbis depressioribus aquæ, in triginta trium aut sex pedum altitudinem sese extulerant.

Vnde

Vnde factum est, ut frumenti, quod tum erat in urbe, plusquam tria modiorum millia fluctus absumpserint, præter uinaria uasa, quæ dissoluta effuso liquore aquis innatabant, & alia permulta preciosissima, quę in pœnarijs hæc tempestas reperit. Hoc anno Florentia ab exercitu imperatoris & Papæ expugnata. Turca in Austriam irrumpens, à Germanis in fugam actus est.

GRando insolitæ magnitudinis 4. Septembris Basileæ Rau racorum de cœlo cecidit, cuius crudelitate uites adeò infestatæ sunt, ut eo anno uini penuria maxima sit inde laboratum. 1531




Eodem anno facta est inter Basilienses ac Solodorenses grauis disceptatio, ac inde propter limites bellū, quod tamen ab alijs Heluetiæ ciuitatib. confœderatis sopitū est. Ioan. Oecolamp. mox ecclesiæ Basilien sis & renouati Euāgelij summus pastor, apostematis dolore, pie ac sancte Deo spiritū reddidit, ac Ofuualdum Myconiū uirū eruditione, sanctitate ac innocentia uitæ inprimis clarum, suæ ecclesiæ successorem reliquit.




LIsibonæ in Portugalia in cœlo signa ignea ac cruēta diuersi generis uisa sunt, ac sanguineę guttæ ex nubibus in terram ceciderunt.

In Heluetiæ quodam pago quem patria lingua Gossauu uocant, prope Groningam natus



natus est mõstrosus infans ad uigesimumnonum Augusti diem, duobus scilicet capitibus, ternis brachijs totidemq; pedibus. Cometa uisus per totum Augustũ, caudã meridiẽ uersus erigẽs. Orta sunt in Heluetijs intestina, ac plusquã ciuilia bella, cõcursum est armis infestis prope monasterium Cappel, ubi Tigurini cum suis magnam suorum acceperunt cladem, in qua & Hulricus Zuinglius pro patria ac religione pugnans occubuit.

1531 EOdem anno & mense in litore Hollandiæ, non lõge ab Herlemo, mare piscem eiecit mortuũ, longitudine pedum sexaginta octo, crassitudine, triginta, oris hiatui, tredecim pedes tribuerunt. Idem annus Ludouici matris Frãcisci primi Gallorum regis morte, ac uictoria Poloniæ regis cõtra Vayeuodã Muldaniæ Turcæ tributariũ, & Valachos insignis fuit. Valachi bis cũ Polono manus cõseruerũt. Polonus utroq; prælio superior priore Valachorum sex millia profligauit, ex quo numero multi cæsi, capti sunt q̃ plurimi: altero, ipsum q̃que Vayeuodam duobus uulneribus saucium fugere coëgit.



AVgustæ Vindelicorum mulier tria monstra peperit, primò caput humanum membranis inuolutum, secũdò bipedem serpentem, cui Lucij caput corpus

corpus ranæ & pedes, cauda lacertæ, tertiò porcum omnibus partibus integrum.




MOnstrum horrendũ 1531
quadrupes, humano capite barbato ac cristato, aquilinis pedibus, manib. ferè leoninis, cauda canina, corpore gíluo in flauũ declinante, anno 1531. salutis, in ditione Episcopi Salceburgensis, in saltu quem Hanesbergium uocant, captum est, feritatis insolitæ. Hominum enim aspectum fugit, seq; in tenebras, ubi potuit abdidit, tandem cum ad cibum capiendum neq; cogi, neq; allici posset, paucos post dies inedia periit.

MOtu terræ cõcussa est tota ferè Lusitania, Vlysiponæ corruerũt 1000. et 50 domus ex omniũ spectatiss. plus sexcẽtę ruinã minatę sunt. Tẽpla oĩa in lapidũ aceruũ redacta traduntur.



Hic motꝰ terrę dies octo durauit, et ꝙtidie ꝑ interualla rediit, ut septies aut octies interdiu huic piculo fuerit obnoxij incolę, unde relicta urbe, hoĩes in cãpis sub dio agere sũt cõpulsi. Adhęc ex locis illis,

illis, quidam ſcripſerunt certos hiatus factos, unde peſtilentiſsimus aër exhalaret, atq; hinc atrocem ortam eſſe peſtilentiã. Hoc anno mẽſe Auguſto uiſus eſt Cometes in Germania, Italia & Gallia, ad occidentem tribus hebdomadibus circiter ſextum diem Aug. & primũ aliquot dieb. mane ante ortum Solis apparuit, inde ſequutus eſt Solem, et ſub ueſperũ poſt occaſum Solis. Curſus eius fuit per Cãcrum, Leonem, Virginem & Libram, ubi deſijt uideri, nec apparuit amplius poſtea. Eodem anno agente Aquiſgrani, à coronatione Ferdinando rege, tum ratus Turca ueniſſe tempus, quo rem Chriſtianam uel modico conatu affligeret, in Hungariam recurrit, Viennam iterum tentare uolebat, ſed imp. Carolus & Ferdinandus Cæſar, cum ad ſuos ſcripſiſſent, ut uiderent, ne maius aliquod detrimentum Chriſtiana Reſp. pateretur, duces caſtra caſtris contulerunt, cum hoſte in aciem deſcendere, fuit id felix prælium, copiarum Solymanni parte multò maxima, aut capta aut cæſa. Rex Chriſtiernus magna claſſe in Daniam profectus ad repetendum regna ſua, dedidit ſe in manus patrui ſui Friderici regis Danorum. Item & Chriſtierni regis filius, qui in Cæſaris aula alebatur, obijt. Et illis ipſis diebus mortem obijt Galliæ regis mater Ludouica, Sabaudiæ ducis Caroli conſanguinea. Sunt qui hunc Cometam infelix illud & calamitoſum Heluetiorum bellum portendiſſe dicant, quo bis à Tiguri-




nis (qui enim quinque præliorum mentionem faciunt, uani ſunt & mendaces) infeliciter pugnatum eſt. Appianus obſeruationes de illius Cometæ motu ſcripſit. Extat etiam Theophraſti Paracelſi de hoc Cometa iudicium. Mentionem autem eius faciũt Milichius Carion, Scleidanus, & Lauaterus.

Non

NOn procul ab Oeniponte (ut Iobus Fincelius annotauit) hæ uisæ sunt imagines. Aquila stans in colle ac intrepidãs, huic é regione obuiabant aliæ tres uelut hostiles imagines, quarũ prima camelus erat, respectans & flamma in orbem circumdatus. Altera lupus flammã ore euomens, flãmineo itidem orbe septus, hunc sequebatur leo, cui uir cataphractus stans in aditu montium blandè contrectabat iubam, & uicissim blandiri huic leo uidebatur, pedem uelut salutabundus porrigens. Casparus Peucerus de Tetratoscopia.

OLisibonnæ crebra ac cruẽtissima prodigia uisa sunt & inter cætera uehemens etiam terræmotus urbem quassauit. Non procul ab Isena Thuringiæ oppido, in aëre uisa sunt uetus arbor, ac eques aliam arborem uiuentibus foliis gestans, quem secutus est canis uenaticus, ac postea magna atque atrà crux prope pagum uel uicum quasi fulmine incensum. Fincelius.


MEnse Septembri iterum Cometes uisus est, in Virgine ac domo Mercurij, per aliquot septimanas, duabus horis manè ante exortum Solis & ad Orientalem plagam, qui durauit totos tres menses. Erat admodum terribilis flamma, nam & magnitudine & durationè uincebat alterum Cometam, quem superiori annò uideramus. Hunc descripsit & interpretatus est medicinæ doctor clariss. Achilles Gassarus, & Ioannes Virdungus Hastiodus insignis Astrologus.




VIsi sunt die 11. Aprilis, hora diei secunda, tres soles cõspicui ac splendidi Venetijs, cũ duab. iridibus, nõ cũ capitibus descẽdẽtib. sed soli oppositis, qrũ prima citò desijt, altera in medio cœli parua cõstitit, horarum duarum & plus spacio, altera uelut cõrona, altera ut semicirculus plano terræ æquidistans

præter aliorum morẽ, Soles uerò ipſi pellucidi, ut intueri nequaquam poſſent, ſicut nec qui in medio erat. Qui ergo ad ſolis lęuã habebatur ualde lucidior, maiorq; ac ſplendidior, uiſus eſt uerſus auſtrum: qui uerò ad dextram, boream uerſus ſpectabat, minor nec tam ſplendens, hunc tamen in fine magis p̃ſeuerantem auctumq; animaduertimus. Sic tamen ut ambo ſimul deſiſſe uiſi ſunt, uterq; tamen maximos radios per cœlum, & ad terrã extendebant, colore omnium ad rubedinem declinante.

1532 SEptimo Calen. Maij in Heluetia circa Solis orientem albus ac criſtalinus circulus uiſus eſt. Et eodẽ anno bellũ maximo apparatu in Turcos, ſine fructu tamen, ſuſceptum eſt. Ioannes dux Saxoniæ elector imperij obijt. Stumpfius & Fũctius in Chron.






IN multis regionibus Dracones uolantes in aëre gregatim uiſi ſunt, coronis tecti, habentesq; roſtra ſuilla, interdum numero 400. unà uolarunt. Iobus Fincelius de miraculis poſt renatum Euangelium.


MOnaſterienſes in Vueſtphalia in cœlo ſereno equitẽ armatum equo inſidentem cõſpexere. Grauida quædam mulier in Germania furore ſimul coniuncto amore concitata, maritum dormientẽ interfecit, & ſiniſtrum eius latus cum brachio ad fœmur uſq; eadem nocte deuorauit, reliquã uerò corporis partem ſale conditam in aliud uſq; tempus ſeruauit. Peperit paulo poſt

gemel-


gemellos, uerum ob crudele ac inauditũ facinus, perpetuis clausa carceribus. ibi uitam dolore ac inedia consumere coacta est.

IN Babyloniæ regno, circa Radubios quos Palycastos appellant, prouincię Lalasiæ, ad septimum diem Martij mensis in-





fans ex obscuri planè nominis fœmina Rachiena nomine natus est: speciosa quidem forma, lucentibus contra naturam oculis ac dentibus. Ea aũt hora qua natus est, nõ elementa tantũ, sed omnes cœlorum uirtutes cõmotæ sunt, ac horrenda signa ediderũt. in medio enim noctis apparuit Sol insolito suo splẽdore, quasi in ipsa diei meridie, qui deinde in tenebras adeò uersus est, ut in Ba-





bylonia per integrum diem minori miraculo non uisus sit. Deinde est iterum conspectus cum insolitæ figuræ atque diuersi generis stellis hinc inde in cœlo oberrantibus. Supra domũ uerò in qua editus est puer, præter alia signa ignis etiam cœlestis de cœlo cadere, atque homines consumere uisus est. Sequenti uerò die facta Solis ecclypsi, ac magna aëris irati tempestate, margaritas de cœlo pluit. Tertio die draco igneus circa Babyloniã uolare conspectus est. Apparuit præterea mons nouus ac reliquos montes altitudine excedens, qui mox in duas partes diuisus est, in cuius medio inuenta est colũna, in qua Græcâ lingua inscriptum erat: HORA NATIVITATIS VENIT, AC INSTAT MVNDI FINIS: Decima tertia aũt natiuitatis hora, uox clamãtis in aëre audita est. PARATE CORDA VESTRA AD EXCIPIENDVM, AC BEATI QVI CVSTODIVNT VERBVM EIVS. Postquã aũt ad duos menses uixisset infans, instar senis uocem exaltans, se Dei filiũ esse profitebatur, ac cũ interrogaretur quid præcedentia signa portenderent. Margaritas de cœlo cadẽtes, populum esse qui in sua uerba iuraret. Draconem aũt uolantem suos aduersarios significare respondit. Curauit omnes morbos, uisum restituit cæcis, ac ad uitam reuocauit mortuos uerbo suo, ac dum uerũ scripturę diuinæ, ac mysteriorũ reconditorũ, interpretem esse dixisset, per totam Babyloniam contra patrias leges pro Deo adoratus ac cultus est. Hæc transtulimus ex magni Meysini Rhodiensis epistola, quam non tantum ad sui ordinis milites, sed ad omnes Christianæ fidei principes etiam scripsit, quò præcauerent, ne contra uerbum Dei falsis à prophetis, ac sathanæ artibus atq; ludibrijs humanum genus deciperetur.

IN Sueuię pago, quem lingua patria Christamtzhouen uocãt, non procul ab Ysna oppido sito, septem annorũ puer sæpenumerò in extasin lapsus est, qui post multa corporis tormenta, pectoris cõcussiones ac sudores ad se rediens, magno omniũ cõcursu, ac admiratione, sibi cœlitus reuelata recitauit. Profitebatur autem se iussu diuino eò impelli, ut iam puer posthabitis omnibus uitæ periculis, Dei ueritatem enũciaret populo, qui hactenus seniorum per uerbũ Dei admonitiones respuisset. Locutus est igitur pos-

Digitized by Google

tur populo non publicè, sed in priuatis ædibus, nõ pueriliter, sed magna cũ grauitate, multa de Deo, eius opificio, iustitia, gratia, lõganimitate. Item de Iesu Christo, cuius passionem suo ordine, à cœna dominica usq; ad finem recitare potuit. Vocauit circũstantes lectũ (in quo cubabat) ad pœnitentiam, cũ iam extremi iudicij diẽ præ foribus esse diceret, illud ipsum enim se habere ex trium radiorum stella, quam se uidisse referebat, inter quos radiorũ primus, qui rubei coloris fuisset, significaret bellũ, ac cruẽtissimam hominum stragem. Secundus qui albi coloris, ingentem hominum pestem, quam uix tertius euadere posset. Tertius flaui coloris, cuius tamen significationem reuelare noluit. Mirum in modum in sacrificulos inuectus est, ut qui Christum crucifixum, ac semel pro peccatis mortalium oblatum, in missa iterũ offerrent, & quatuor tantũ obolis uenderẽt. Cum detestasset omnium idolorum cultum, superbiam, fastum, usuram, scortationem, adulterium, ebrietatem, atq; alia flagitia, quibus in sanctam Dei legem peccatur, ad amorem proximi, humanitatẽ, beneficentiã, mansuetudinẽ sibi astantes adhortari cœpit. Inter cætera tamẽ letale etiã uenenum euomuit, dum referret multa cõtra sanctam trinitatem ac Christi Saluatoris meritum, de intercessione uirginis Mariæ, de tenebris inter infernũ ac piorũ habitacula, ac alia multa, quib. per puerum innocentissimum sub ueritatis prætextu execrandus Sathan, quò imponeret simplicioribus, letale uirus effudit.



MEnse Iulio fulsit ingens Cometa, spargens flammam uersus brumalem occasum, adeò longã, ut circiter octo gradus occuparit. Fuit aũt candidus & flammã miræ longitudinis efficiebat seu ensis, seu perticæ speciem, eratq; Milichij iudicio, propriè ἔμφασις. Hũc interpretati sunt, Nicolaus Brugnerus et Achilles Gassarus medici. 1533

Digitized by Google

1533 SChiltachiũ Sueuię oppidũ triduo ante paſcha diaboli inſidijs ueneficæ miniſterio incenſum ac penitus abſumptũ eſt. Diabolus ad tempus conſuetudinem cum illa uetula habens, à nemine præterea uiſus eſt, licet multos ſubinde ſit allocutus, ac aliquoties tymbano in oppido per plateas ac uicos ſit uagatus atq; auditus ab omnibus. Venefica autem paulò poſt deprehenſa tanti ſceleris miniſtra, in Oberdorf in ardentem rogum deiecta pœnas dedit.






MEdiolani anno 1533. die 11. menſis Decembris, tam immenſa grando, tam crebra fulgura atque tonitrua ſæuierunt, ut homines quaſi amentes tum metu tum ſuperſtitione diſcurrerẽt. Maius tamen fuit prodigium Paduæ, quàm Mediolani. Hæc autem Cardani iudicio, bellorum metus ac nouorum uectigalium damna portendunt, ſi nullum aliud terribilius ſignum adiungatur. Non enim talia præter naturam ſunt, ſed ſolum extra temporis conditionẽ.

IN Germania inferiori ex nimia pluuia diræ per omnem regionem circa Antuerpiam inundationes ortę longelateq; uaſtarunt omnia. Mox ortum Antuerpiæ horrendum incendium quo diuæ Mariæ templum abſumptum. Quod elegantiſsimo carmine à Cornelio Grapheo conſcriptum eſt.

Epiſco-

EPiscopizellæ Turgauiæ apud Heluetios oppidi, dum exen- 1533
teraretur lepus iam grauidus, inuentus est lepusculus uno capite ac corpore, sed quatuor auribus, & octo pedibus, quorum quatuor suo loco erant, sed reliqui quatuor in dorso eminentes, alium quasi leporem referebant. Visus est à multis ibi, ac deinde Tigurum miraculi loco ad amicos missus est.





IN Heluetia decimooctauo Iulij albus ac cristallinus circa solẽ circulus instar iridis cœlo sereno uisus est. Eodẽ ferè tempore Clauennę apparuit puella formosissima sacerdoti cuidam, sub falso Mariæ deiparæ uirginis prętextu, quæ tamen iam à tantæ sanctitatis uiro impregnata, fucum demum prodidit. Sacrificulus uerò ut dignus erat, rogo ardenti iniectus suæ impietatis pœnas dedit.

PRope Episcopicellam Turgouię haud ignobile oppidũ, uigesimo sexto Nouembris, ex grauissimo terrę motu, Siterus fluuius (quem patrio nomine die Sitter appellant) transitu ac suo alueo interiecto, ex concussione terrę, monticulo impeditus, unde ad dimidium miliare in plano ex inundatione quasi lacus factus, infestauit multa, donec adeso aquarum strepitu monticulo in pristinum alueum etiam laborantium auxilio fluuius reuerteretur.



BAsileę Rauracorū, magistratus nostri libertate uictū habuit uir iam grādęuus, qui cū utroq; pede claudus esset, atq; erecto corpore inambulare nequiret, sustētaculis ligneis adiutus, rependo ab uno loco in alium totum corpus traxit.

DEcimaseptima die Iulij, & aliquantò post, Cometes longa cauda Lubeci uisus est. Et sequenti anno laudandus ille omnibus modis ac pacificus rex Fridericus fatis sublatus est. Memorabile autem & hoc est, quod Iustinus Goblerus libro de Lubecensium rebus gestis secundo annotauit. Mortuo rege cum balsamo unctum, ac cæteris linteis corpus inuolutum, picatoque sarcophago inclusum esset, tamen corpus istud sanguinem fudisse adeò, ut uasis excipere sanguinem, necesse fuerit. Hæc cum præter naturam in mortuo corpore seu cadauere cōtigerint, significari aliquid proculdubiò tali portēto uoluit Deus, tanquam manifesto externo signo, nimirum, horrendam illam plagam ac cædem, quæ non longè post euenit, ac secuta est. Quippe multiplex calamitas, bella & seditiones postea in his partibus & Lubeci extiterunt. Eodem præterea anno in Hungariam & Austriam Turcarum tyrānus irrumpit. Henricus octauus Angliæ rex, Caroli V. imperatoris Romani nouercam repudiauit, ac dissuadentes aliquot cōsiliarios capitis pœna mulctauit.

MEnse Decembri Basilea tribus terræmotibus concussa est. Salodori Heluetiorum religionis gratia magnum in urbe dissidium factum est, ac hinc aliquot pagorum ac urbium noua confœderatio deffendendæ fidei facta est.

Clara-

Digitized by Google





CLaraualla Galliæ urbs, circa meridiem fulmine tacta, adeò 1534
flagrauit incendio, ut trium horarum spacio cum templis, arce, ac curia sit absumpta. Ciues uerò cum fuga salutẽ quererẽt, magna ex parte læsi, multi uerò cum per portam urbis fugere nequirent de muris in fossam urbis sese præcipitantes interiere miserrimè. In Polonia multæ ac perniciosæ fuere inundationes quibus agri urbesq; deuastatæ sunt.



CRacouiæ in uicinisq; regionibus illis magna uis aquarũ fuit quæ multos labores hominũ ac agros uastarunt. Turbatũ est armis regnum Daniæ, eo bello etiã Lubecenses implicati fuerunt. Barbarossa Tunissę regem Altzachenum eiecit ex regno, & regnum eius direptum occupauit.

IN Slesuico Holsatiæ oppido, tertio Iunij cœlo sudo diuersi generis animalia uisa sunt, magna uidelicet leonum ad omnes plagas cõcurrentium copia, cum equite cataphracto atq;

hastato,

haſtato. Conſpectū & ibi caput abſq; corpore corona imperatoria ornatum. Deinde caput apri dentibus incuruis, geminiq; dracones ignē expuētes, punicea crux, ciuitates atq; arces hinc inde ardentes, aquila, ac leo ſupinus coronā in capite habens, cui gallus roſtro oculos effodit, ac totum caput demum à corpore ſeparauit. Apparuit deinde monoceros ac pauo ſine pedibus, qui mox in draconem uerſus eſt. Qua de re copioſius leges Iobum Fincelium in ſuis miraculis.

1534



IN oppido Seckingē tribus miliarib. ſupra Baſileā ad Rheni ripā ſito, gemini nati ſunt coniunctis lateribus, qui tamē propter matris grauiter parturiētis dolores non diu uixerunt.

TErtia die Iulij in oppido Scheſuuitz à meridie cœlo ſereno, conſpecti ſunt in aëre leones ex locis diuerſis cōcurrentes ad cōflictum, & iuxta illos cataphractus eques haſtam quatiens infeſtam. Non procul ab equite iacuit caput humanū ſine trunco, ornatum diademate imperatorio. Modico interuallo poſt apri caput aculeatum uiſum eſt, & duo dracones uomentes ignem. Deinde unicæ & ampliſſimæ urbis effulſit imago, poſitæ ad lacum, claſſeq́ue & terreſtribus copijs obſeſſæ, & ſupra hāc crux ſanguinei coloris paulatim conuerſi in atrum. Alius item eques prodijt igneo flagrans colore, diadema geſtans in capite imperatorium, quem inſequutus eſt equus ſine ſeſſore, poſtea in ampla planitie duæ ardentes enituerunt arces uicinę alto monti, ad quem hæſit aquila grandis di midiū ſui corporis poſt montis latus abſcōdens, aliquot ibidem pulli aquilarū, cādido colore nitidi apparuerunt, item leonis ſupini caput inſignitū corona, gallus gallinaceus roſtro feriens fodiēsq; caput, tātiſper donec id à trūco corporis ſolutū dilaberet,

& euanes-

& euanescceret, corpore diu cõspicuo. Astiterunt & alij leones, & iuxta apri caput monoceros paulatim cõuersus in draconem, aliaq; plurima inusitatæ figuræ & magnitudinis animalia. Arsit & in celsa rupe arx duobus cincta exercitibus, & uisa est integra regio frequentibus oppidis, arcibus & uicis referta: Sed mox totus tractus, in quo hæc steterant igne correptus, conflagrauit, & ruinæ uastæ terræ stagnum amplissimum obruerũt, extantibus tantum turribus eo in loco, in quo antea magna illa urbs apparuerat. Ad ripam lacus grandis camelus bibenti similis constitit. Hęc scribit Casparus Peucerus de Terratoscopia.



IN Polonia fuerunt exundatiões maximę, cæteris terris p totã Europã arescẽtibus. Anabaptistæ monasteriũ Vuestualię occupauerũt. Huldric⁹ dux Vuirtẽbergensis à Philippo Landgrauio Hassiæ, cõtra regem Ferdinandũ, restituitur. Henricus Angliæ rex à summo pontifice defecit. Friderico Scãdiæ rege mortuo, regnum uarijs bellis agitatum est.



IN uigilia natalis domini Staffurdi, q̃d est Saxoniæ oppidũ, diabolus, ut Fincelius scribit, humana specie, pastorem ecclesiæ eius loci Laurentium Donerum confessionem audientem accessit, orans ut eius quoq; cõfessionẽ audiret. Admissus, atroces in deũ blasphemias euomuit. Verũ uerbo Dei cõfusus abire coact⁹ est.

MEdiolani cum mortuus est Fran- 1535
ciscus Sfortia secundus interdiu, stella subobscura in cœlo uisa est. Cum igitur

igitur absq; filijs obijsset Sfortia, transijt in principẽ Conradum imperatorem, ciuitatis regnum, uariato rerum statu.

1535 IN Vuirtenbergensi ducatu, postquam hospes in diuersorio in cœna carnes porci à cane rabioso læsi suis apposuissent: ij qui gustauerunt subitò in similem furorem conuersi, se inuicem mordicùs arripientes lacerarunt. In die uerò S. Ægidij in Silesiæ oppido Olsten horrenda tempestas ingruit, quam omnibus numeris depingit Iobus Fincelius in suis miraculis.



BRemopyrgi Marchiæ urbæ, annotante Fincelio, infans natus est, ita in corpore circũflua & laxa carnis mole, ut indutus sago militari Germanico crederetur.


IN Lusatia non usqueadeò procul ab oppido Iuben, altera post festũ Pentecostes die, cœlo sereno circiter horã secundam pomeridianã, arma tæ acies à Septẽtrione meridiem uersus uisæ sunt, auditi in cœlo bellici ac pugnantium clamores.







Referunt

REferunt in agro Alexandrino, post prodigiosam grandinem, nouum quoddam auium genus apparuisse, nec certe absque euentu correspondente. Namq; tot modis misera illa ciuitas uexata est, tot genera barbarorum experta est, uiditq; incognitos nobis Iaziges Metanastas, nec adhuc cum iam uigesimus annus finem accipiat, spes ulla mitioris fortunę refulget. 1535



SVpra Vinariam tres trabes igneæ in aëre sereno uisæ sunt. Pridie autem eius diei, qua monasterienſiū urbs capta est, conspecta est sudo cœlo crux ac gladius strictus urbi imminere. Kesuuilę in Turgauia mulier uno partu quatuor filios enixa est qui in Christianorū numerum à sacerdote solenni more recepti sunt.





OCtauo Cal. Augusti in Heluetia circa Tigurum magna fuit atq; crudelis cœli tẽpestas, omnia micabãt in aëre ignibus, audiebant horrenda tonitrua, ceciderũt flãmæ insolitæ magnitu



1553

dinis in terram, quibus Bŭlachiæ Lotſtetiæ, ac Graſslikonæ propè Adelfingã quinq; domorũ ędificia penitus abſumebãtur.

MEnſe Iulio in oppido Smelŭicenſi dũ populus ante prandium in æde ſacra eſſet, ingens lumen repente refulſit, fulmenq; in eodem duos exanimauit, ac circiter triginta ad terram ſuo impetu atque exhalationis uehementia in terram proſtrauit, qui tamen Dei bonitate contra hominum exiſtimationẽ ſunt ſeruati. Quorundam etiam ueſtimenta aduſta ſunt illæſis corporibus.

HOc anno Monaſteriũ ab Anabaptiſtarum perfidia liberatum. Dux Mediolanenſis obĳt. Carolus imperator Tuniſium Africę capit. Dux Sabaudię à Bernẽſibus regno exutus eſt.

1536



INHiſpaniæ quodã oppido die Februarĳ mẽſis ſeptimo circa horã noctis ſecundã ut ex alĳs Finceli9 recitat, uiſi ſunt cœlo aq̃ſo ac nubilo duo adoleſcẽtes armati, gladĳs cõgredientes, quorũ unus habuit in lęua manu parmã aquila inſignitã cum inſcriptione, REGNABO. alter uero ſcutũ prælõgum cũ inſcriptione, REGNAVI. Verum cũ monomachiam inſtituiſſent, aquilã habens, proſtrato hoſte victor demũ euaſit, ut Fincelius autor eſt. uerum nos ſimile quiddam accediſſe anno Chriſti 1556 legimus, de quo infra ſuo loco dicemus.

Calen-

Digitized by Google



CAlẽdis Aprilis in Sicilia Ætna mons terræmotu concussus, tantam ignis copiam eiecit, ut ad 6000 passus longe lateq́ue deuastata sint omnia, pontisimum uerò D. Leonis monasterium funditus deletum est.


IN ea Sarmatiæ parte quam recentiores hodie Podoliam uocant, magno uentorum impetu tanta locustarum copia exponto Euxinò in terram delata est, ut



segetes omnes agrorum longe lateq́; depascerent. Secuta est pestis hominum iumentorumq́; maxima.

EO ipso tẽpore, quò fœdus Schmalcadense sanccitum est, hæ uisæ sunt in aëre fulgere imagines, quæ exitum fœderis effigurasse iudicantur. Primò equites obseruati, quib. rustici succesſerũt clauis armati. Secũdò excelsa ad aquas eminuit turris, nec procul ab ea uir quidam hauriens aquam, quem postremò insequutus magnus draco. Priores duę species cito euanuerunt, reliquæ diu sese conspiciendas prębuerunt. Horũ autor est Casparus Peucerus, de Tetratoscopia. Eodẽ anno Carolo 9 imp. Massiliã obsidens, peste pellit. Rex Portugallię magnã Indię partẽ obtinuit.

IN agro Tigurino natus est infans ei plane similis qui in Heluetijs etiã in pago Gossouu ante sexennium natus est, uno scilicet corpore, duob. capitib. tribus manib. totidẽq́; pedibus. Eo anno secutæ sunt pernitiosa in Heluetijs incẽdia, de quibus Stumphius.






1537 FRancoforti ad Viadrum puella à diabolo obsessa, pecuniam Marchionicā integro mense deuorauit, tandē etiā aciculas.


INuilla Nepritz nō procul ab oppido Vuurtzensi sito ad Moldam, natus est infans sine pedibus.





FVit lunæ ecclypsis uigesima quarta Maij quā doctissimo carmine descripsit Georgius Æmylius Mansfeldensis.

SEptimo Calen. Iunij hora quarta pomeridiana arx uetus Heybergensis in qua olim Rubertus Romanorū rex habitauit, fulmine tacta est, in qua cum circiter 400 uasa pulueris bombardici essent,



essent, uno impetu totum castrum deiecit, nouę arcis aliquot ędificia lacerauit, ac urbē Heydelbergēsem multis damnis ac incommodis affecit. Hanc tē pestatē doctissimo carmine expresit Iacob. Mycillus, quem tum temporis ibi in academia profitentē Græcas literas audiui.

PRidie idus Decem. Pontificis Romani arx ad pontem Ælium sita, cum fulminis afflatu incensa esset, dici non potest quantum damni tum ædificijs proximis, tum intra mœnia hortis intulerit. 1537

CAlendis Februarij in Italia uisa est aquila per aërem uolans, quę dextro pede lagęnam, siniſtro uerò serpentem inuolutū ac implicatum gestaret, quem ingens picarū copia secuta est.





LVxit & eodem tempore crux Burgundica in cœlo diuersis coloribus. Iobus Fincelius in suis miraculis.

1537 ROmæ tonitru tempestuosum prꝑter temporis statum audi-
tum est. In superiore Germania ingens & intempestiua a-
quarum inundatio exæstuat.



AEtna mõs iterum exarsit, quãdo ni
mirũ incredibilis magnitudinis i-
gnea massa de incẽso sulphure facta, ex
ipsius Ætnę nouis factis crateribus, cum
maximo fragore prolapsa, quę ab aëre a-
liquantulũ cõdensata superficie, nõ qui-
dem uelociter, sed passim ruebat, colles,
nemora, saxa ac rupes, pagos etiã duos
(mõs enim pagos multos cõtinet) com-
busisse audiuimus, ac deniq; mõtis cacu
mine, flãmis cõtinuis una ex parte prola
pso ampliorẽ factum craterẽ. Ipse ignis
globus quẽ incẽsum sulphur esse cõstat,
interdiu subnigrũ, noctu aũt igneum totũ horrendumq; sese spe-
ctantibus ostẽdit. Tonitrus plurimis diebus cõtinuos mortales
terrentes exaudiri, atq; adustis nigrisq; cineribus, nõ Siciliam mo
do, uerum & Calabrię partẽ opertam, cœlumq; totũ infestissimo
fumo, hi qui terras illas habitant, sunt testimonio. Cohibitus fuit
ignis multis annis, atq; interim in radicibus montis multa bona-
rum arborum genera succreuerunt. Sederunt & Catanenses in
magna quiete, at cum ignis uiolentia erumperet, & Vulcanus of-
ficinam suam reformare conaretur, omnia circum montem gra-
uissimè fuerũt læsa, arbores, nemora, homines & pecora. Rationẽ
naturalẽ huius tam mirabiliter ardẽtis ignis afferũt Philosophi.
Principum Germaniæ cõsilio, bellũ frustra cõtra Turcã est susce
ptũ. Mare in regno Neapolitano octo miliaribus Italicis siccatũ.

COmeta apparuit in Ianuario in signo Pisciũ per Germaniã
uesperi uersus occidentẽ, qui caudã uersus orientẽ erigebat.
Maio mox alius uersus occidentẽ, in Tauro nõ procul à capite Dra
conis qui uersus meridiẽ comã erigeret, & trib. septimanis dura-
ret. Basilea Rauracorũ magno terræmotu cõcussa est, qui tũ oppi
danis tamẽ nihil dãni intulit. Anno proximo fuit æstas maxima,

quæ



quæ durauit à Martio usq; ad natiuitatis Christi festũ. Exaruere fontes ac flumina maxima, incẽsa sunt solis ardore domorum ędificia ac syluæ, uindemia optimo uino ditissima fuit.

IN Francia inter Pabenbergam ac syluam Turingicã 16. Ianuarij, stella stupendę magnitudinis in cœlo uisa est, quæ paululũ in aẽrẽ demissa circuli albescentis formam induit, ex quo postea magno uentorum impetu excitatæ in terram flammæ ea tãtum cõbussere, quæ aliàs edaci flamma non consumi solent, utpote, hastarũ cuspides, catenas ac capistra equorum &c. Aliàsúe hominem lęsit nec ulla ędificia accendit. Authore Iobo Fincelio, 1537.

PVteolanorũ regio, ferè totò biennio magnis terræmotibus adeò agitata est, ut nulla in ea supereſſet domus integra, nullũ ædificium, quod non certã & proximam ruinã minaretur. At uerò anno 1538. quinto & quarto Calend. Octobris perpetuis diebus, noctibusq; terra cõmota est, mare pasſib. ferè 200. recessit, quo quidem loco & ingentem pisciũ multitudinem accolæ cepere & aquæ dulces prosilire uisę fuerũt. Tertio tãdem Cal. Octob. magnus terræ tractus, q̃ inter radices montis, quẽ Barbarum incolæ appellant, & mare iuxta Auernum iacet, sese erigere uidebat, & montis subitò nascẽtis figurã imitari. Eo ipso die hora noctis secũda



iſtę terræ cumulus, aperto ueluti ore, magno cũ fremitu, magnos ignes euomuit, pumicesq; & lapides, cineriſq; fœdi tantam copiam, ut quæ adhuc extabant, Puteolorum ædificia operuerit, herbas omnes texerit, arbores fregerit, pendentẽq; uindemiam, ad ſextum uſq; lapidem in cineres uerterit. Aues quoq; & nonnullas beſtias interemerit, fugientibus per tenebras Puteolanis cum natis & uxoribus, & magno gemitu eiulatuq; Neapolim ſeſe recipientibus. Qui quidem cinis ad 60. ferè paſſuum, millia exhalationis ui proiectus eſt. Atque, quod mirum uideri poteſt, propè uoraginẽ, ſiccus: longè uerò, lutoſus & humidus cecidit. Verùm quod omnem ſuperat admirationem mons circum eam uoraginem, ex pumicibus & cinere, plusquã 1000. paſſuum altitudine, una nocte congeſtus & aſpectus eſt, in quo multa quidem inerãt ſpiramenta, è quibus duo nunc ſuperſunt, alterũ iuxta litus, quod procurrit ad Auernum, alterum in ipſo montis medio. Auerni magna pars operta cinere, balnea illa tot ſęculis celebrata, quæq; tot ægris ſalutem præſtabant, cinere ſepulta iacent. Durauit & hoc incendium ad aliquot menſes poſtea, cum aliqua tamen interpollatione.

1538 NAtus eſt quidam, & ad perfectam uiri ſtaturam excreuit, cãpite & humeris tantum geminus, ita ut caput alterum ante, alterum retro eſſet, mira inter ſe ſimilitudine. Barbis etiã & ocu-





lis ſeſe

lis sese referebant mutuo. Idem erat cibi appetitus, fames eadem, uox simillima, idem uxoris quam habebat, & excernendi utrisq; capitibus erat desyderium. Annum excedebat trigesimum quando hunc uidere contigit.

SImile quoque monstrum in Bauaria anno 1541. conspeximus, erat autem mulier uiginti sex annorum, duobus capitibus, quorum tamen unum satis deforme erat. Hæc dum mendici habitu hostiatim uictum quæreret, propter grauidas, dato uiatico abire ex finibus iussa est.

COlmariæ nobilis Alsatiæ superioris ac Romani imperij oppidi in ædibus Thomæ Eberlini, die Iouis ante festum paschatis, qui fuit 18. Aprilis, ipso uidelicet profesto salutiferæ passionis Iesu Christi, ex assiduis gallinæ in producēdis pullis, laboribus, demū inter cęteros ex ouo pullū eduxit quatuor pedibus,




totidemq; alis, uno capite ac corpore, sed ex duob. cōflato, duplici naturæ exitu. Fuere non ineruditi uiri, qui monstrum eo potissimùm die natum, qua communione sacramentorum fidē in recordatione passionis Christi testat ecclesia, ad sacramentorum uerū usum accommodarunt. Quemadmodum enim hæc proles ex duobus corporibus in unum corpus desinit, cui unicum caput datum est: Sic in communione sacramentorum per fidem in mortem IESV CHRISTI, ac fusum eius sanguinem nos uniri in unum corpus cum Christo, qui unicum caput est suæ ecclesiæ, quæ multa habet membra ac potissimum multas alas, quibus reliqua membra corporis tuentur, ac ab omnibus insultibus conseruantur. Quatuor alas ac pedes significare uoluerunt quatuor Euāgelistarum cōsonantiam

in dei

in describenda cœna Dominica, qua ecclesia fidelium sine ulla uerborum contentione, uera, uiuaq; fide erigitur ac confirmat. Quemadmodum enim hic gallus quatuor pedibus innititur, sic etiam fidelium congregatio, quatuor Euãgelistarum pedibus, ac nullo alio ab alijs falsè conficto. Et ut duo colla habet, quæ in uno capite conueniunt, non aliter Christi ecclesia unum caput habebit, Iesum Christum, à quo regitur, consolatur, liberatur, ac perpetuò conseruatur.

1538 IN Germania in aëre passim uisa sunt, uiri in cœlo armati, gladij ac funera. Versus orientem uerò stella insolitæ magnitudi-





nis radijs sanguineis, ac iuxta eandem crux sanguinea signumq; militare in aëre uolitans.

ANte primam expeditionem Landgrauij, honestissimus uir Consul Schmalkaldensis ut Casparus Peucerus in libro de Diuinationibus memoriæ prodidit, uidit noctu quasi coram, has species. In mensa senem inclinato capite dormientem, & in scamno propinquo cubantẽ leonẽ, atq; in eodẽ conclaui multitudinẽ uirorũ longis uestibus deliberãtium de leone, cõtra quos tandem insurgens priorib. pedib. leo, quasi inuasurus illos, de scãno prosilijt, illi globo facto opponũt se leoni & impetentẽ pugiunculis fodiũt, tandẽq; superiniecta sella cõcluso leoni caudã amputant, sed nõ multò post eluctatus ex sella caudam recipit, ubi cum metu qua-

tu quasi leonis, uiri illi secessissent extra conclaue; leo rediit in priorem locum scamno insiliens. Deinde cum aliquoties ingressi & egressi rursus, uelut deliberarent de tollendo leone, iritatus ille cum impetu irruit in eos, quibus uociferantibus, & metu ad dormientem senem brachia protendentibus, expergiscitur senex, & erecto capite dextræ manus motu minitatur leoni, quo uiso, leo retrocedit, & subinde respectans ad senem, consiliensq; in scamnum, in figuram Christi stantis & concionantis uertitur, coram quo cum uiri illi prostrati fuissent, tanquam ueniam petentes, & consequuti, unà cum cæteris speciebus euanuerunt.

BAsilea Rauracorum iterum terræmotu concussa est uigesimo Ianuarij. In Heluetia horrenda orta sunt incendia, de quibus leges Stumpfium in Chronicis Heluetiorum. 1538





IN Heluetia ac potissimum in agro Tigurino ingens grando, cuius lapides gallinarum oua superabant, longe lateq; deuastauit omnia. Ex Chronicis manuscriptis. In Algoia, Sueuia, atq; Heluetia pernicioſa orta sunt incendia.

IN uilla quadam Roëd propè Spiram imperialem ciuitatẽ sitam ad Rhenum, puella quædam Margareta, cum iam ferè decimum ætatis suæ annum attigisset, capitis & uentris dolore, ad festũ diui Michaëlis est correpta. Dolor autem is longior quàm 1539

intola

intolerabilior extitit, ut quæ lecto incumbere non sit coacta. Cibum tamen per id tempus magis magisq; fastidire cœpit, & alui excrementa minui. Itaque ad natiuitatem usque Dominicã, cum adhuc comedisset, nullum planè post id tempus aut cibũ insumpsit, aut per aluum excrementum eiecit, à potu tamen nondum abhorrebat animus. Verum cum proximo anno qui 40. fuit, capitis & uentris dolor adhuc hæreret, & sub proximam quadragesimam manus & pedes quasi cõtracti officium suum amplius non præstarent, sollicitus de filiæ salute parens consiliũ & opem doctorum expetens, iussus à uetula quadam bis die balneo ex certarum herbarum decoctione uti. Quo cũ frustra per 18. dies usus esset, inde destitit. Nõ multò post ex eo genere hominum fœmina, quæ circulatorũ more passim hinc per uillas et oppida sua rusticis pharmaca uendunt, aliquot certarum herbarũ radices parenti dedit, unde facto balneo, cũ bis die antemeridianis & pomeridianis horis ad quartam septimanam usus esset, pristinæ sanitati puella (quod ad manuum & pedum officium attinebat) est restituta. Verum cum hæc non multò post Pascha fierẽt, quemadmodum ante cibum, ita iam subinde & ipsum potũ fastidire cœpit, & adeò quidem ut post Pentecostes festa (cum multo ante comedere desierit) ne biberit quidem, aut urinam miserit. Fuit anni huius quadragesimi cursus & maximè æstas, si qua post hominum memoriam alia calidissima & siccissima, quæ res eo tempore potu planè puellam abstinuisse admirationi magis locum dare potuit. Circumacto anno 42. Romanorum rex Ferdinandus ad comitia imperialia Spiram uenit, de puella audiuit, rei admiratione adductus, puellam unà cũ parente Februario mense ad se uocauit. Fuit



puella


puella iam duodecimum annum tranſgreſſa, & pro ea ætate, ſtatura et habitudine iuſta, oculis cæſijs, & pro ruſtica, uultu nõ illiberali, ingenio planè puerili & ſimplici. Cum autem rex de tanti temporis ieiunio percunctando, omnia eadem, quæ à cæteris dicta comperiſſet, & non nobilium modo omnium, ſed & phyſicorum ſuorum captum res excederet, Reipub. intereſſe putauit, rem, ſumma cum diligentia inquiri. Itaque in quoddam hoſpitium duci & obſeruari uoluit. Poſitis ueteribus ueſtimentis, nouis à rege datis, induta eſt, Sępe ad ſumendum cibum inuitata & potum, ſemper renuit. Quin & rei admiratiõẽ auget, poſtquam nihil comedat aut bibat, copioſe narib. & oculis (cũ interdum fleret) humores profluxiſſe. Accedit eò quod toto corpore ſcabie et puſtulis phlegmaticis laboret & calide admodum hypocauſto gaudeat. Somnum naturalem capit & quietũ. Verũ ad aëris inſpirationẽ & reſpirationem, ſtomachus & uenter inferior (qui paulò cõtractior erat) non perinde ut cõuenit dilatabatur. Viſcera tamen ipſa, ut hepar & ſplen nihil uitij (quod tactu deprehendi potuit) habuere. Os ſemper ſiccum habuit, nec quicquam unquam expuit. Cum autẽ iam ad duodecimum uſque diem ſumma cum diligentia obſeruaretur, & nullius rei minus quàm cibi & potus deſiderium eſſet, idem tamen pulſus & uultus, & eędem corporis uires perſiſterent, Ferdinandus rex cum ad ſe uocaſſet, datis muneribus non ſine admiratione domum remiſit, quæ longè poſtea nec bibit nec comedit quicquam.






1539 IN Belgico mense Octobri à secunda hora pomeridiana usq; ad quartã sanguine pluit. In Heluetia Cometa apparuit in Maio mense, caudam obscurã atq; subalbam uersum meridiem uertẽs. IN pago quodã Fiegenstal, ditione Episcopi Eystetẽsis, Huldricus Neusesser eius loci accola, cũ uarijs in corpore doloribus, atq; tormẽtis diu uexaretur, demũ inter cutem ac carnes corporis clauum ferreum iustæ magnitudinis manu deprehendit, quem & retinuit, donec ab eius loci chyrurgo ferro uiam faciente, è corpore extraheretur. Verum cum dolores magis magisq; acrescerent dolorum crudelitate uictus, rationes quæsiuit, quibus seipsum ferro uel laqueo demum liberaret, quo factum est ut ab amicis ad tempus sit probe custoditus. Verum cum id negligentius fieret, quàm res ipsa postulasset, in ipso diui Matthæi festo mane intra septimam ac octauam clam arrepto cultro, sibi ipsi gutture perforato, manus intulit, attamen à suis post festũ (ut dicitur) aliqua ratione recreatus sine omni cibo ac potu, salua tamẽ semper ratione, usq; ad tertiũ diem Octobris uixit. At postea quam iam sole ad occasum uergente animam exhalasset, postero die Fiegenstallum ad sepulturam delatus, ibidem in cœmiterio à uicinioribus chirurgis duobus, amicorum ac magistratus iussu, aperto iam corpore eiusq; membris hinc inde exploratis, in stomacho inuenerunt iustæ magnitudinis lignum, tres diuersi generis cultros, unum quidem rubigine obductum, capulo nigro, alterum cui manubium à ferro deciderat, tertium capulo omnino ferreo, quemadmodum doleatores uti solent. His adiunctum erat ferrum in longitudinem extensum, formæ quadratæ, cuius tamen extremitas in duas partes aliqua ratione acuebatur. Præterea duæ aliæ ferri laminæ rubedine obductæ, quibus adiunctus erat capillus quasi de capite iam primũ abscisus. Quorũ omnium imagines ad uiuum ea etiam latitudine ac longitudine, qua inuenta sunt hic adiecimus. Carolus quintus Romanorum imperator Galliam transiens liberalissimè à Frãcisco Valesio rege tractatur. Rotuuila Germaniæ ciuitas cum nobili à Landenberg grauem contentionem habuit.

Mea



Digitized by Google

1540 MEdiolani uitulus biceps natus est, habebat autem capita perfecta duo, unumquodq; habuit suam linguã, ac dentes, nares, oculos, aures, sed iũcta erant capita in occipitio, quorũ unũ masculi rotundũ, alterum fœminæ oblongum, speciem diuersi sexus præseferebant. Animal uitula erat exenteratũ, ac ex matre excisum: occisa quod diutius partum traheret, quàm ut seruari posset. Superuixit, ut referebãt, fœtus dimidio horæ, & erat in caupona Cancri. Translatum est eo anno regnum ad Cęsaris filium qui uxorem habet, inultisq; incommodis à Gallis acceptis, quia uitulus laborem significet, & sexus, multorum ducum infelicitatem, & fugam, atque amissas absque expugnatione urbes, & arces, prouinciamq; absque prælio. Hæc Cardanus de rerum uarietate lib. 14. cap. 75.






HEmnitij 25. Iunij ingens fuit terræmotus quo multa domorum ædificia concussa sunt. In Germaniæ quibusdam locis

25. Decem-

25. Decembris stella splendidissima ante auroram in ipsa luna uisa est, ex qua die proximo duæ emergentes inflexum lumen magni splendoris edidere.





HOc tempore fœtum uidit Hassia editum 5. idus Ianuarii, 1540
geminis capitibus reflexis in dorsum, quorũ sese facies obuersæ inuicem minaci aspexerunt uultu.


TErræmotus iterum fuit 14. Decembris in Germania, quo multa domorum ædificia quassata sunt.



1540 CArdanus memoriæ prodidit se uidisse hominem, qui anno 1540. damnatus pœna capitali, bisq; clauà percussus cadente etiam succula, seruatus sit corã populo oppidi Castrinouí prouinciæ Turonensis. Prædixerat hoc futurum antequam duceretur, astãsq; supplicio, ab ea die quę uigesima octaua fuit Nouembris, peregrinatus est ex uoto saucius, tamẽ paululum euasit. Fertur & hoc Corauagij accidisse iam circiter ab hinc annis 30. depicta ibi res est, & ad beatam uirginem tãtum prodigium refertur. Eius autem prodigij causas, si scire iuuat, leges apud Cardanum lib. 14. de uarietate rerum cap. 76.

HVius anni æstas ualde torrida & siccã fuit, supra æstates multas præcedẽtes, fœni, olerum, & reliquarũ rerum nascentiũ, ex quibus esculenta conficí solent, propter ingentem siccitatem magna fuit penuria, licet uini precioſissimi ac fortissimi passim etiam in locis abiectissimis, copiosus & siliginis tolerabilis fuerit prouentus. Multi eius caloris & siccitatis causam fuisse iudicant Cometam eo anno conspectum, & ecclypsin Solis magnam, quæ accidit sub initium æstatis, septimo die Aprilis, cuius initium fuit antè ortum Solis, & durauit duabus horis integris post Solis ortum. Pragæ in Bohemia regalis arx cum templo Ca





thedrali sumptibus regum Bohemorum magnificentissimis extructa, atque exornata incendio conflagrauit. Adeoque multis in locis



in locis crebra incendia extiterunt, & de multis tanquam de incendiarijs supplicia sumpta sunt.

CVm de læsa Maiestate ciues urbis Gandaui inferioris Germaniæ accusarentur, Carolus V. imperator eam ipsam suam patriam tumultuantem compescuit. nã gladio cæsis seditionis authoribus, abolitisq; urbis nõ nullis priuilegijs, arcem præsidijq; loco in ea urbe condidit, qua contumaciores in officio retineret. Vuormatiæ principum ac episcoporũ Germaniæ couentus, ac in religionis negotio colloquium habitum est, in quo potissimum de peccato originis disputatum, ac ueræ iustificationis tractatio Hagnoiam, ac deinde Ratisponã translata est. 1540.




ANnõ quadragesimo primo die decimonono Februarij Friburgi Mysorũ editi gemelli, iuncti totius anterioris thoracis cohæsu. 1541

IN ducatu Mediolanensi canes circiter uiginti Alexandriæ confluentes facto ordine quasi militari, uelocissimo cursu Mediolanum contendentes, homines ac bestias magna rabiæ agressi, obuia quæq; lacerarunt.

IN Germania propè Alberschuuiler, nõ longè à Landauio oppido, uuę in uindemia inuentę sunt barbatę, quę primũ ad Lu


minī.



1541

douicum Bauariæ ducem electorē dono miſſæ, deinde uerò à Ferdinando rege, ac imperij principibus in comitijs Spirenſibus miraculi loco conſpectæ, ibidemqúe ab Henrico Vogther inſigni pictore, ad uiuum in hunc modum expreſſæ ſunt.


IN Sardinia inſula, eaipſa nocte qua Carolus quintus Romanorum imperator in Mauritaniam ſoluturus uenerat, uitulus duobus capitibus in oppido Lagara natus eſt.



ANno quadrageſimo primo circa tertiam à meridie pareliorum facies uiſa. Sol uelut in centro conſiſtebat, eum duo cingebant circuli lucidi, in ambitu interioris utrinque nitebat παραήλιον, ceu ad extremum terminum diametri per centrum ſolis traiecti conſtitutum, exteriorem arcus iridis colore uarius, effigie falcis, cornibus in ſeptentrionem uerſis inſcindebat. Quæ coniunctiones regum & principum, qui motus ſint ſequuti notum eſt.

IN Germania propè pagum Malſch non procul à Spira imperiali oppido, in uinea quadam, culmus quindecim ſpicarum ſuis ariſtis egregiè ornatarum, abſque ulla ſatione inuentus eſt.

Texto-





TExtoris uxor in Misniæ Friburgo in uico Frãciscano gemel 1541
los peperit anteriorib. corporis partib⁹ in mutuo cõplexu coniunctos, decimonono Calend. Februarij. Secuta annonę difficultatẽ subita uilitas, nã cũ tertio Cal. Augusti frumẽti modius aureo Rhenano & dimidio uenderet, intra dies septẽ min9 dimidio emptus est. Eodẽ anno illustris dux Henricus decimoquinto Cal. Sept. Dresdę obijt, ac sepelit Fribergi in tẽplo diuę uirginis.

IN Heluetia uallis quædã magno terrę motu cõcussa est, ac ad montẽ Appenninũ sulphuris fœtidiss. riui in planum defluxere, qui tamen non durauerunt.




EOdẽ anno Vuilhelmus Rogendorfius, Cæsaris secutus, Germanos milites Turcis prodidit. Buda frustra oppugnari tentata. Prage mãgnũ incendiũ ortum, Ferdinando regi magnum damnum intulit.


IN ducatu Vuirtẽbergen 1542
si nati sunt gemini, coalitu pectoris ad umbilicum usque connexi.

Eadem

uini.

1542 EAdem in regione horrendæ imagines, inter quas etiã uirgæ uel faces celerrimo motu hinc inde in cœlo ferri uisæ sunt.





DEcimoquarto Iunij, Budę uehementissima tempestate, sancti Stephani turris fastigiũ ruptũ atq; ad terram deiectũ est.



IN Bilsen Bohemię oppido ut Peucerus de Teratoscop. memorię tradidit, natus est infans similis imagini Christi crucifixi aut pendentis in cruce, qui collum tortum, & in latus inflexum habuit, quẽadmodum pingitur imago filij Dei, de cruce ablati, ut difficulter ipsius ori propter obliquitatẽ cibus inseri potuerit, crura etiã transuersa & inflexa habuit, quæ etsi aliquoties seiungerentur, sua sponte tamen ad priorem figuram relapsa sunt. Vixit aliquandiu Viennæ Austriæ.

SVb finem Septembr. locustarum uis ingens tanquam nubes quædam multis in locis uisa, quę initio alis carẽtes, post quatuor adi-



tuor adipiscebant, quæ uno agro depasto, mox inde auolantes, alium atq; alium subinde occupabant, omnia humi nascentia absumentes, præterquam quòd uitibus haud ita multum nocere potuerunt. Ea calamitas agrum Mediolanẽsem peruasit. Itidem ex Polonia in Silesiã id genus locustarũ irruentiũ, mense Nouembri parẽ aut etiam maiorem iacturam agris intulit, quæ initio Octobris in Misniam ad oppidulum Oscheuuitz seu Ositium, haud procul à Torga grassatę, grauem plane odorem post se reliquerunt, ne auibus quidem maioribus tolerabilem, tandem autumnali frigore contabuerunt, & suibus pabulo fuere. Scribunt historici subinde huiuscemodi pestes in hominum culta in cultaq; incidisse, sed nunquam tamen sine mali præsagio, iræq; diuinæ iudicio.

SAnguine hoc anno pluit in Diocœsi Monasterienſi ad castrũ nomine Sassenburg, non procul à Vuarendorff.





In Fri-

1542 IN Frisia nouus quidã propheta extitit, qui nominabat Georgius Dauid, se Dei nepotẽ nuncupans, & cum feris & auibus quacunq; lingua colloquebatur, ab ijs uictum accipiens. Asserebat cœlum esse omnino uacuum, se autem ad id missum, ut filios regni cœlestis cohęredes adoptaret, alia multa plane absurda, & uana deblaterans. Hoc anno bellum Turcicũ sine fructu gestum est, Bellum inter Mauritium ac Ioannẽ Fridericum Saxoniæ duces aliqua ratione sedatum. Henricus dux Brunsuicensis à Ioanne Friderico Saxone bello petitus, ac ex suo principatu fugatus est.

1543 OCtauo idus Februarij matutina hora quinta, eademq; minuta, Scaffhusiæ Heluetiorũ nati sunt infantes duo, uterq; fœminei sexus, capitibus duobus, brachijs quatuor, totidemq; pedibus disiunctis, uno uerò solido corpore, à collo ad umbilicum usque, umbilici subtus uinculo propendente.






LOcustarum ingens copia in Misniam ac Marchiam ruens multum damni agris hinc inde intulit. Hoc ipsum eodem tempore in Lucano etiam agro factum, in quo tanta copia inuenta est, ut in aliquibus locis, quemadmodũ Iobus Fincelius annotauit, glomeratæ cubiti altitudinem superarent.

QVarto nonas Maij non procul à Pfortzheymio Marchionis Badensis haud ignobili oppido, in pago Zesenhusen inter




inter quartam & quintam post meridiem, ingẽs Cometa uisus est, sua magnitudine lapidẽ molarem facile superãs. Qui caudam suam aduersus Aquilonem dirigebat. Ex quo desuper ignis instar magni draconis descendens in terram, proximum riuum plane exhausit, & inde in agrum quendam uolitans, magnam frugũ partem, absumpsit, indeq; se recipiens in altum, harum rerum uestigia horrenda post se conspicienda reliquit.



IN pago Rinach non procul à Basilea Rauracorum mulier gemi- 1543
nos edidit cõcretis corporib. duobus, supra umbilicum, quatuor brachijs, tamẽ à lumbis deinde in duos pedes tantum desinebant. Fuit masculus ac egregie à Sebastiano nostro Munstero in Cosmographia sua descriptus. Vnde & Stũpfius in suũ etiã Chronicorũ opus trãstulit. In die conuersionis Pauli in Belgico (licet non desint qui Cracouię scribãt) natus est infans ex honestis & nobilibus parentibus teter admodum & horribilis aspectu, flãmeis & radiantibus oculis, ore naribusq; bouinis, cornu figura exertis ac prominentibus, dorso pilis caninis hispido, simiarum faciebus in pectore extantibus, qua mammarum locus, oculis felium subtus umbilicum hypogastrio adfixis, tetris ac minacibus canum capitibus ad utrunq; cu-


Digitized by Google




bitum & pedis utriuſque patellam antrorſum ſpectantibus κυγνόποδες & κυχνόχηλε, figura pedum cygni, cauda ſurſum reflexa, & recurua longitudine ulnæ dimidiæ, editus in lucem quatuor horas uixiſſe, & tandē his emiſſis uocibus, Vigilate, Dominus Deus ueſter aduēnit, expiraſſe dicitur. Hoc monſtrū deſcribit Caſparus Peucerus, de Teratoſcop. & Mūſterus noſter in Coſmographicis, elegantiſsimo autē carmine Caſparus Bruſchius.

1543 MAgna papilionum copia ad tertiū Auguſti diem agrū Baſilienſem inuaſit, quo factū eſt ut depaſtis iā omnibus, eo anno nihil herbarū ad uſum pecorum etiam in aruis inuentum. Hæc autem animalium rabies potiſsimum fuit circa Minchenſtein, Arleſheim, Tornacum, Rinacum, Pfeffenheimum pagos. Hoc anno ſæuiit crudelis Mars per totam ferē Europam. Smalandij Guſtano rebellant, ac Chriſtiani regis auxilio ad imperata facienda coguntur. Granenſis arx Turcis prodita. Carolus imp. ducē Iuliacenſem debellat: Gallū in Germania inferiori aggrediť. Gallus in Picardia Heluetiorū auxilio, oppidū Landerſy cōmeatu contra imper. iuuat, ac ſimul regionē Litzelburgēſem ſubiugat. Vuilhelmus dux Cliuēſis Gallo adhęrēs Carolo imp. in Brabātia negotiū facit ac Antuerpiā obſidiōe cingit.


Quinto





QVinto idus Aprilis Glaronæ, in nobili Heluetię opido, ho 1544
ra ante meridiem undecima, cœlo omnino sereno, albus ac
cristallinus circulus, cuius centrum à dextra ad sinistram usque
pars iridis, natiuis suis coloribus occupabat, per medium solis,
ad horas quatuor integras, ire uisus est.

SEptimo Aprilis, hora octaua post meridiem, cœlo sereno uisum cœli prodigium in ciuitate Vuyl in Turgauia luna uidelicet, in cuius corpore alba crux splendebat.





MEdiolani mẽse Ianuario ut Cardanus refert, nata est puella biceps, reliqua aũt omnia unũ corpus referebãt. nam bina


crura, bina brachia, uulua una, sed tamẽ cũ Gabriel Cuneus chirurgus dissecuisset, primò quidẽ gulam interiorẽ (sunt qui meri uocant) ac cum ea uentriculũ inuenit geminatũ, sed tamen in fundo coibãt, ibi pylorus unus, attamẽ ex eo intestina gemina exoriebantur, ut utercꝫ ordo duplicatus esset, illorũ prꝫterquã in recto: nam in illo rursus in unum coibant, sicꝫ ad anum finiebatur. Erant autem fꝫces in ambobus, pulmones gemini uisebantur, atꝫ hi nulla ex parte in unum coibant. Cor paulo altius quàm in alijs esse solet, ν literam græcã referens: bifidũ scilicet, sed tamen in una sede. An utercꝫ uentriculus superior in eo esset, haud explorauit. iecur crassum ualde oblongum, sed absꝫ penulis seu additamentis, atꝫ ideo informe: spina dorsi duplicata, distabatꝫ una ab altera digiti magnitudine, unaquꝫꝫ suo inseruiens capiti, & usꝫ ad crus, quod sibi in directo erat, ferebatur. Dentes inferiores, anteriores quatuor, superiores autem duos tantũ sed magnos, uerum inferioribus duriores, ac paulò solidiores, sed tamen qui neꝫ ipsi dentis exquisitam prꝫferrent duritiẽ habuit: renes duplicati, uteres & uesica minimè. Orta est mense nono, & absoluta, ac etiam corpulenta. Verum in ipso ortu, ob errorem obtorto collo unius ab obstetrice, idem dies eademqúe hora fuit qua tenebras mortis & uitæ huius lucem experta est. Manifestum est igitur idem in his contingere quod in fructibus. Duas tentauit natura creare puellas, in ipso exortu principalium membrorũ collisa atꝫ constricta sunt omnia, præter caput, omnia igitur principalia prꝫter cerebrum in unum coiuerunt, fuerunt tamen potentia duo, quæ autem posterius creata sunt, uelut uterus, brachia, & extrema, ab uno tantum principio, & tanquam in uno fœtu sunt absoluta.

1544 IN multis Germaniæ locis magna iterũ ut Fincelius refert, locustarũ copia infestauit agros. Erãt aũt inusitatę speciei, cucullatę uidelicet ĩstar monachorũ, giluo ac subnigro colore ꝑmixtę.

HEydelbergę ad Neccarum flumẽ die Pentecostes nati infantes duo cõiuncti & masculi, duobus corporibus uentre conglutinatis duob. capitibus, quatuor manibus & pedibus, quorũ mater Catarina, pater uerò Casparus Besler faber. Baptizati sunt ambo, quorum unus Ioannes, alter uerò Hyeronimus nuncupa-

tus est, uixerunt diem unum cum dimidio. Defunctis uerò à medicis membra interiora per secationem uisa, cor tantum unum inuentum est.






AD oppidum Silesiæ Nissam grandines increpuerunt inusi- 1544
tatæ planè magnitudinis, unde terra longe lateq; eius regionis uastata est. Sic etiam die decimosexto lunij, ex atra cœli inclementia orta tempestas, ac grandinum tanta uis, ut in Suntgoia ab oppido Brundtrut, ad Rhenum usque, quicquid frumentorum in agris, ac botrorum in uineis erat adeò prostrauit, ut uites amputatæ penitus, in agris uerò ne stramen quidem pecori relictum sit. Die proximo non minori damno Brisgoiam ac Marchionis Badensis ditionem, tertio uerò uallem Limosam affecit. Secuta est magna rerum omnium caritas, ac Basileæ uini mensura decem & sex obolis, medimnus frumenti uerò duobus coronatis gallicis cum dimidio uenderetur.

QVinto Calend. Septembris, Argentinæ nobilis Alsatiæ metropolis, infans fœminei sexus, horrendo, mõstroso, atque in superiori parte, aperto planè capite, lato ore, bouinis oculis, naribus aquilinis natus est. Eo anno Carolus imperator Turonium ui captum incendit. Cleuensem ad obedientiam adepto ducatu Gellerensi, reduxit, Proditione Marchionis de


Digitized by Google



Quassa Caroli exercitus ad Carniolam cæsus est. Henricus Angliæ rex Gallos bello uexauit. Imperator Carolus per suos Hispanos Africæ regnum obtinuit.

1545 ALtero die post Pentecosten in Silesia hę ut Casparus Peucerus de Teratoscopia author est, uisæ sunt imagines. Duxit ab oriente instructã aciẽ ursus, cui ab occasu leo armata manu occurrit, intra exercitũ utrunq; lucidissima emicuit stella, mox cõgressi inter sese utrinq; dimicarunt acriter, ut distillare ex sauciatis corporibus sanguis ubertim, & exanima concidere cæsorum uiderentur cadauera. Interpræliandum, aquila ex præcelsa rupe supra copias leonis sese uibrare alarum remigio uisa est. Vbi depugnatum esset quasi dirempto certamine, leo rursus inter suas effulsit cohortes, ursi nulla apparuit species, sed prostrata & sparsa iacuerunt cadauera, qua alter exercitus constiterat, quibus adstiterunt senes canicie spectabiles & uenerandi. Finito prælio reduxit exercitum ad occasum leo, quo aliquo usque progresso, quidam albo & ornato uectus equo à copijs redijt ad pugnæ locum, atque in eum equum iuuenem cataphractum ibi stantem collocauit & uersus ortum procedentem comitatus, cum cæteris speciebus euanuit.

IN Saxonia mense Februario infans natus est horrendo aspectu, corpore quidem integro & bene compacto, sed contusis, laceratis, atque laxatis membris omnibus, excepto capite oblongo ac quasi Turcico pileo insignito. In Polonia uigesimo nono Martij circa horam octauam antemeridianam, horrendum fulmen de cœlo iactum, uniuersam Poloniam commouit. Mox apparuere tres punicei coloris cruces in cœlo inter quas cataphractus miles flammeo gladio contra exercitum sibi oppositi



oppositum pugnauit ac uicit, ac deinde victor à dracone horrendo deuoratus est. Refulsit statim etiam casma ingens in toto cœlo ad horam ferè integram. Apparuere demum tres iridis cum suis coloribus, quibus angelus alatus insedit ad dimidium horæ omnibus conspicuus, qui tamen deinde cùm reliquis, continuo nubium concursu euanuit. Hæc scribit Fincelius de miraculis, post renatũ Euangeliũ.



SEptima die Augusti circa undecimã post meridiem horã, horrenda in Mechlinia urbe accidit tẽpestas, qualis uix unquã est audita. Nã edito tonitruo tantus tremor concusit eam, ut maior pars hominũ putarit imminere extremũ iudicium, aut instare urbis exterminiũ. Cõsequutum enim est horribilem illum nubium crepitum, fulgur quoddam nebulosum & fœtor sulphureus intolerabilis, neq; sciebat quisquam, nisi hi quos tẽpestas & fatum



apprehenderant, quid factum erat, donec tandē rumor in urbe percrebuit, fulmen cœli tetigisse Arenæ portā, in qua reposita fuerant supra octingenta uasa pulueris bombardici, quorū subita conflagratio tantam in urbe fecit confusionem, ut nemo unquam mirabilius uiderit spectaculū. Porta illa Arenaria dissoluta fuit, in momēto oculi, in minutissimas partes, nec tantū turris fundamenta, quin & uicinorum murorum lapides fuerūt ex fundamento euulsi, & in omnem urbem dispersi, sed & fossarū aquę subitò fuerunt ui caloris incensi pulueris arefactæ. Mane itaq; sequētis diei, undiq; inuenta sunt per circuitū dissipatę turris cadauera defunctorum, quorum trecenta fuisse putātur, & sesquicentum grauiter uulnerati. Inuēta quoq; fuit mulier in tempestate illa, uolens cubiculi ualuas claudere, quæ subita ui amisit caput. Erāt aūt in hospitio quodam aliqui ludētes cartis, qui in uniuersum extincti sunt, præter matrēfamilias, quæ in cellam uinariam descēderat, ut creuisiam apportaret. Inuentus quoq; fuit uir quidam in spelunca absconditus, qui post triduū progressus interrogauit, num mundus adhuc cōsisteret? In summa, erat miserum spectaculum uidere urbem illam egregiam, tam miserè uastatam & dehonestatam. Nulla ferè fuit in urbe Ecclesia, quæ non graui læsione fuerit quassata, domus uiciniores penitus fuerunt prostratæ, imò integræ plateæ subuersæ.

1545 ROtuuilæ nobilis Germaniæ oppidi, cum Euangeliū à quibusdā grauiter insectaretur, ac multi profitentes se fide sola in Iesum Christū saluari, ex urbe emigrarent relictis bonis, diabolus magno ciuium timore inambulare urbem uisus est, timendum autem erat, ne capitalis ille hominum hostis, ac mille artifex, ut alibi fecerat, ciuitatem incenderet.

Inun-





IN urbe Argelia tempestatis impetu in arce deiectum est caput 1545
statuæ, quæ ducis Saxoniæ imaginem referebat. Thermæ Fi-
derenses in Pretegoia crebrioribus imbribus, uel ruptura nubis
adeò sunt demolitæ, ut omnibus magno labore amotis, ipse fons
uix inueniri potuerit. Eo anno Henricus dux Brunsuicensis, aui-
tum regnum repetens, à duce Saxoniæ ac Landgrauio Hassiæ ce-
sus ac captus est.

EOdem anno mulier quædam Viennæ Austriæ, nomine Mar
gareta, filia Vuolffgangi Karlingeri, ciuis Viennensis, uxor
uerò Georgij Vuolczeri hospitis eo tempore ad ædes Rubri Can
cri appellatas, grauida facta cum ante diui Bartholemæi festum
ualentem & strenuè se mouentem usq; ad festum diuæ Luciæ sa-
crum infantem sensisset, partus doloribus cruciata, matrem &
suas ad se uocauit, utiã parturienti mature adessent. Quę cũ adue
nissent præsente obstetrice elaborauit ad parturiendũ. Verũ in
nimium uehementibus conatibus, fragor quidam increpuit, qui
argueret magnam uim fœtui illatam. A quo fragore uiuacitas
fœtus deprehendi amplius non potuit. Interim grauiter labora-
re cœpit, & lac adcurrens ubertim ubera repleuit. Atroci igi-
tur & ineuitabili onere doloribusq; acerbis implicita mulier, per
quadriennium usque ad annum Domini 1549. semiuiua
perdurauit, defluxu continuè putrilaginoso laborans. At fru-
stra tentatis omnibus remedijs, à chirurgis ac medicis docto-

ribus



ribus demum, anno 1550. 10. mẽsis Nouembris die, hora 12. pomeridiana, sectione facta paulo supra umbilicum, ubi sanies aliquandiu emanauerat, in latere dextro per tractũ musculi recti, contentum semiputridum fœtũ ex materno utero extraxerunt, mater successu temporis sanata est optimè, & adeò quidẽ ut suos menses porrò legitimè habuerit & spes sit denuò concepturam & fœtũ edituram. Tota hæc historia lectu dignissima, per Matthiã Cornax doctorem ac physicũ Viennensem, ad Ferdinandum inuictissimum Romanorum, Hungariæ ac Bohemiæ regẽ conscripta est.


1546 IN Acken oppido Saxoniæ ad Albim, infantes fœmoribus laterotenus concreti uisi sunt, qua crura subnectuntur coxæ, eo situ, ut dexter, sinistra manu humero dextro alterius incumberet, sinister, dextram thoraci alterius transuersim prætenderet.





In Pan-

IN Pannonia inferiori chasma ad horæ spaciū uisum est quod magnā ignis copiam in terram deiecit. Supra ignem autē uisus est atri coloris bos qui ignem mingeret. In Hungaria ex uuis, cunctis uidentibus sanguis emanauit. Fincelius.



IN Dania hoc anno nō procul à Coppenhagē, præclaro oppido, captus est piscis marinus capite humano, sed instar mauri subnigro, uestitu suo exprimebat monachū. Erat enim cappa uestitus circa collum, ac habitu punctis quibusdā ornato, brachiorum ac manuum loco habebat pinnas natationi accōmodatas. Inferior aūt pars hoc est cauda, in piscem desinebat longitudine trium ulnarum, postquam captus est, uixit dies tres, ac ad Daniæ regem miraculi loco missus est. Verū credo eūdem esse quē Casparus Peucerus in libro de Diuinationibus, ac Iobus Fincelius in suis miraculis ad annū Christi 1550. posuere, quē tamen in ipsa eius facti descriptione 1546. captum legi.



ANte bellū Germanicū, q̄d Carolus 5. imp. aduersus ducē Saxoniæ & fœderatos gesit, ut Marcq Frytschius in meteologicis refert, natus est infās in pago quodā Frācorū, cui exempto ex aluo matris cultер iacuit in uētre, eminens cuspide extra uentrem, qui & paulatim facta suppuratione extractus est. Omnes iudicarūt bellū ciuile significari, mutuasq; ciuiū inter se cędes, qui uelut in uiscera sua ferrū postea strinxerunt.

Es

1546 ESlingæ haud ignobilis Germaniæ ciuitatis, puella quædam Ioannis Vlmeri filia Margareta nomine, ex graui morbo ac uentris uehemẽtiorib. doloribus, adeò se intumuisse finxit, ut uentris moles totã faciem obtegere ac in circũferẽtia decẽ palmas excedere à multis uisa sit. Dicebat autem se diuersi generis animalia suo sanguine alere in uentre, cũ tamen ipsa nec comederet nec biberet quicquam, sed tantum pharmacopolarum confectis ac fructuum odoribus recrearetur interdum. Auditæ sunt igitur à circumstantibus lectum in quo defixa erat, diuersarum animalium uoces. Gallorum cantus, gallinarum cocyzationes, anserum strepitus, latratus canum, ouium balatus, porcorũ grunitus, ac quod magis est, bouum mugitus ac hinnitus equorum atq; animalium multorum hominem magnitudine longè excellẽtium clamores, à quibus se continuò mirum in modum cruciari atque intolerabili motu torqueri aiebat. Eduxit miræ magnitudinis uermes atque serpentes ex latere circiter centum quinquaginta, quò miraculo fidem faceret. Eius igitur rei rumor cum non modò apud oppidanos, sed extra urbem in pagis ac uicinioribus locis, atque mox etiam per totam ferè Germaniam percrebuisset, à multis indies exteris, non minus miseratione quàm miraculo, tanta uirginis moles cõspecta, ac multis munerib. ditata est. Cõsulti sunt medici atque chirurgi multi, ac demũ etiã Caroli quinti imperatoris ac Ferdinandi Romanorũ ac Hungariæ regis medici accessere, aliquot nobilibus comitati, qui tamen nihil fucatũ inuenere. Verum cũ iã penè quadriennium morbus durasset ac dolores magis magisque increscere uideretur: Magistratus urbis (misericordia ne, an suspicione mala motus nescio) uocatis filiæ parentibus, interro-



gauit

gau'teos num consilio medicorum, filiam sectione facta, à tantis cruciatibus liberari cuperent. Cui pater, uir bonus ac innocens, respondit, filiã diuinæ benignitati ac legitimis remedijs medicorum committendam. Mater uerò mali conscia noluit ut nautæ periculo quicquam tentarent, & quod magis est, contra eundem se diuinam imploraturam ultionem dixit, si neci traderent filiam adhuc inuenculam. Missi sunt etiam ad laborantem, qui in memoriam reuocarent, se multoties medicorum imploraſſe auxilium, eos igitur iã præstò esse ut quacũq; ratione, morbi improbitatem aut lenirent, aut diuino auxilio prorsus tollerent. Verum illa à matre prius subornata, respondit se morbi improbitatem ac crucem à Deo sibi impositam patiẽti animo absq; ulla medicinà laturã, donec diuina benignitas esset contenta, cũ iam ad quadriennium diuino auxilio solo omnem morbi crudelitatem superasset. Verum magistratus Eslingensis patris responsione cõtentus, demũ doctorẽ medicinæ, cum chirurgis tribus ac obstetrice misit ut puellæ aluum sectione inquirãt. Ventũ est in cubiculum, in quo tumidã inuenere ligatã linteaminibus, clamãti detraxere tegmina, ferrũ adhibent, ac uentrem magno artificio manibus fabricatũ inueniũt, puluinaribus ac reliqua leui materia suffultum, cum uarijs arcubus quib. uentris rotũditas exprimebãt. Illo igit ab obstetrice detracto, uiderũt uirginẽ planè nudã, optime compacto, ac supra quã dici possit formoso corpore. Detecto iam fuco parentes, cum filia ac conscijs omnibus (cũ quibus noctu, alijs dormientibus largiora conuiuia celebrarat ac dona à spectatoribus læta absumpserat) in carcerẽ ducti ac deinde quæstionib. examinati sunt. Vẽter in curiã latus, ac pro miraculo à patribus conscriptis cõspectus atq; adseruatus est. Mater aũt filiæ uenefica tormentis examinata satanæ instinctu ac auxilio hæc omnia quę per quatuor annos facta sunt lucri gratia feciſſe fassa est. Dãnata igitur iudicis sententia, fracto prius collo, publicè combusta est. Filia autem perforatis prius ignito ferro genis muro inclusa, atque in eodem perpetuis carceribus damnata est. Parens, qui se ab uxore ac filia in eum usque diem quo nefandum facinus detectum est, deceptum esse sanctè affirmabat, propter innocentiam liberè di-

missus est, alij uerò capti, qui insontes erant ad sua abire iussi, alij uerò pro delicti grauitate puniti sunt. Hæc ideò inter huius anni prodigia numerare placuit, nõ quidem quod reuera prodigium sit, sed quod prodigiosum uideatur, astutam uetulam lucri cupiditate uictam, satanæ ductu potuisse suis nugis atq; ludibrijs per quatuor integros annos infatuare nõ ignobile ac imperitum uulgus tantũ, sed tot principes ac magistratus, totãq; Germaniam demũ, ex qua deinde in alias nationes fama inanis sparsa est. Vnde discres non tantũ satanæ mendaciorum omnium parentis uersutias, sed magistratuum omniũ ferè, in rebus grauioribus, ac potissimum in operibus diaboli extirpandis ignauiam, unde fit ut nimia securitate immersis, facile seductor omnem ueritatem obscuret, et eius loco inanem mendaciorum fucum obtrudat.

1546 BAsileæ Rauracorum in agro quodã uiduæ apud nos in diui Albani suburbio habitãtis, siliginis stipula, spicarũ septem inuẽta est, quarũ ea quæ in summo erat reliquas magnitudine longè excellebat. Hoc anno defuncto iam Martino Luthero 18. Februarij, Carolus quintus imperator Hispanico exercitu in Germaniam irrumpens, dum inobedientiam aliquot principum se castigaturum prætẽdit, Germaniã uarijs artibus expilat, atque pecunia militibusq; exhaurit.



DEcimo Februarij in Misniæ oppido Belgern ac locis finitimis, noctu chasma ab arcto rubore splendens ad duas horas resplenduit, radiosq; in terram demisit. Conspectæ sunt eodem etiam tempore tres trabes diuersis coloribus in nubibus oberrantes.

Apri-

APrilis 24. Halberstadij in Saxonia uisus est globus atri coloris, ex luna media, uersus Septentrionẽ magno impetu ferri. HAmburgenses nautæ 15. Decembris in medio noctis globum ardentem instar Solis ad meridiem properantem uidere, qui tantum radijs æstum emisit, ut nauigãtes nequaquã ferre potuerint, sed procidentes in faciem, nauis etiam incendium metuerint. Hæc Iobus Fincelius in miraculis suis post renatum Euangelium recitat.

IN Heluetijs in aëre conspecti duo exercitus, duo etiam leones inter se grauiter concertantes, quorum alter alteri caput mor-




dicus auulsit. Alba præterea crux in lõgitudinem extẽsa, in cuius extrema parte erat uirga, quasi flabellũ referens.




DVodecimo Aprilis die, Sol hoc ipso anno per tres dies, ut globus igneus post meridiẽ in cœlo comparuit, adeò quòd stellæ etiam conspicerẽtur. Marcus Frytschius.

1547 LOuanij ſeptimo idus Aprilis gemelli nati, diſtinctis corporibus uni adhærentib. capiti. Horum meminit Caſparus Peucerus de Teratoſcopia.





DIe 24. Aprilis nõ tantum in Saxonia, Turingia, Miſnia, ſed apud nos etiam in Heluetia Sol non triſti modo, ſed plane ſanguinolento uultu ad quatuor ferè integras horas magno multorum ſtupore uiſus eſt. Quem diem cum in Calend. meũ hiſtoricũ annotaſſem, deprehendi poſtea eodẽ die Ioãnem Fridericum Saxoniæ principem, ſanctiſsimum atq; conſtantiſsimum in fide heroen, ad Milbergam à Cæſare in clade cruenta captum eſſe.



EOdem tẽpore in Germania aliquot locis ut Fincelius ſcribit crucis imagines in ueſtimẽtis uiſę ſũt. IN Ploa Voitlandię oppido infans natus eſt monſtroſus, in eo enim neque dorſum neque uenter apparuit, præterquã quod inteſtina circa pectus ex aperto corpore longè dependerent, pedes uerſus caput

Digitized by Google

caput inclinauit, umbilicum in mola sinistræ tibiæ habuit, capite fuit acuminato, ad similitudinem cidaris aut tiaræ.


CAlendis autem Octobris in Saxonia mane circa Solis orientem uisa est in cœlo tumba mortui atro panno tecta, superimposita ruffi coloris cruce, quã præcesserunt, ac secuti sunt lugubri uestitu ornati homines, cum tubis tantum strepitum atq; 1547



sonum edentes, ut clangor etiam ab incolis facilè sit auditus. Hęc autem dum fierent uisus est etiam miles cataphractus horrendo aspectu, qui gladio euaginato pãnum album aliqua parte secuit, ac deinde quod reliquum erat, ambabus manibus in duas partes lacerauit, atq; deinde cũ reliquis, ab hominũ aspectu sublatus est.

AD oppidum Bitterfeld uitulus in agro repertus, oculis, naribus & auribus humanis, uertice tonso & miniato, rictu & pectore uitulino, cruribus anterioribus uitulinis, posterioribus humanis & breuibus admodum, sed utrisque desinentibus partim in ungulas uitulinas, partim in humanos digitos, qui ungulis suberant, & separatim propendebant. Hoc monstrum describit Casparus Peucerus lib. de Teratoscopi. Sic apud Cælium Rhodiginum legimus, apud Sibarim olim pastorẽ nomine Crathin ex frequentioribus cum capra cõgressibus (quod turpe fœdumq; dictu est) caprã quidẽ humano capite patri simillimo, cor-

pore uerò caprino matrem referente, genuisse. Quem postea dux ctor caprarius ac antesignanus hircus, zelotypia laborans, ob-





lata occasione humi pro more dormientem, maximo impetu cornibus inuasit, ac corriualem crebrioribus ictibus uulneratum interfecit. Cælius lib. 25. cap. 32. Lectionum antiquarum.

1547



Misenæ tẽplum Cathedrale 5. Calend. Iunij fulmine ictum hora quinta pomeridiana, turres, tectum, campanæ incendio consumptę, cum eo die gratiæ actæ essent, atque in eodem, TE DEVM LAVDAMVS à canonicis ac sacrificulis esset cãtatum, de capto Ioãne Friderico Electore. nullum aliud fulmen aut antecesit, aut secutum est. Georgius Fabricius Chemnicensis in Misniacis.

In Ita-



IN Italia nõ procul à Roma, idibus Decẽbris circa horam tertiam pomeridianam, cœlo sereno uirga sanguinea, & crux rubea, sub cuius uertice aquila alas suas uibrabat, in aëre conspecta est, tribus ferè integris diebus.

EO autem anno Tridentinum Conciliũ à Cardinalibus & Episcopis Romanę curiæ, continuatum est. INTERIM, nouus Papatus ad Germaniæ interitum Augustæ Vindelicorum promulgatur.

AD Salã mense Maio sol clarissime fulgẽs, duos globos circa se igneos habuit hinc inde sese mouentes, quorũ grandior demum ipsum solem adeò texit, ut planè ferrugineus appareret. In quibusdã Saxoniæ locis uisus est ignis de cœlo in terram atq; urbes cadere. Iobus Fincelius.





FOemina nata in Argelia, cum comitante marito proficisceretur Lipsiã in pago Oberstorf sito, inter Manssfeldiã & Sangerhusium

gerhusium cruciari cœpit dolore parturiẽtis, enixa est igitur puellam, infantem pulchrum, & aspectu delectabilem, nisi quod in dorso exanthemata rubra adparerent, latitudine grossi loachimici. Cum autem uixisset infans quatuordecim dies, ei caput ita creuit, ut quotidie maiori tumore oneraretur, donec & oculi circumflua carne prorsus intecti nihil uidere possent. Quinto igitur mense cum adhuc superstes esset, filo explorata est circumferentia capitis, quam equat hæc linea duodecies explicata, quæ imagini adiecta est. Hęc Iobus Fincelius scribit de miraculis post renatum Euangelium.

1548



DEcimo octauo Calen. Maij, intra sextã & septimã Mysenę natus infans diuiso in fronte craneo, unico crure sine labijs, oris loco exiguum habens foramen, reliquo truncatus corpore.

INsyluis Aurelianis Gallię, linx inuenta est quæ breui admodum tempore tantam hominum copiam deuorauit, ut uicini periculi metu attoniti, domi latitantes prodire non sint ausi.

BAsilea Rauracorum nono Februarij die, mane post quartã, leui terræmotu cõtremuit, quo tamen è somno excitatus, in lecto me ferri, aut ab alio cum stramine in altum aliqua ratione me moueri putabam. Terrę motu hæc fieri ignorassem, nisi idem alijs contigisse eodem temporis momento intellexissem.

DEcima Februarij die, uisus est in Saxonia ignis cœlestis, in aliquot urbes incidere.

IN Saxonia iterum duo exercitus Quendelburgij uisi sunt in aëre, inter se hostiliter concurrentes, sunt & alia diuersi generis prodigia in aëre conspecta. Marcus Frytschius in Metheoris annotauit.

Rosen-






ROsenfeldę in ducatu Vuirtenbergensi haud ignobilis oppi- 1548
di, uigesimotertio Iulij die, primū luna iam plena contra naturā tunc temporis sanguineo colore, & in eadē brachij subnigri cum manu expansa imago uisa est. Quæ cum iam naturalē splendorem recepisset iterū cum trabibus subnigris tribus per transuersum recta quasi linea deductis, conspecta. Deinde his omnibus euanescentibus, tertiò crux Burgundica, nigra, ac postremò supra lunam, ex utraque eius parte duæ aliæ lunæ, sed multo minores, apparuerunt.

HOc anno in Saxonia feliciter à Carolo imperatore pugnatū est, afflicta ab Hispanis Germania. Frācisc̄us potētissimus Franciæ rex obijt, cui filius Henricus eius nominis secundus successit. Sic Hērico octauo Anglię rege defuncto, eius filius Eduardo V. puer adhuc p̄ gubernatores regnū paternū administrauit.


ANno quadragesimonono quidā honesti uiri Brunschuicen- 1549
ses cū noctu iter facerēt, lunā uiderunt circumdatā esse conspicua specie, quę nominatur Halos, & iuxta eam duo παρασέληνες, ipsam uerò lunam quater circumuolui, deinde iuxta παρασέληνας igneum conspexerunt leonem, aquilam fodientem sibi pectus. His successit horribilis species inflammatarum urbium, & circa has cameli, figura Christi pendentis in cruce cum latronibus, & circa eam cœtus hominum quasi Apostolorum. Extrema

specie









ſpecies omnium maxime terribilis fuit, Stetit uir truculentus ſtricto gladio minitans ictum puellæ, quæ ante ipſum ſpecie ſupplicis, lacrymans petere uidebatur flexis genibus ne feriretur. His ſimiles & alibi uiſæ ſunt. Horum omnium autores ſunt, Caſparus Peucerus de Teratoſcopia, & Fincelius. Sunt autem hæc etiam omnia publicè per Germaniam, cum pia ad pœnitentiam adhortatione Nicolai Melderi, & Flacci Illyrici, edita.

1549 IN Pannonia, cum uiperę aclacerti in hominum corporibus naſcerentur, magna hominum copia cum remedium deeſſet, cruciati-

Digitized by Google

cruciatibus ac dolorib. multis, extincta est. Quidam demum ad solem expositi, serpentes calorem naturalem sentientes, euomuerũt ac liberati sunt. Inuenta est etiam magna hinc inde serpentum



copia in ędibus, qui cum fustibus & flãmis impeterentur ab incolis, serpentũ unus aliorũ nomine, uoce humana apertisq; uerbis dixisse fertur: NIHIL EFFICIETIS CONTRA VLTIONEM DIVINAM PVGNANTES. Hæc Iobus Fincelius, Franciscus Bebeccius, atq; Ægidius Aquila monumentis prodiderunt.




IN oppido Voitlandię sub auroram in æthere sereno ut Fincelius scribit, cõspectus est procerus uir habitu & ornatu principis Germani, supra quẽ ad alterũ latus leo, ad alterum uerò agnus adparuit, qui se mutuo amplectentes, gestu & uultu amoris indicia præbuerunt. Sertum etiam in nubibus apparuit, quod arripere princeps conatus est sed frustra. Gladium autem qui sub 1549

pedibus

pedibus eius diu uisus erat erecto capulo, arreptũ terq; quaterq; contorsit in aëre uibrauitq;, donec totũ ostentum mole nubium sepeliretur. Iobus Fincelius.

1549



MVndæ Saxoniæ oppidi, die sanctæ Vrsulę dicato, homo quidã ignotus horrendo uultu, sordidioribus uestibus amictus, sine tunica gestãs baculum, per omnes plateas currens, alta uoce pœnitentiã clamitans, ad uerbum Dei amplectendum, ac detestandũ idolorum cultum adhortatus est.

HOc anno simiarũ aspectu, & ursinis obsitos uillis toto dorso partus se uidisse Peucerus testatur, & præterea qui exertas ac ceu dependentes tenerẽt linguas, instar uitulorũ recẽs iugulatorũ. In agro Brunsuicẽsi ex scaturigine copiosus sanguis effluxit.





IN Alsatia superiori non procul à Colmaria ciuitate imperiali, magna ranarum bufonumq; copia de cœlo in terram cecidit, quæ ab

quæ ab eius loci incolis, fustibus atq; sudibus primum deleta, & deinde ne inde aër inficeret, magistratus iussu in unū aceruū collecta, à carnifice excoriatoribusq;, in foueā coniecta est. Eo anno Paulus tertius Romanus pontifex Alexander Farnesius antea dictus, obijt, in cuius locum Iulius tertius suffectus est.

CIrca hæc tempora equum uidit androginū Antuerpię Cardanus, & canem qui intus testiculos habebat, ad uenerem enim promptus erat, nec tamen testiculos habebat, qui tangi possent. Ambo aūt erant amicorum, sed equi prę stat formam describere: Is erat Primiuali uicecomitis, unum habebat tantum testem loco proprio, cum mammis tumidis, ut equæ habēt. Inde uuluā proprio loco, & ex uulua penis emitebatur. Hinniebat ad equas & forma masculina erat, prōptus & erectus capite, crassiore aūt corpore, colore grisco (ut uocant) caput magnum, penis non maior palmo cum illum exereret. Emptus aureis triginta sex, certum erat cum auerso esset pene, coire illum non posse. 1549

NAtus est puer in agro Tigurino, ditione Kiburgensi, parochia Vuisnangna, uico Teillurga, Maij die uigesimo sexto, qui erat dies Dominicus ante Ascensionē Domini, circa duodecimā noctis horam, parentibus Ioanne Vualtero & Barbara Saxeria cōiugibus. Hic puer à parocho loci Henrico Mesicommero baptisatus, & Henricus appellatus est. Incrementum eius per




infantiam & primos pueritiæ annos omnibus miraculo fuit. Nam cum hoc tēpore sex tantum annos ętatis absoluerit, proceritate tamē adolescentem annorum quatuordecim ęquat, crassitudine & corpulentia superat. Vox ei ampla & ualida. Genitalia non minora quàm circa annum uicesimum esse solēt, pubertate etiā hispida. Nec dum

creſcere deſijt. Annos quinq; natus onera magna iam portabat, utpote mediocrẽ ſaccum (quem noſtri modiũ uocant, eſt autem quadruplus ferè ad modiũ ueterum Romanorũ) tritici. Frugũ in areis triturę quas, perticis noſtri flagellãt, & moderãdo aratro inſtar uiri adulti ſatis. Ingenium adhuc puerile eſt. Parentes hominis mediocris modum non excedunt. Hoc ita ſe habere ciues Tigurini hoc tempore plerique omnes nouerunt, & puerum à patre adductum plurimi ſpectarunt. Et Conradus Geſnerus medicus Tigurinus (qui pro ſua erga me beneuolẽtia ac humanitate hanc pueri deſcriptionem mihi communicauit) quinquennem domi ſuæ uidit, accerſitũ ut ampliſsimo uiro Vlricho Fuggero Kirchbergæ & Vueiſſenhorni comiti thermis Ergouianis curandæ ualetudinis gratia utenti, ſpectandum mitteret: ac hoc publicè teſtaretur, cum ſciret nonnullos eſſe qui de pueri ætate, & rei ueritate dubitarent.

1550 IN Carinthia nõ procul à Clagẽfurto atq; Villaco oppidis, decimo Calend. Aprilis, ante feſtũ palmarum, ad horas duas integras annonam ſelectiſsimam de cœlo pluit, quæ à regionis incolis collecta, atq; ad uictum hominum accommodata eſt.





IN feſto palmarum hora tertia poſt meridiem in ditione ducis Brunſuicẽſis duo parelia cõſpecta. Amplus enim circulus ſolem ſuo ambitu cingens, ad utrunq; latus recta quaſi linea pareliũ exhibuit,

exhibuit, ac tres istos soles trabs prælongã eiusdẽ coloris in medio perstrinxit, utrunq; in acumen desinens.



TErtio Augusti in ditione Abbatis Vrsini, pago Riedensi tribus miliarib. à Kauffburen Sueuiæ oppido, fabri cuiusctam uxor, gemellas omnibus partib. absolutas, sed uentre, ad collum usq; coniunctas peperit, Quæ sua longitudine post partum tres ulnæ Sueuicę partes superabant. 1550

GLobi ignei tres in Misnia Lipsiæ in aëre de nocte uisi,, quos multi studiosi atq; etiã clarissimi uiri conspexere, autore Marco Frytschio.


INtra Norinbergam Fichtuuangium, & Anoltzbachium, tertio idus Augusti, die sereno, uisus est sol uarij quidem coloris, ac super eundem uasculum sanguine plenum, quo sol conspergebatur, circa aquilam, expansis alis, uarijsq; coloribus depictam, pedibus autem carentem. Paulò aũt inferius arcus cœlestis conspectus, ac iuxta eundem eques qui una manu equum, altera uerò canem uenaticum album duceret.






1550 SEptimo Calen. Iulij in Germania propè pagum Bertholdſz-dorff nõ procul ab opdido Coburg, in piro arbore iuſtę magnitudinis ac proceritatis, pira ad maturitatẽ iam properantia inuenta ſunt, quorũ in ſummitate alij etiam flores quaſi ſecundi fructus eius anni indicia, erant.

IN Saxonia ad Trebinium 19. Iulij nõ procul à Vuittenberga muſarũ diſciplinarumq; omniũ uero emporio, multa prodigia cœleſtia uiſa ſunt. Cerui enĩ inſignis ſpecies, pugnantiũ acies utrinq; magno impetu, atq; clamoribus concurrentiũ, q̃tum ſan-



guis inſtar pluuiæ in terrã decidit, ſol horrenda ſpecie, qui & tum tẽporis in duas partes findi, atq; aliqua ex parte ad terrã ſeſe inclinare cõſpectus eſt. Duodecima Cal. Iulij. Vuittẽbergę gladius ſanguinolẽtus ac machina bellica rotis impoſita, etiam in cœlo conſpecta ſunt, ut ſcribit Iobus Fincelius.






EOdẽ loco circa Ioannis Baptiſtę feſtũ, inter ſextam ac nonam horã cœlo ſereno crux nigra, cum telo miſsili inſtar hami in anteriori parte reflexo, conſpecta eſt. Eodem anno in

no in Saxonia inter Halam ac Merspurgum, mense Iunio inuentus est fons in prato scaturiens sanguinem, qui tamē manibus aliquantulum tractatus, in colorem flaueſcentē mutabatur. 1550



IN Mysorum quodam oppido, ciuis noctū cum cæmiterium pertransiret, uidit tumulum subitò intumescentem, ex quo uocem aperte dicentē, VE, VE, VE, VRBI. Vnde homo timore atq; stupore captus in syncopen incidit. Iobus Fincelius.

IN mari Balthico non procul ab Haffnia, piscē humana facie, capite circumtonso instar coronæ monachorum, corpore squamis cucullæ specie obsitis captum affirmat Casparus Peuc. libro de Teratoscop. Fortasse idem ipse est de quo scripsimus supra in anno Christi 1549.






IN Siennia minoris Polonię pago, duodecim miliaribus à Glogauu oppido sito, cum panes cultro diuiderentur in mensa, sanguineis guttis inde manantibus, tota mensa repleta est.

1550



FRiberge infans natus est obscœno uultu, qui in fronte & occipite massã carnosam, duram & prominentem habuit.

IN ditione principis Palatini Electoris ad diẽ uisitationis Mariæ in pago Horchsam, in ualle Zellina, infans muliebri sexu natus est mõstroso aspectu, sine oculis ac auribus, lato ac aperto ore, corpore ubique lacero, uulnerato, ac in plerisq; membris excoriato simili.



IN Germania circa pagũ Rikenschouẽ, nõ procul à Landauia oppido, capta est columba, nõ tantũ quatuor pedes, sed duplicẽ etiam naturę ad eiciendа excremẽta exitũ habẽs, quæ Augustã (ubi tum tẽporis Romani imperij comitia habebantur) missa, primum à Cæsare Carolo, & principibus imperij, ac postea à reliqua hominum multitudine miraculi loco conspecta est.


CIrca hęc tẽpora cuidã Mediolanẽsi, cuius nomini ob dignitatẽ pepercit Cardanus, hora prima noctis exacta in pallij cõsueta depositione, scintillę à dorso petasi sparsim prosilierũt, iterũq; reposito pallio dũ amoueret, denuo eruperunt, unde geminato timore pculsus est. Infra 15. dies accusatus ueneficij, ab inimicis quęsitus ut occideret, uoluntariũ suscepit amicorũ cõsilio exilium. Hęc Cardanꝰ de rerũ uarietate, li. 14. ca. 69. Hoc anno Paulus tertiꝰ põtifex obijt, cui Iulius tertiꝰ Februario successit. Magdeburgum

deburgũ ad 15. mẽses à Mauritio Saxoniæ duce, ac Alberto Iunio re Brandẽburgensi Caroli 5. imperatoris iussu obsessum, ac mox rebus Madenburgensium paccatis, bellum in authorẽ Carolum contra omnium expectationem uersum est. Carolus igitur qui iam dominabatur glatulabundus, apud Ænipotem ab hoste circumuentus uix fuga euasit.

DEcimo Ianuarij die Martpurgi Hassiæ suborta est ingens aquarum illuuies, à qua multis in locis pontes lapidei penitus demoliti & abducti sunt. 1551

DEcimo tertio Ianuarij die, uehemens suborta est tempestas multis in Germaniæ locis, crebris imbribus, fulgurationibus & tonitruis, adeò quòd multi quos ea obuenit, extremi iudicij diem suboriturum arbitrarentur.


VIcesimo octauo Ianuarij die, Lisiboni in Portugallia uirgæ sanguineæ, nec non horrendi ignes in cœlo conspecti sunt,






pluit etiam sanguine, terræmotus porrò incensus est tantus, adeò quòd 200. domos horribiliter concuteret & demoliretur, qua excussione ultra mille homines periere.


CReutzburgi ciuis quidam honestus, æde fulmine tacta, ab eodem assidẽs mense, interijt cum cane qui ei ad pedes prostratus iacuit. Infans uerò prope assistens patri nequaquam læsus est.





VIcesimo primo Martij die, Magdeburgi mane circa horam ſeptimam, ſeptem irides uiſæ & tres Soles, ueſperi uerò Lunæ tres, quarum prima quæ uerior Luna fuit ciuitati Magdeburgo, altera uerò ſanguinea, pago Deſdorff, tertia eademq; ſanguinea nouæ ciuitati effulſit.






VVittenbergæ Saxonum 12. Calend. Aprilis tres Soles cum uarijs circulis cœleſtibus uiſi ſunt. Græci parelia uocant. Hæc ad uiuum in philoſophiæ naturalis ſtudioſorum gratiam depingere hic placuit. Licet hæc fortaſsis alibi aliter uiſa ſint.

In mul-


IN multis Germaniæ locis cruenta apparuerunt prodigia. In Saxonia cruor manauit quemadmodum etiam in Frãcia. Præterea Kittingi, Bosphori ac in uicinis Franciæ locis ante festũ Pentecostes è nubibus ingens, aquarum uis prorumpens, pecudes homineśq; subitò magna copia oppressit, uillam uniuersam Brũdurgshusiũ euertit, multis desideratis hominibus, qui aquarum impetu absorpti sunt. Pons Kittingensis emotis fundamentis abuectus est, omnib. eo in loco aquis innatãtibus, ubi & omnia perrẽssẽt facile, nisi præfractis muris oppidi, aqua suum inuenisset exitum, quinq; tamẽ domos euertit penitus. Bosphori trigesies ac amplius cœlum intonuit, ac fulminauit, oppidũ incendit maiorẽq; partẽ absumpsit. In Rotolsee tres ędes aquarũ impetus in terram prostrauit, hominesqúe cum pecorib. abripuit. In minori Necaro quinq; domicilia auexit cum sex infantibus ac animalibus quibusdam. Speckfurti quindecim homines, labefactatis multis ibi ædificijs. Pabenbergæ septem domus euertit, atque agros uineasqúe infestauit maxime. Quam inundationem copiosius Iobus Fincelius in suis miraculis prosequitur.





Vigesi-

1551 VIgesima octaua Februarij die Antuerpiæ, nobilis inferioris Germaniæ emporij, tres Soles cum uarijs atque diuersis circulis uisi sunt, quorũ delineationem, Physicæ studiosis ad oculum hic exprimere placuit.



IN Maio mense in Turingia inter Gotam & Isenacum ex continua imbriũ copia, flumina tã subitò creuere ut in pago Theutlebio, quinque casas cũ colono ac quinq; filijs euerterẽt. Schuuazenhusiæ autem, in agris armenta pascentes pueros septem cum iumentis submergerent.

REcens ante confœderationẽ principum Germanicorũ cum Gallico rege, circa tertiam à Solis exortu 21. Martij, conspecta parelia, quę nitore propemodum Solem antecellebant. Erant arcu cõnexa iridis uariato coloribus, & in occasum uergente, quẽ consequebant duo alij corniculata specie, minores multò & angustiores, ijsdem insignes coloribus, seq; exteriore contingentes ambitu. Eorum alter conuersis in Solem cornibus, auersis alter atq; in occasum porrectis diutius unius horæ spacio cernebat. Quæ portendit euentus ostendit. Casparus Peucerus de Meteologia.


MEnse Maio creberrimi & impetuosissimi imbres cecidẽrũt in ualle Ioachimica, & Schlacenuualdo, qui clades tantas fodinis attulerunt, ut æstimari illæ non potuerint. Similes inundationes ad Albim & alibi acciderunt, tanta enim mole passim flu-

sim flumina creuerunt latè insurgentibus undis, ut tantam in eo loco accidisse prius nemo meminerit.





VVitstadij quod pagus est ditionis Megalopyrgẽsis, in feriis Pẽtecostes, coloni in taberna poculis indulserũt, inter quos rustica mulier cũ ebria Deum conuitijs incesseret, eiusq; nomine mira petulãtia & leuitate abuteret, ac inprecationibus et ludibrio luderet, subitò à diabolo per ianuâ in sublime rapta est, qd omnes uiderunt ingenti perculsi pauore, cũq; multi in uias excurrerent, euentũ rei expectãtes, uiderũt mulierẽ aliquandiu libratã in aëre, uersamq; deinde præcipitẽ in terrã ferri, extinctam collo fracto. 1551



MIsenæ infans puella (ut Fincelius scribit) quinto ante partum die in materno utero claros eiulatus edit, 15. Cal. Nouembris annum dimidium superstes, pustulis, sanguine fluentib. obijt. Secuta biennij pestis. Eodem anno bis parelia uisa, prima 12. Cal. Aprilis, altera 13. Cal. Ian. Secutũ bellũ cõtra Cæsarẽ.

In Sa-

1551 IN Saxonia diabolus in uarias rerum ſpecies noctu transfor-
matus in plateis uiſus eſt, pulſans fores ac ianuas diuerſorum,
atque dum nunc funus ducere, nunc lachrymas ac eiulatus lugen
tis more, effundere ſit auditus, dici nõ poteſt quantopere homi-





nes eluſerit. Vitulus biceps naſcitur menſe Decembri in Schön-
na pago quem Longum nominant, proximè Fribergum.


IN Marchiæ uilla Dammenuualde propè Vuitſtock, colonꝰ
cuiuſdam coniunx mõſtrum quod deſcribit Fincelius, edidit.



Infans toto corpore fuit ſpa-
diceo colore, capite cornu-
to, oculis craſsis, prominen-
tibus, abſq; naſo, patulo ore,
quod longitudine Spitamæ
diſtentum fuit, in cuius me-
dio lingua candida eminuit,
& quadrata, colli expers. Ca
put enim ſcapulis accreuit,
corpus totum inflatum, &
rugoſum, brachia in lumbis
hęſerũt, pedes longè tenuiſ-
ſimi. Ab umbilico autẽ ſpe-
cies laxi inteſtini longè dependit ad pedes.


In Thu-

Digitized by Google




IN Thuringię uico uitulus natus est sextipes, massam carnis è latere dependentem gestãs. Eodem loco uehemens tẽpestas orta segetes agrorum longè latęq; prostrauit, crebrò fulminatum de cœlo. Ex quo etiam globus ardens prolapsus, terræ magno omniũ metu incubuit.

AB Indis à quibusdã lucri gratia, Pauyon (ita enim uocabant) animal monstrosissimum in Germaniam ductum, à multis per Sueuiam potissimum publicè numerata pecu



nia uisum est. Hirsuto corpore, capite horrendo, aurib. breuioribus, pedib. quatuor in ima parte fissis, ac instar humanorũ in digitos quasi diuisis, cauda pbreui atq; erecta, cuius imaginẽ ad uiuũ ab Augustano q̃dã pictore ac sculptore expressã adjcere placuit.

BErnę Heluetiorum equuleus quinq; pedibus uisus, & apud nos Basileæ Rauracorum bos, à quodam circulatore quinque pedibus circumductus est.





1551 HOc anno Henricus secundus Francorum rex, cum Mauritio Saxonum duce Electore, Alberto Brandenburgensi, atq; alijs quibusdam Germaniæ principibus confœderatus, magno cum exercitu ad defendendam Germaniæ libertatem contra Hispanos, & ad liberandos captiuos à Cesare principes in Germaniam irrupit, conciliumq; Tridentinum dissipauit.

IN Gallia duplices ex gallina pulli inuenti sunt, quatuor uidelicet alis, totidemq; pedibus, sed capite unico.





CIrca oppidum Klagendorff ad Villachū situm in Dominica Iudica, frumenti grana ad duas horas integras de cœlo pluit.

pluit atq; ad sex ferè milliaria horum copia terrã instar niuis crassitudine palmi terram texit. Molis attrita sunt, ac panis indeoptimus decoctus. 1552



TErtio Augusti inter decimam ac undecimam noctis horam, Mildeltostoni in Anglia, natꝰ est infans duobus corporibus atque capitibus, quatuor manibus, unico uẽtre, umbilico, ac aluo ad eñcienda naturæ excrementa. Ab una parte corporis duob. pedib. iusta proportione formatis, ab altera unico pede tantum, sed ex duobus conflato, ac nouem digitis ornato.



MEnse Februario in domo Ludouici dheitei felis domestica inter reliqs fœtus numerosos enixa est catellum, uiuũ monocephalon, bicorporẽ, octipedem, utriusq; sexus, corporib. inuicem complexis, & in unũ caput (ut dixi) coëuntibus, sic, ut sese mutuò osculantiũ speciẽ referrẽt, qd sanè pleriq; salutis, copiç, & cõcordiæ p̃sagiũ esse crediderũt.

IN Dominica S. Bartholomæi in Hollandia magna orta tẽpestas, lapides grandinum unius libræ pondere in terram deiecit diuersarũ formarum. Quidam enim lapides solis referebant figuram, quidã coronę spiceæ, alij uero alias formas induebãt, qui deinde solis ardore liquefacti fumũ ediderũt fœtidissimũ quo totus aër infectus est, atq; animalia multa hinc è medio sublata sunt.





1552 DIe 16. Septembris Basilea Rauracorũ circa horam sextã pomeridianam concussa est terræmotu, haud tamen magno, & eodem anno plusquã mille homines peste grassante obierunt.

MEnse Ianuario diuersorum fluuiorum inundationibus multa periere. Ienæ Sala ædificia multa prostrauit submersis hominibus ac animalibus. In Belgico oppidũ penitus deletũ. Mœnus, Fronhusij prope Marpurgũ multa submersit põtesq; deiecit.



IN Hassia Germaniæ haud ignobili ac Euangelica doctrina potissimũ nobilitata prouincia, Vuitzenhausiæ tertio post festum trium Regũ die, infans masculus biceps, collo duplici, duobus capitibus, ac corpore optime cũ reliquis membris compacto natus est.

STãgnũ ad Martis Pyrgum sanguine non semel manare uisum. In Frãcia sanguine & carne pluit. In Misniæ multis oppidis atque ad Muldam potissimum terræmotus facti, quibus



quibus multa concussa sunt. Contremuit & uallis Ioachimica in qua corruerunt multa.

INter Bingium oppidũ Drusi Augusti Cæsaris priuigni mor- 1552
te nobilitatum, ac Moguntiam, tanta auium insolitarum ac un-






quam antea uisarum copia uno impetu aduolantium uisa est, ut alarum motu solem obtexerint, tenebras in ipsa meridie induxerint. ac eius episcopatus solum omnino obduxerint.

DEcimo nono Maij hora à meridie quinta, eo uidelicet die, quo Saxoniæ dux à Cæsaris captiuitate liberatus est, subita

Vuittenbergæ tempestas orta, de cœlo lapidatum, ac post multas cœli corruscationes, fulmine crates ad portã arcis (ut uocant) dissectæ ac in tenuissimas particulas contritæ sunt.


1552



BOnnæ inferioris Germanię, haud ignobilis, atq; ad Rhenũ quatuor miliaribus à Colonia Agrippina siti oppidi, decimoseptimo Cal. Iunij biceps uitulꝰ, duob. scilicet corporibus, capitibus, caudis, sed tribus tantum oculis natus est.

MEnse Iunio Schonfeldij Sol mane exoriẽs, uisus est tanquã urceus stillans cruorẽ in terram, per quem duæ trabes transuersim trãsiere.

MEchlinię, inferioris Germanię oppidi percelebris, undecimo Calend. Martij, circa horam post meridiem tertiam, Sol horrendo aspectu, primum ceruleo, ac deinde sanguineo colore magnoq; circulo, cum iride uisus est.





TRactus montiũ Suditorum crepusculi tẽpore 12. Cal. Maij, cum locis uicinis terræmotu concutitur, quem etiam mediocriter

diocriter sensit Misena oppidum. Eodem anno circa duo hominum millia pestilentia extinguuntur. Mulier in morbo suprema parte corporis sanguinem sudauit.

FRibergum concutitur terræmotu. in uico Vinario adolescens quinque annos uno in loco stetit, impressis etiam solo uestigijs, sexto sedere cœpit, stupidus & rarò quietus, & auersans conspectum hominum, hoc ipso anno peste extinguitur. Hoc Georgius Fabricius Chemnicensis in Misniacis de Friberago oppido scriptum reliquit. 1554






VVidensbachi, quod distat miliare unũ à Schleusinga, monstrum natum est ex muliere imagine infantis absq; pedibus, quorum loco habuit cuspidem demissam, à fœmoribus etiã cuspides prominentes habuit. Cuius meminit Iobus Fincelius de miraculis post renatum Euangelium.

APud nos Basileæ epidimia labe grassante, doleatoris cuiusdam in uico ad Spalas nominato, habitantis seruus, peste etiam correptus est, qui cum post aliquot dierum ęgritudinẽ, deficiente simul sanguine ac spiritu, animã exhalasse uideretur, eius mox corpus cum riguisset, é lecto in cubiculi pauimentũ posuerunt donec sepulturæ mandaretur. Interea autẽ dum consodales, de cõmilitonis morte certiores facti, cõsultarẽt qua ratione terræ mandandus esset, In cubiculo qui mortuus esse uidebatur, sytecticus

ćticus fortaſsis ad aliquot horas, cum ad ſe rediſſet, ignorãs ubi terrarum eſſet (nam in obſcuro atque opaco habitationis angulo ſepoſuerant) qua potuit uoce clamauit: Heu quã frigida regio in qua uerſor, Heu male calefactum hipocauſtum in quo frigoris ardore pereo miſer. Familia autem raucam atq; ignotum clamorem audiens, capta formidine (nam ſerui malum genium in cubiculo eſſe putabãt) cum cubiculum intrare non auderẽt, homo miſer ex ſuo angulo per terram prope lectum repſit, arripiensq; indè manu puluinar, ad terram proſtratus capiti ſuppoſuit, ac à ſuis poſtquam animum timore uacuũ receperant, inuentus rediuiuus, adeò curatus eſt, ut etiam hoc, quo hęc ſcribimus anno, uiuat uxorẽ habẽs ac filios. Simile ferè apud nos, in minori tamẽ Baſilea ante annos circiter 19 contigit, ubi quatuordecim annorum puella, quę in Vineatica Tribu habitabat, cũ peſte obiiſſet, inſuta multasq; horas ſepoſita in terra iacuiſſet, dũ ſepultura paratur, rediuiua ſeipſam, dũ ſola eſſet, liberauit ex linteami



num uinculis, in quibus iam dudũ inſuta ad multas horas, tempore omniũ frigidiſsimo, iacuerat, lectumq; iterũ ingreſſa, cũ ueſpiliones feretrũ attuliſſent, pro more terræ mandaturi, magno ſtupore ac miraculo rediuiua cõtra omniũ expectationẽ, in lecto audacter loquens inuenta eſt, ac deinde aliquot annos uixit. Dicebat autem ſe reuera mortuam fuiſſe, ac uidiſſe inferni diuerſa tormenta, peccatorum pœnas, atq; quoſdam ſibi quamoptime notos (quos nominabat etiam) ibi ſupplicijs torqueri, cum tamen eo tempore adhuc uiuerent. Adiecit inſuper alia quædã anilibus fabulis planè ſimilia, unde magiſtratus prudentiſsimi mandato, ne nugis ſeduceretur mobile uulgus, ſilere iuſſa eſt.

1552 IN ciuitate quæ ſita eſt ad radices montiũ, quos Sudetes uocat Ptolemæus, in aditu Luſatiæ ſuperioris, Budiſsina nomine, duobus ab exortu Sueui fluminis miliaribus. Sub occaſum ſolis decimo-

decimotertio Augusti, cum fragmen nubis auulsum præcipitiq; 1552
delatum motu & rapido in ualles piscinis frequentes, obruis-
set, compleuisset quę alueos, tum rupisset aggeres, aquę exitu pa-
tefacto, in uicinum undatim decurrere Sueuum, qui subitò &






de improuiso prorsus, auctus his, eleuatusque in altitudinem,
nullis ante memoratam annalibus, cum per decliuia ex altis
montibus celeriore alioquin feratur uortice, incitatus ruen-
tium aquarum copia atque impetu, spacio duorum milliarium
quicquid fuit pontium, ædium, hortorum, ripę uicinum, fundi-
tus subrutum, disiectumque solo adæquauit, ut ne uestigia qui-
dem ædium, hortorúmue reliquerit, & simul triginta duos mer-
serit homines propè oppidum abreptos, cæteri in uicinos eua-
serunt colles. affirmant in toto illo tractu plures centenis ob-
rutos, atq; extinctos esse. Octiduo circumacto, turbines sequuti
sunt uentorum tanti, ut ualidissima ab imo mota conuulserint ac
discusserint ędificia, & proceras arbores magno numero aut ra-
dicitus euulsas prostrauerint, aut cõtortas fregerint, aut uelut in-
sciderint medias. Octiduo ante diẽ natalẽ Christi, cœlũ descẽdere
& crebris fulgere ignibus, moxq; horrendo summũ templũ feri
fulmine uisum est. Tota hyeme pestis sęuit uiolentissima. Tre-
mores concussæ terræ (quos magna bella semper pernicioſasq;
seditio-

seditiones denunciasse historię tradunt.) Eodem hoc anno Sudetes montes, atq; in illis extructa senserunt oppida, nõ unos binosue, sed plures ac cõtinuos, tremiscentibus ceu ad uentorũ uibratus uehementiores ædificijs. Hæc copiosè scribit Casparus Peucerus de Meteorologia.

HOc anno in cruentissimo Caroli imp. cum Henrico secũdo Gallorum rege bello, Teruanũ Picardię oppidum munitissimũ in Maio à Carolo obsidione cinctum, & deinde in Iunio demum captũ est. Metis Gallo dedita, à Carolo frustra obsessa est, militib. hyemis ardore pereũtibus. Albertus Marchio Brandenburgensis marte cruẽto cõtra Norẽbergẽses, Herbipolensem & Bombercẽsem Episcopos sęuijt. Senis in Italia ab imp. diu obsessa, ac propter Turcas regno Neapolitano insidiãtes liberata est.

1553 BAsileæ Rauracorũ uigesimotertio Ianuarij die circa horam noctis octauam, uidimus lunam magno circulo inclusam, qui instar iridis durabat ad horas tres integras. Sequebatur mox niuis ac frigus maximum.






RHenus 19. Iunij, ex crebrioribus imbribus alueũ suum adeò excessit, ut non tantum aruis agrisq; sed ciuitatibus infinitis ad fluuiũ ædificatis multũ damni intulerit. Periclitabat aliqua ratione Basilea, quæ totum Rhenum excipit, dũ ferè furientis fluuij impetus minoris urbis mœnia attingeret, ac forũ pene piscarium maioris.

Digitized by Google

maioris Basileę attingeret, maxime tamẽ Neoburgũ in nostris regionibus. Eodẽ tẽpore magna q̃q; inundatione periclitabat Rubeacum Alsatię uetustissimũ oppidũ, patria mea dulcissima. Nã cum ibi torrens uersus meridionalẽ plagam, in urbẽ duplici fossa cinctam, impetũ fecisset, prope Franciscanorũ monasterium, mœniorum aliquã partem ad solum usq; in fossam coniecit. At cum ciuium concurrentiũ uiribus, tantus inundationis impetus inhiberi nequiret, demũ occidentem uersus singulari Dei beneficio, ruptis muris exitum commodissimum, extra urbem tamen, inuenit. Postero die magna piscium copia in agris, pratis, paludibusq; hinc inde, ac in sicco etiam inuenta est, Nec defuere etiã qui in cellis uinarijs pisces in urbe ceperint.

NOn procul à Norinberga in pago quodam qui à tono nomen habet (lingua enim patria uocant zuo dem Thon) in agro uillici Hofeleri inuentum est caput brassicæ, cui decem ac sex ex uno caule alia capita ab ipsa natura distincta suis foliis accreuerunt, quæ pro naturæ miraculo ad eius loci magistratum delata, ac aliquot millibus ostensa sunt. 1553






QVinto Iunij Erfordiæ sanguine pluit. Coburgi intra quintam ac sextam post meridiem diuersi generis species hominum in cœlo sereno, ac deinde dimicantium acies, cum expansis alis aquila, conspectæ sunt.

Lunebur-

1553 LVneburgi infans natus est distorto ore, unde lingua fissa, seu duplex exerta est. Simile monstrum ibidem natum est, anno 1550.

HErbeslebij in Thuringiæ pago uigesimo Martij gemellæ natæ sunt uentre concreto ac fascia carnea in unum quasi colligatæ, medio corpore se mutuis amplexibus retinentes. Baptisatæ sunt, ac post horas duas Deo reddiderunt spiritum.







MEnse Iulio gemini in cœlo serpentes conspecti sunt se mutuo rodentes, caudis implicatis, in quorum medio crux ignea refulsit.


CVm Madeburgũ graui obsidione premeretur, post festum Paschæ sol uisus est paulo post exortum lucidus, & ingenti circulo lacteo circumdatus, hunc circulum penetrauere quatuor semirides exquisitissimis coloribus (ut natura illarum fert) distinctæ. Hæ postquam apparuissent per semihoram euanuerũt. Sol autem naturali lumine recuperato, consuetum suum cursum peregit.

DIe sabbathi præcedente Palmarum festum, mane inter septimam & octauam ibidem tres soles nemine non aspiciente comparuere. Quorum medius lucido plane colore extitit, uterq; autem collateralis rubeo ac sanguinolento. His uerò occidentibus, cum iam noctesceret, tres lunæ conspectæ sunt. Id lon-

gè maio-









gè maiorẽ hominibus horrorẽ incusit, quòd ea quæ noctu accidunt, natura horribiliora uideri soleant. Colores harum describi non possunt, quod uarij atque incerti essent, eousque quo per aliquot horas constitissent, exinde exteriores momento in sanguinem commutatæ, priusq; in oblongos radios dissolutæ, dispa ruere. Ea uerò quæ in medio illarum steterat, perdurauit, naturalem suum splendorem retinens. Hæc quia certis etiam ac physicis de causis eueniunt, Astronomi discutere nouerunt. Nos neque prodigium fuisse dicimus neque negamus etiam, sed cuiq́ue hac in re iudicium esto.

EO tempore uerò quo dux Anhaldinus Georgius episcopus Mersburgensis, magni nominis uir, in Domino obdormiuit, Vuittenbergæ in cœlo, noctu punicea crux conspecta. Mense autem Septembri Vuittenbergæ in ipsa arce uiri flammantis species inambulare uisa. 1553

mini.






1553 IN uilla quadam Thyringica, ad Vnstrum, à muliere bufo natus est caudatus.

OCtobris uigesimo septimo in arce Vuittenbergensi, noctu ad tres integras horas trium uirorum pallis indutorum in principem aulis inambulantium atque peribolis interdum incumbentium spectra uisa sunt.

MEnse decembri Sol mane nitidus ortus est utrinque astantibus arcubus bene coloratis.

CLamores bellici atq; tumultuantiũ eiulationes in campis Saxonicis aliquot diebus ac noctibus, antequã cõgrederentur




armis

armis ibi principes, ac ederetur strages cruentissima, auditę sunt, ut Iobus Fincelius de miraculis sui temporis testatur.

DEcimotertio Calend. Sextilis in Misniæ pago quodã Zieheſt, non procul à Pirnauu, natus est infans duobus capitibus, membris omnibus absolutis. 1553





MEnse Iulio ante pugnam Saxonicam, Vuittenbergæ lux in arcis triclinio multoties sine autore apparuit. Lypsiæ octauo Iulij sanguine pluit. Pridie ante pugnam, uentorum procollis Mauritij Saxoniæ ducis duo tentoria, alterũ quo utebatur prandens, alterum in quo coquebatur, alijs omnibus illęsis, ad terram prostrata sunt, autore Fincello.

MAuritius Saxoniæ princeps, & imperij Romani elector, cum iam uicinorũ patrocinio, Albertũ Marchionẽ Brandenburgiũ, Germaniã diuersis in locis igne ferroq; sęuientẽ, persequitur, cum eodẽ in diocœsi Hildeshemensi fortiter cõgressus, fuso fugatoq; eius exercitu, captisq; hostiũ signis 68. demum in ipsa clade, bellici tormenti ictu, quem in latere dextro acceperat, tertia post eam die, fortiter occubuit. In eadem pugna, Carolus & Philippus, duces Brunsuicẽses Hẽrici filij, & Fridericus dux Lunebergensis, interierunt. Portenta tantæ calamitatis fuere multa. Canum rabies, qua ad mortem usque certarunt, fremitus in aëre, sanguineæ in herbis & arboribrs guttæ, hominum &



equorum in illo cãpo, in quo conflictus fuit, nocte intempesta audi ti clamores, eiulatus item nocturni in oppidis. In arce Perlini de statua Mauricij, nulla ui adhibita delapsum est caput. Ipse quoque uiro cuidam optimo in flagrante domo per quietem uisus fuit. Hæc scribit Georgius Fabricius Chemnicensis in Misniacis.

1553 ANte Mauricij necem in Thymigræ quodam uico, uisi proceri imago inter nubes apparuit, ab eo paulatim cepit manare sanguis, deinde scintillæ ab eius corpore emicuerunt. Ad extremum in minutas partes diffluxit. Iobus Fincelius de miraculis post renatum Euangelium.





TRactus ad Albim decimo sexto Calend. Septembris inter septimam & octauam uesperi terræmotum grauissimũ sentit, quo cacumina ædificiorum ita strepebant, quasi desuper omnia corruerent.


Casparus

CAsparus Peucerus se uidisse scribit anno 1553. uitulum felium aspectu tetro & horrido, amplo sub collo promissoq; aqualiculo ceu προλόβῳ, eoq; albo & molli, canino & nigro pilo, testibus inusitatæ magnitudinis, figura testium uerris, duplici ordine distinctis.



IN die trium Regũ Stetini monstrum, in suburbio natum est tali forma. Capitis loco massa informis erat, mobilis, ut exta ouilla. Loco unius auriculæ brachium stabat, loco faciei cincinus similis pilis felinis, & lupi piscis oua, per quæ inferius lucebant ocelli uitrei & renidentes, os contractissimo erat foramine, sine labijs, nasus quoque minutissimus erat, absque collo. Alterum brachium è latere prominebat. Sed neque pectoris neque dorsi effigies aderat, præterquam quod lineola notabatur rachi, nullius erat sexus, nec androgynus. Cætera monstrum, brachia & longi pedes continuo offerigebant, sine iuncturis, cubitis & poplitibus. Manus & imi pedes erant molles, & penduli tanquam bis fracti, similes unguibus curuis, & aduncis. Lutræ, mortuus editus est infans quanquam uiueret in aluo materna antequam ederetur in hanc lucem. Hoc monstrum describit Iobus Fincelius de miraculis post renatum Euangelium. 1554.


IN Ianuario in oppido Butzau duo parelia uisa sunt. Sic Misenæ parelia conspecta octauo idus Ianuarij quæ obscura nube statim contecta sunt. Georgius Fabritius in Misniacis.






1554 PRima Febr. die Cathalani Galliæ urbis, post lustrationē exercitus, quā rex Galliarū eò loci fieri mandauerat, mirum circa lunam ostentū uisum est. Nam ignis incendiū uehemens ab orientis parte subortum, ad occasumq; uergens, lunę se in modū maximæ facis obiecit, seuijt incendium hoc ignis magno cum fragore, scintillas in aërem crebrò proijciens flāmiferas, nō aliter ac faber dum candens ferrum mulcere intendit.

DEcimo nono Febr. Nebrę duę crucis imagines coloris punicei in cœlo uisę sunt. Eodē uero die in oppido Thuringię







Griessense, in medio sole, qui tum clarissimè fulgebat, crux puni-

cea quæ


cra quæ sua magnitudine totum solis corpus obtexit. Ab utroq; autem latere trabs ingens cũ uarijs circulis cœlestibus. Iobus Fincelius de miraculis.






NOno Aprilis Sultzfeldij quod distat 3. milliarib. à Schuuinfurto oppido imperiali, nocte duæ parasselinæ conspectæ sunt, & multò post uicus pernicioso incendio periit.

IN Bauaria ac finitimis regionibus mense Martio, diuersi generis soles cũ quibusdã circulis cœlestibus uisi sunt. Primũ quidem Ingolstadij Martij sexto, intra octauam ac nonam antemeridianam duo soles cum iride conspecti. Quemadmodum & Norinbergæ uigesimo tertio Martij die (qua salutiferæ passionis Iesu Christi memoria celebrata est) circa primã post meridiẽ. Quo tamẽ tempore adhuc arcus alius occasũ uersus ac soles crystallinis circulis inclusi ad tres horas apparuere, cũ trabe in iustã lõgitudinem extensa. Alia deinde forma Ratisponę hęc omnia Octobris 8. uisa sũt: Quorũ prin



cipiũ fuit hora poſt meridiem prima, operatio inter ſecundam ac tertiam, finis hora quarta. Soles uerò emiſere radios prælongiores ab una parte, inſtar Cometæ, medius quidem uerſus Septentrionem, collaterales uerò ad orientem & occidentem.

1554



IN Martio hora pomeridiana quinta, in diuerſis Germaniæ ciuitatibus, crucis diuerſæ ſpecies ad ſimilitudinẽ crucis Burgundiacę, albi coloris ſed tamen inter ſe aliqua ratione connexæ in cœlo apparuerunt. Vigeſimotertio ſub crepuſculum ueſpertinum gemina parelia prope ſolem conſpecta circulo cœleſti undiq; cincta.

SChaluni nobilis ac militaribus rebus præclari Gallię oppidi, ſexto idus Martij intra ſeptimam & octauam horã pomeridianã, circa lunã ignis ardens, cui lanceæ cuſpis ineſſe uidebatur, ab oriente in occidẽtem uergens, flammasq; hinc inde eijciens, cum incenſo fragore uiſus eſt.

VIceſimo ſexto Maij mẽſis die ut Marcus Frytſchius in ſuis Meteoris ſcribit, pluit ſanguine, haud procul ab oppido Germaniæ Dunckelſpuhel.

VNdecimo Iunij mẽſis die, ut idẽ ſcribit, in pago Blech quinque milliarib. à Norinberga, uirga ſanguinea in ſole cõſpecta eſt, cũ ſtellis ſiue globulis lazureis, quos multa equitũ turma uexillis lazureis inter ſe utrinq; ad duas ferme horas in aëre hoſtiliter concurrens, ſubſequuta eſt, fuit ea rerum facies in cœlo tum

tempo-




tẽporis, multi existimarunt suborituru summi examinis diem.

SIc Ienæ 13. Iunij hora quinta pomeridiana sol sanguineo pla- 1554
nè colore uisus, ad quẽ cõcurrẽtes magno numero globi ignei ab Austro & Aquilone ad Boream, eius splendorem obnubilaue runt. Postea uero trabes duæ transuersæ in sole conspectæ rubei plane coloris. De quib. copiosius leges apud Iobum Fincelium.

VIgesima tertia Iulij Mediolani accidit res mira, cui & Carda nus ipse interfuit. Iacobus Philiphus Cernuscus, cloacã sub terra effodi, & cõcamerari iubet, fornicib. extructã, ubi perfecta est, ut fornix cõsolidaret, cõcludi iubet, post uiginti dies aperit, iubet ut lignei arcus extrahãtur, descendit cõductor scala immissa, ubi ad mediũ scalæ peruenit, cõcidit mortuus. Dñs cum uideret illum nõ reuerti, & ipse descendit, & ubi eo peruenit, statim cõcidit. Astantes tertiũ immittunt, qui cum in medio scalæ esset, dixit: Bono animo estote, etiam reliquos educã, sed ubi sub fornice caput eduxit, statim mortuus concidit, concidit & quartus. Quintus, qui uocatur Matus, sonat illorũ lingua stolidũ, uir admodũ robustus descendit, sed caput nõ cõcidit, uncoq; extraxit unũ è mortuis, inde factus audacior rediit, descenditq; eodem, ut caput conderet, statim corruit. Hunc statim extractum adhuc spirare deprehendentes, paulatim auxilijs adhibitis, reuocauerũt ad uitã sensumq;, mutus tamẽ ad sequentẽ ortũ solis mãsit. Illud magis mirũ, q̃d cloacam ad aquã usq; scaturientẽ descendit. Est autẽ

in cor-

in corte Soli torrido expoſita domus è regione cauponæ Ptocodochij. Detexerũt mãdato magiſtratuũ, tutò ex ore antri aqua inſpicitur. Canẽ funeimmiſerũt, ſemimortuus extractus eſt. Quoniam cauſa nulla certa apparet, ſunt qui Baſiliſcum ineſſe putent.



Iam duobus menſibus elapſis, cũ ſepelientes anum Lachiarellę, uillula eſt propè urbem Mediolanum X. M. P. inuenerunt duas arcas pannis linteisq; plenas, annis iam propè 30. bellorum metu abſconditas. Quas cũ apertas curioſius, ut moris eſt, requirerẽt, nihil incorruptũ inuenere. Cęterũ quotquot interfuere, aut quę recondita arcis eſſent, ſeu tunc, ſeu etiam poſt tractauere, intra triduum mortui. Hęc Cardanus ipſe deſcribit de rerum uarietate, lib. 1. cap. 9.

1554 VIgeſimoquarto Iulij die, cõparuerũt in aëre circa horã noctis decimã in Palatinatu Rheni ſuperiore, ad Bohemicã ſyluã, uiri duo cataphracti, q̃rũ alter altero erat quãtitate corporis ma-



ior, ad umbilicũ ſtella inſignitq; fulgida, mucrone aũt igneo cõſpicuus, inter quos ſtatura minimus inito graui prælio cõcidit, ita ut neà terra quidẽ minimũ ſe ſubleuare poſſet, ac uictori ſede allata, recum-

recumbendi potestas facta est, qui sedens aliquandiu, non desijt uictrici manu sua atq; gladio, uicto humi ad pedes suos decumbenti creberrimè uindictam grauiorem minitari, donec uterque tam is qui uicerat, quàm etiam ille qui succubuerat è medio aëre, sublati euanescerent. Marcus Frytschius in Meteologicis.



QVinto Augusti hora pomeridiana nona, propè Stolpen, in australi cœli plaga, militãtium atq; ter infestis armis magno clamore cõcurrentiũ acies in cœlo cõspectæ, quæ sem per dum pugnandi finẽ fa cerent, ingens flammarum copia erũpens, militãtium species uidentibus è cõspectu sustulit. De hoc prodigio si placet, latius leges apud Iobum Fincelium. 1554

VIcesimoseptimo Augusti Tiguri Heluetiorum Vualesius quidam rota fractus est, eò quòd latrocinio, propè Vuilam oppidum Turgauiæ, quendã interceperat. Hunc corui uel coturnices ita impetierunt, ut depositò onere ui repellere coactus



sit. Hæc publicè pro more, cum trahendus esset iam ad supplicium, prælecta sunt.

TEmpore pomeridiano, dimidio à Misena milliario occasũ uersus, mẽse Octobri multi greges uespertilionũ per agros erant duobus diebus, cum id animal minimè gregarium sit, & non nisi crepusculo uolare soleat.

Catus

1554 CAtus Basileæ mihi domesticus, cum quatuor uno partu catulos edidisset, postquam post octiduū in profluentē proiiciendos mandassem, inuenit ancilla unū ex his pedibus horrendis, ac quasi in spiram uariis reflexibus conuersis. Post biennium aūt tres catulos uno partu edidit circa uentrem, non umblici uinculo coniunctos, sed reuera in matris uentre unitos, quos tamen





partus dolore enecatos inuenimus. Fœcundissimum fuit animal, sæpenumero uno anno ter grauidum nunc quinq;, aliquando sex parturiens simul, sed postquam ætatis annū octauum attigisset, plerunq; monstra protulit, ac interdum etiam contra naturā matrum, editos catulos, ad currendū iam aptos, nobis uidentib. deuorauit. Ob quam potissimū crudelitatem demū in Rheno à familia submersa est. Horū imagines ad uiuum expressas reliquis etiam monstris hoc loco adiicere placuit.


FVere hęc sorte priuatorū domesticorumq; malorū dira portenta, eodē enim anno, cū Apophthegmatū meorū editionē iam ad prælum pararem, egressus musæum, 21. die Decembris dira me paralysis corripuit. Quo sensim in terram dimissus, uno momento non tantum uocem, sed dextram corporis partem, totumq; eius sensum & motum à capite usq; ad calcem (solo uisu ac auditu exceptis) adeo amisi, ut, nec uerbum unum proferre ad 12. dies, nec pedibus insistere, nec digitum unū ad tres integros menses lecto

ses lecto infixus, mouere potuerim. Videbantur membra non in ligna sed in lapides durissimos conuersa esse, dum sanguis læsę partis ex humorum frigiditate & neruorum meatuumq; obstructione adeò gelidus, ac induratus, ut nec fricationibus, nec fomẽtis, nec alijs medijs quibuscunq;, calefieri uix tandem potuerint. Amisi tunc (dictu mirum) humoribus à capite per cerebrum defluentibus, adeò omnem memoriam, ut orationis Dominicæ uerba, literarumq; omnium notæ penitus exciderint (id quod olim Messalæ Coruino ex morbi etiam improbitate contigit, quemadmodum etiã Francisco Barbaro ac Georgio Trapezuntio, qui inter Latinos Græcè loquentes, senio iam confecti in profundam Græcę linguę obliuionem incidere, ut grauissimi authores testãtur.) Meæ autem calamitatis testes sunt, amicissimi mei, qui me animo quidem ac ratione saluũ, sed tantũ nutu loquentẽ non intelligentes, literis alphabetico ordine in tabula creta depictis, admonebant, ut dicturus siniſtræ manus indicio, literas suo ordine ostenderem, ut sic ex literis syllabas, ex syllabis uoces integras facientes, inde animi mei cogitata, utcunque tantum elicerẽt: sed Chyronium uulnus ac immedicabile malum uidebatur. Quo factum est ut non ipse modo, sed omnes morbi atrocissimi spectatores, de uita mea desperarent. Verum Deus misericors cuius uirtus in infirmitate nostra perficitur, assiduas meas ac suæ ecclesiæ pro me preces exaudiens, D. Vuilhelmi Gratoroli Bergomatis, insignis medici opera, maiori ex parte restituit. Si quid igitur ex ea uitæ parte quæ adhuc residua mihi est, musis aut obelo dignum à me acceperis, Deo potissimum optimo maximo ac inde Gratorolo medico assscribas uelim. Hæc humanissime lector ideò hoc loco, literarum monumẽtis edere placuit, copiosius fortasse quàm par erat: Quò diuina per me benignitas etiam apud posteros magnifiat, Dei nomen sanctũ glorificetur, ac ego etiam (si quid in lucubrationib. meis, non usq; adeò elaboratũ, aut reprehensione etiam dignũ inuentũ fuerit) infirmitatis ac imbecillitatis meæ ratione habita, ab æq; lectore facilius ueniã errati impetrem.

FRibergi Misniæ in medio die uisa est imago Domini nostri Iesu Christi sedentis super iridem insigniter suis coloribus 1554

natiuis depictam, ut Fincelius in suis post renatum Euangelium miraculis memoriæ prodidit.






1554 IN uilla Pomeraniæ Rekouu uicina Rugio ad ostium Viadri, equi pullus natus est capite horrendo, in cuius loco oculorum maculæ erāt subruffæ, aures pendulæ, quales sunt canū sagaciū, infimis auriculis cuti acretis. Os quoq; erat mōstrosum, labris inflexis, quemadmodū duæ tudiculæ compositæ, ut lactari nō posset. Collū erat tortū, & sinuosum distinctis colloribus tanquā catenis uariarū. Iuba erat impexa, plena plegmatibus. Quādo hinniebat, putabatur hinnire ingens caballus, ac si qui forte ex nobilibus accederent, toto corpore mouebatur, terrāq; pulsabat, tanquam in rabiem uersus, & quasi impetum in ipsos facturus. Erectus stabat, hinnitu terribilis. Ciues & colonos ferre poterat, quibus accessum liberum permittebat. Cutis erat asperior, & uestis uillosa. Loco caudæ alta crista erigebatur, etiam mortuo pullo. Pes imus anterior, unus erat humanus, alter nullus erat, sed tantū tibia manca. Pedes posteriores erant equini. Triduū uiuebat deinde extinctus in triuio sepeliebatur. Hæc scribit Iobus Fincelius de miraculis post renatum Euangelium.

HIeronymus Cardanus uir magnæ eruditionis memoirę tradidit Genuę caput balenæ extractum à mari, in litore diu iacuisse, quod adeò prægrande fuit, ut à faucium imo ad os decē & nouem

nouem passus numerarentur. Hoc autem monstro, Cardani iudicio, nil significabatur, quàm Cyrna amissa, caput amisso corpore remansurũ. Nam Genua capitis & dominij ratione, & paruitatis uicem subit, Cyrna corporis. Id ostẽtum cum post annum contigerit, si interpretati tempestiuè fuissent, aduersus Turcicam classem arces munire poterant: unde neque insula ipsis, neq; tantum pecuniarum periisset. Nunc hoc facto, tota Europa in metu cõstituta est, atq; etiam in periculo. Vt igitur omnia superstitionis partes sunt, ita ostenta cum naturali prudentia coniuncta, ad conseruandam Remp. utilissima cura obseruãtur. Neq; enim tantæ beluæ caput abscindi uel à maiori bellua potuit, nec tormento bellico, nec ullo alio casu. Sed si modò ea casu aliquo aut impulsu occisa simul, & contorto collo computrescente corpore relictum caput, quó nam pacto caput ipsum nõ prius computriuit? aut quomodo collũ abrũpi potuit, quod in cetaceo genere maius non parum est capite, adeò ut pisces collo carere dicantur. Demum in tam uastis litoribus quænã singularis uis caput Genuã adegit? nisi conscia quædam fati mens, opportunè pro casibus singula signa distribuens. Hæc scribit Cardanus de rerum uarietate lib. 14. cap. 74.



PRodigium propè oppi- 1554
dũ Zopeda uisum est, q̃d descripsit Fincelius. Sol aũt cruẽtus ortus est, super quẽ stabat splendidũ ædificium, quod incendio deflagrabat. Ad utrunq; latus solis celsa columna erigebat, quales pingi solent colũnæ Herculis (quæ à duob. mõtibus sitis in extremo litore Hispaniæ & Africæ nomẽ habẽt) quas Hercules in eo loco tanquam signũ uictoriæ aduersus latrones collocari iussit. Pictæ aũt erant columnæ tanquã iris distinctis coloribus, nõ tamen

men arcuabantur, sed erectæ stabant, quarum bases ad terræ superficiem uidebant pertingere lateq; sese explicare. Altero die sol mane rursus ascendit mutato colore, aliquãtulum pallidus. Ædificiũ, ut antea stabat lucidũ & splendens. Columnæ quoq; sese iterum ostenderũt mediũ cõplectentes solem, sed nõ ita cõspicuè, ut priore die, & uisę sunt pẽdere in aëre, nec amplius terrã attingere.

1554 IN Orphanotrophio, ut Cardanus memoriæ tradidit, Romæ omnes puellę (erant aũt circiter 70) nocte una factę sunt demoniacæ, nec ulla usq; nũc, cum iam exacti sint duo anni, curari potuit. Causa igit ex halitu loci prouenire potest, aut ex aqua, aqua enim pilos & humores mutat: potest & esse dolus. Sic idem Cardanus se nosse uirũ testatur, qui puer per sex & amplius annos, dæmonem se uidere simulauit, tũ ut liberius uiueret, tũ ut homines in sui admirationem traheret, atq; etiã sic effreni uoluptati operã daret. Multa contingũt in hominibus, sed si quis obfirmato animo secum reputet, talia omnia esse uana & dolis plena, facilè subolebit fucus. At dæmone corripi, aut insanire, quis uanũ non esse dubitat? utinam esset. Si ergo hoc absq; fuco contigit, futurorũ temporũ & Antistitũ improbitatem declarat. Nã sicut innoxia ætas in pessimũ exemplũ transijt, ita qui pręesse debẽt religioni, in improbũ sensũ tradent. Vnde nõ solũ execrãdi explodent, et irridebunt, sed etiã dãnabunt. Hæc Card. de rerũ uarietate li. 14. ca. 76.



In agro Bernẽsi apud Heluetios, Ioãnis Gislingeri concionatoris in Bernensium ditione, mihi à multis annis optimè noti, uxor, cũ anno nõdum elapso gemellos edidisset, iterum secũdo partu q̃nq; simul peperit, filios uidelicet tres ac duas fœmellas. Quod si cui impossibile uideat esse, legat Frãciscí Pici Mirandulani in Hymnum suũ secũdum cõmentaria doctissima, ac inueniet ex


Germa-

Germana quadam Dorothea nomine, in Italia gemino partu uiginti filios, ab alia uerò quatuor partubus triginta filios olim editos esse. Cuius rei supra suo loco mentionem fecimus.

STetini accidit ut infans in lucẽ editus noctu baptizaretur, qui 1554
diro modo, corporis gyratione, uociferationibus & gestibus uarijs aduersatus est pastori baptiz-
a turo, ut terrorem omnibus astãtibus incuteret. Tãdem pastor factis ad Deũ ardentibus uotis infantem baptizauit. Habuit ille in uertice massã carnis, imaginẽ p̃bẽs testudinis ruffæ, in ceruice caudã carnosam habuit instar muris, sed albescẽtẽ qualis erat cutis sine pilis, capite erat Thersitico, oculis extantibus, de quo scribit etiã Iohus Fincelius in miraculis post renatum Euangelium.




INMisnia infans natus est absque capite, oculorum effigie in pectore expressa, de quo idem Fincelius.





BAsileæ apud nos in Cinerũ suburbio, apud fabrũ ex gallina pullũ ternis pedib. ac mirę in currendo uelocitatis, uidimus.


1555 DEcimo Februarij Vinariæ duo parelia uisa sunt. Februarij 15. in pago Pfeffelbach ad Vinariã, ut Fincelius narrat, tale monstrum natum est. A cõiuge pastoris pecudum, puellus fuit



sine facie humana, loco eius carnem habuit glabrã, nisi quod duos oculos grossos & dissimiles extantes habuit, non collocatos in cauitatibus, tetro aspectu, in loco frontis cuspis carnea prominẽs, erecta stetit, mẽtum habuit pendulum, exiguum foramen loco oris, quo omnes uidentes cõterriti sunt, nec fuit baptizatus sed statim sepultus.


HAlberstadij 18. Februarij accidit, ut agnus natus esset, prorsus rotundo capite, tribus oculis, trigemino ore, gemino naso, auribus in tergo pendulis instar caninarum, sed quod maximi prodigij loco habendum est, in tertio ore magnũ oculum habuit, maiorem alijs, ibiq; liuguam prolixam exeruit. uixit unum diem continuo clamore. Iobus Fincelius.






Decim

DEcimotertio Martij in Turingia, in cœlo uisus est gadius. Papilionum frequens multitudo circa Fribergum Misniæ fuit mense Iunio, qui plantas, arborum folia, & uestes lineas san-





guineis maculis infecerunt. Quidam etiam sanguinẽ pluisse asseuerant. Vt scribit Georgius Fabritius de Fribergo oppido.

IN Germania à circulatore quodã lucri gratia, capra circumducta est tria habens cornua, quorum duo suo quidẽ loco erant, tertium uero ex latere aut uentre potius eminebat.





DVm comitia Imperialia Augustæ Vindelicorũ, à Serenissima Ro-

ma Romanorũ Regia Maiestate Ferdinando celebrantur, septem milliaribus ab Augusta urbe nascitur uitulus Maij uigesimo primo die, in pago quodam Leder nomine, habens duas facies, oculos quatuor, duos quidem in fronte anteriori, in lateribus uero alteros, per omnia alioquin in membris quidem singulis uero uitulo persimilis, qui insuper quam primum in lucem æditus est, animam actutum exhalauit. Hæc scribit Marcus Frytschius in Meteologicis.

1555 SExto Iunij Vinariæ in fossa arcẽ cingẽte, sanguinis scaturigo ad tres integros dies cõspecta est. Erfordię fons in cruorẽ uersus. Præterea fonticulus quidam inter Vinariam ac Erdfordiam situs, qui anno 1524 ante bellum Rusticorum in sanguinẽ quoq; diro portento cõuersus fuerat, duodecimo ac decimo tertio Iunij denuo cruentus apparuit, ut autor est Fincelius.





DVodecimo Iulij Nebræ in Thuringia hoc stupendum factum accidit, quod Fincelius nobis describit. Coniunx sutoris habitantis ibidem, triduum ingenti dolore sustinuit laboriosi partus, ut obstetrices tres adhibere necesse fuerit, tandem fœtum mortuum enixa est. In ipso autem enisu atque contentione, cum fœtus dimidio corpore exijsset aluo materna, ingens fragor seu sonitus terribilis, qualis est bõbardę, auditus est in aluo parturientis,

Digitized by Google

turientis, & flammę ignis maximi cum infante eruperunt, eiq; in natibus pullas amplas inusit. Obstetrici Catharinę Hegēuualdis genas adusit, flammęq; in toto uaporario dissipatæ fuerunt, sulphureo odore, implentes totam domum.





VIgesima septima die Decembr. qui diuo Stephano sacratus est, in pago Freyuuerck, nō procul ab Adorffio Voitlādiæ oppido, biceps infans, quatuor manibus, ac pedibus totidē, absque secreto sexum prodente (cuius tāmē loco umbilicū habebat) à fabri cuiusdam ferrarij uxore, natus est. 1555

MEnse Decēbri in Pomeraniæ uilla Rossouu, quę unum tantum miliare à Paseuualck sita est, ex fœmina monstrū natū est horrendū. Corpus aūt erat uitulinū, caput glabrū ac rotundū instar globi, ad simiæ similitudinē, mentū hirsutū, prominēs lingua. Pedes autem anteriores erant sine ungulis, solis globulis rotundis, posteriores uerò bouinæ, cauda uero erat absque nodis, ossea ac planè per omnia immobilis.

VIgesimo nono Decēbris, intra horam decimā ac undecimā noctis, ex magna cœli irati inclemētia orta tempestas, tonitruis atque crebrioribus fulminibus adeò sæuijt, ut in Voitlandia, ac permultis alijs ciuitatibus, ecclesias, ac domorum alibi diuersa ædificia penitus absumpserit. Eodem prætereà die aliquot pagi ac arces in Misnia fulmine tacti atque incensi

Digitized by Google





ſunt. In Bohemia ab oppido Braga per Sileſiam ferè totam ad miliaria circiter octodecim grando maximam cladem intulit.

1555 IN Marchia non procul à Rhegio monte monſtroſus equus natus eſt, undiq; lacerata cute caligis dependẽtibus, & thorace ſciſsis indutus. Hunc deſcribit Iobus Fincelius de miraculis poſt renatum Euangelium.





GEnuæ apud Allobroges monſtrũ, quale hic ſubiectũ uides, ex Galla quadã muliere, Geneuæ tunc habitante, natum eſt: quod materię redundantis indiciũ fuit. Id monſtrũ binas habuit facies,

Digitized by Google

facies, hoc est, bifrons erat, qualem Ianum pinxit antiquitas. Quod utrinq; pendet inflatum, intestina sunt ex dorso prodeuntia. Quod autem ex uentris inferiore parte pendet id iecur est, ex fœminæ uulua prolapsum. Monstrum hoc utrumque habet sexum, ad dexteram mas est, ad læuam fœmina. Crura quæ iacere separatim uides, sic discerpta euulsaq; ex ipsa matre dum enitere tur, fuerunt. Ad uiuum expressit Gaspar Maserius pictor, qui tum ibidem cum multis alijs aderat.



VNdecimo Ianuarij Augustæ Vindelicorum uersus montana, cœlum sese aperuit, ac quasi findi uisum est, unde multi extremũ iudicij diem iam præforibus esse putantes, se diuinæ clementiæ cõmiserunt. Eodem uerò die circa horam noctis nonã, Mickhusiæ in Bauaria, tam dira cœli tempestas ex aëris inclementia orta est, ut luminum iam hinc inde in domibus accensorum, splendorem extinxerit, ac unicus cœli splendor igneus, laborantibus ad tres ferè horas lucẽ prębuerit. Augustæ paulò post crudelia latrocinia in urbe secuta sunt. Machæropœ enim uxor, spe amplissimę prædę in suis ędib9, mercatorem quendã bombarda prostrauit. Mox ancilla ferro sibi ipsi mortem consciuit. Præcedenti uerò die iterum Augustę nuncius publicus præfectum quendam ante urbis portas tormento bellico interfecit. Decimotertio mensis die alius gladio transfixit lanium, quo die etiam Holtzachium ac Vuisinga incensa sunt. Die decimo quinto, S. Catharinę Syluæcustos bombardę ictu tactus interijt. Decimo septimo, aurifabri seruus, in flumen se præcipitans, sibi ipsi manus intulit, ac ea ipsa nocte multi in urbe ad mortem usque uulnerati sunt.

1556

In Al-


1556 IN Algoia Sueuiæ regione non procul à Louuingen, sabbato post festum natiuitatis Christi, ex magna cœli inclementia crebra fulgura uisa, audita tonitrua, & in pago quodam domus ful-





mine tacta atq; penitus consumpta est. Cœlum scissum hora noctis nona, magnam ignis partem adeò euomuit, ut multi mortalium metu ac horrore ad aliquot horas, de uita periclitantes, linguæ ac uocis usum amiserint. Eodem etiam die in Bohemia, atq; Silesia, dira cœli tempestate, magna hominum pecorumq; pars extincta est, ædificia ædium atq; templorum multorũ ad terram





decussa

decussa atq; prostrata sunt. Incensæ in alijs regionibus Germaniæ urbes, ac magna ex parte cœlesti incẽdio absumptę. Sanguine pluit, ac camelorũ imagines hominẽ armatũ absumẽtes in cœlo conspectæ sunt. Nõ procul à Lypsia, biceps infans, quatuor manibus, totidemq; pedibus, uno autem corpore tantum, natũ est.

PRidie nonas Ianuarij in Germaniæ pago quodam episcopatus Dilingensis, quem patria lingua Oberhauusen uocant, uitulus ex uacca, duobus tantum posterioribus pedibus natus est, tantæ tamen uelocitatis, ut corpore erecto currens, uitulos omnes facilè superaret. 1556






IN comitatu Bœtz propè eiusdẽ nominis castrũ, decimo nono Cal. Febr. ab hora quarta post meridiẽ ad septimam, dira fuit tempestas, crebra tonitrua ac fulmina, demũ de cœlo magno fragore in terram immensę magnitudinis ignis decidit, atq; multa hinc inde cõbusit. Visi sunt etiam in nubibus cœli peditum equitumq; utrinq; dimicantium exercitus.

APparuit sub initio Martij anno 1556 Cometes stella, æqualis fermè lunæ dimidio, cum crinibus nõ usqueadeò longis, nec cõstantibus, sed uelut in incẽdijs rutilantibus, ut in tædis dum uẽtus flat. Fusca erat, rubens ac turbida. Quinta die Martij erat iuxta mediũ Libræ, cum illam primùm uidimus. Nona uerò in ipso mundi polo, antea sexaginta partibus ab æquinoctij circulo declinabat. Mota igit̃ est toto quatriduo septuaginta quinq;

mini.

partibus ab Oriẽte in Occidentẽ, & triginta à Meridie in Septentrionem. Tum uerò aſsiduè pluit, & cum deſijt pluuia, non apparebat. In Germania apparuit uſq; ad medium Aprilis. A fine Martij ſubſequuta eſt perpetua ſerenitas, uſque ad uigeſimam ſeptimã Aprilis, & tãtus calor, ut Iunio menſi ſimilis eſſet tẽporis cõſtitutio. Significat aũt Aſtrologorũ iudicio, diſsidia circa leges,



propter colorem, crines, & motũ: & etiã morbos peſtiferos, præſertim in Germania & Pannonia, Aſiaq; ac Græcia, apudq; Boreales nationes. Huius autem Cometæ motum, cum circulorum ac ſtellarum fixarum obſeruatione, ut, Viennæ Auſtriæ à Paulo Fabritio Laubenſi ad duodecim dies uiſus atq; deſcriptus eſt, in Aſtrologiæ candidatorũ gratiam adijcere placuit.

1556



TErtio Martij in oppido Bergerdorff monſtrum natum eſt, aliqua ratione uitulũ referens. Sextipes erat, gemino capite, uno podice. Diſiuncta autem erant capita in longitudine, quorum unum Orientem, aliud uerò Occidentem ſpectare uidebatur. Tres pedes huic, tres alteri inhærebant.

Menſe

MEnse Aprili Rossana Astopiæ ciuitas grauissimo terræmotu, magnaq; inhabitantium clade concussa est, cuius quoque impetu multa in proximis regionibus ad triginta usque miliaria corruerunt ædificia. Decima uerò huius mensis die horrendus terræmotus Constantinopoli, ubi tres dies continuos durasse fertur, multas turres deiecit, templum S. Sophiæ, portamque Hadrianopolitanã infestauit maximè. Tertia die uerò post, qui fuit decimus tertius eiusdem mensis, stella immensæ magnitudinis propè lunam, quam ferè attingere uidebatur, conspecta est. Hunc terræmotum cum reliquis descripsit Valentinus Neuberius Norinbergensis. 1556

IN Heluetiæ diuersis locis, in agro autem ac urbe Basiliẽsi duodecimo Maij, ac sequẽti die in ditione Bernensiũ, non procul à Duno oppido, ros de cœlo cecidit, qui sua dulcedine mel superabat, quod & sæpe antea, potissimum tamen in Gallia anno Domini 1198 factum. Secuta animalium pestis quæ plerunque illa comitatur.



DEcimoquarto Maij, propè Schaphusiã in uico Herblingen sanguine pluit, negabant id quidam factum esse, sed ab inquisitoribus res uera inuẽta est.


SEcũdo Iunij ingens locustarum agmen Germaniæ inferioris aliquot partes uastauit. Fincelius.

BAsileę Rauracorũ puellus natus est crudeliaspectu, corpore quidem satis bene compacto, sed capite hirsuto, canem, aut catum magis, uel simiam, quàm hominem referente. uixit autem circiter horam dimidiam.

VIcesimo quarto Iulij deforme monstrum uacca enixa est in pago Cleisdorff, distante tria miliaria à Pabenberga, quod

Digitized by Google

Fincelius quoq; descripsit, pedes habuit quatuor uitulinos, căput humanum uirile, atra barba, geminis auribus humanis, & modicis capillis, pectus item humanum & mammosum. Natum est






monstrum in prędio uidųę nobilis. Sic Volateranus scribit, olim ex cane & muliere natum infantē, forma humana superiore parte, inferiore uerò canina, atque expiationis causa ad pontificem delatum. Cuius rei Cardanus meminit libro decimoquarto, de rerum uarietate, cap. 64.

1556 ALdenburgi Misniæ oppidi nono Augusti, magna orta tempestas oppidanos in maximum uitę periculum coniecit. Quo die & infans natus ibidemqúe baptizatus, ut Fincelius annotauit, qui aliquoties antequā in lucem prodiret, in aluo materna claros omnium stupore eiulatus edidit.

DIe secunda Septembris hora ante meridiē quinta, apud Locarnēses uētus turbinis siue ꝓcella, ex australi parte ueniēs, parietem arcis quæ est ad alterā Locarni partē, ita deiecit, ut eius ruina uicinarū ædium pars sit deiecta. Eodē die sub horam à meridie secundā, nubibus atris ita obductum est cœlum, ut dies erepta prorsus uideretur. At paulò post tonitrua ac fulmina horrifica, tanti imbres consequuti sunt, ut nullus qui uixerit, se uidisse unquam meminerit, utpote, à quorum iniuria nihil in


ædibus






ædibus relictum fuerit intactum. Durauit autem ab hora secunda usque ad sextam. Interea torrentes ac riuuli ex uicino monte decurrentes, magnorum fluminorum speciem referebant, quorũ fragor adiectus imbrium ac procellarum horrifico strepitu omnium mentes adeò deiecerat, ut existimarent uniuersa mox interitura. Quantum aũt periculosa illa inundatio Locarnensibus simul ac uicinis damni intulerit, cum referre longũ sit, ad historiam ab ipsis Locarnensibus, non minus doctè quàm copiosè descriptam, lectorem remitto.





1556 QVinto Septembris in Marchiæ oppidulo Custerino, hora nona uespertina innumeræ flammæ undiq; cœlo emicuerunt. In medio uerò cœlo trabes duæ ignitæ uisæ, ad extremum autem incerto authore uox desuper audita est, VEH, VEH, ECCLESIAE. Iobus Fincelius de miraculis sui temporis.



IN Heluetia die Lunæ post D. Galli festum, nõ procul ab oppido Vuinterthur in Theso fluuio, ferebãt tres silices inuẽtos, in quorũ primo, crux Heluetica, gladius atque uirga, in reliquis autem duobus crux atq; insignia Burgundiaca depicta ac quasi à natura insculpta uidebantur.

IN Hungariæ ciuitate Babatscha 6. Octobris die ante solis exortum, uisa est in aëre duorum puerorum nudorum quidem, sed clypeis militaribus ac gladijs armatorum monomachia, in qua is qui scutum duplici aquila ornatum habebat, armatura Turcica munitũ, adeò prostrare uisus, ut corpus multis ictibus uulneratum è nubibus in terram cadere uisum sit. Eodem etiã tempore ac loco, uisus est arcus cœlestis, naturalib. suis coloribus depictus, ac duo ex utraq; eius parte soles. Horum imaginem damus, ut à Vuolffgango Straucho Norinbergensi cum descriptione urbis data est. Verum his non multũ dissimilia sunt quæ Fincelius in Hispanijs uisa esse

ſa eſſe ſcripſit, anno Chriſti 1536. de quibus ſupra, in eiuſdem anni prodigijs, diximus.

BAſileæ uidimus uirum iuſtæ ætatis, qui in corpore ſuo adhuc aliud corpus hominis infixum ueluti pectori, omnibus membris abſolutis geſtaret, ſolo capite in uero corpore abſcondito. Eius mentionem fecimus ſupra in anno 1525. quo, in Hirciniæ ſyluæ pago natus eſt. 1556





IN Decembri menſe non procul ab Auguſta Vindelicorum, Vrſæ cum Leone certamen, in cœlo uiſum eſt.

SExto Decembris Vuittenbergæ Saxonum, parelia conſpecta ſunt. Nubes tortuoſa diſtincta per interuallũ, colore partim cæruleo, partim puniceo, inſtar iridis in arcum tenſa, quaſi æquali interuallo terram cinxit. Sol autem utrinq; cinctus parelijs palido atque ſubtriſti uultu uiſus eſt.

INoppido diui Galli apud Heluetios, Petrus Beſslerus patria Rotmũdenſis, et ciuis nõ procul ab urbe S. Galli habitãtis ſeruus, adoleſcẽs impius, temerarius, ac ad uinolentiã in primis pnus, cũ die Solis q ſanctę Trinitati à ueteri eccleſia dedicatq eſt, uigeſima prima uidelicet Maij, oppidũ cũ ſuis cõſodalib. Sangallẽſe intraſſet, ut ibidem merendam ſumerent, nimio uino dementatus (ut uulgó eius fecis homines in conuiuijs facere ſolent) turbas excitauit, multis coæquales ſuos aſperſit conuitijs, ac demum poſt diuerſi generis in Deum blaſphemias, illud inſuper adiecit etiã: Si

poſt

posthac domino meo seruiero, diabolo corpus ac animã meam deuoueo. Verum cum in urbe pernoctasset, mane decocta crapula, aliqua ex parte in memoriam reuocauit, quę hesterno uesperi ac dicta simul ac facta à se forent. At cum nullas alias rationes inueniret quib. seipsum aleret, quàm si ad domini sui labores (quos antea tamen execrarat) reuerteretur. Vrbem iam egressus, nõ procul ab ædibus domini sui, à uiro quodam horrendo aspectu, ac atro uestitu indu



to, his uerbis affatus est. Age bone uir, præsto nũc sum, ut quod heri mihi deuotum est, pro meo iure arripiam, quib. dictis, manu, hominem metu ac horrore attonitum, planeq; obstupefactum, deprehendens, proiecit in terram & aufugit. Verum paulò post miserrimus adolescens à uicinioribus inuentus, cum manibus ac pedibus esset iam contractus, in hospitium delatus, ibidem post usum omnium membrorum ademptum, lecto defixus, uitæ dies, dolore non minus animi, quàm corporis miserrimè transegit.






Basi-

BAsileæ Rauracorum agricolam in utraque manu sex digitos iustæ magnitudinis ac aptæ proportionis habentem, & gallinæ pullum quatuor pedibus, uidimus.

CAlendis Nouembris Tundorfij circiter quartam horã antemeridianam à figuli cuiusdã uxore natũ est monstrũ horrendum. Erat autem à uertice ad hypochondria hominis figura, ore tamen prominente canino, facie torua, ab umbilico uerò destitutũ reliquis partibus corporis humani. Descendit in formam pyramidalem, in cuspide referens similitudinem caudæ suis inflexæ. In dorsi autem spina umbilici imago alia protensa erat, erecta tamen instar caudæ. Sexus autem eius monstri nequaquã apparebat, cum neque uiri neque mulieris neque androgyni signa deprehenderentur.

QVarto Decembris Basileæ infans natus est uirilis sexus carens auribus, quarum loco habuit duo tantũ foramina, quę tamen ita clausa erant ut nihil inde audire potuerit. Vixit autem puellus ualetudinarius usque mensem Augustum, in cuius principio multis doloribus obijt.






AVgustæ Rauracorum inter Basileam ac Rinfeldam oppida, gallinæ anserum pedibus inuentæ sunt.


BAsileæ circa paschatis festũ infans adeò scissis ac apertis naribus natus est, ut inde eius cerebrũ facillimè sit cõspectum.


Quinto autem Calendas Maij circa horam noctis nonam cœlo sereno, halo lunæ apparuit, atque ad horas duas durauit.





QVinto Calend. Augusti in Suntgoiæ aliquot pagis, intra Ensheimum oppidum ac Basileam: duodecimo tertio autem Calend. eiusdem mensis tres simul soles cœlo sudo conspecti sunt.





SEptimo Idus Augusti apud nos Basileæ masculus natus est corpore satis quidem bene compacto, sed sine collo, mon-

strosa



strosa plane facie, oculis insolitæ magnitudinis quasi in fronte sitis, ac superior capitis pars omnino deerat, in occipitio aũt habebat foramen iustæ magnitudinis ex quo sanguis aliquantulum fluebat, unde statim postquam in lucem editus esset, diem suũ obijt.

HÆc sunt prodigia atq; ostẽta studiose lector, quæ hoc tempore breuissimis annotare placuit, additis quãtum historiarum lectio suppeditabat, ijs quæ mox secuta sunt, quò apertius uicissitudinum, mutationum, ac calamitatum, prognostica certa, iratiq; numinis uera indicia esse intelligeres, ac unusquisque inde aliorum periculo cautior atque prudentior factus, Deum iratum mundo, ac eius interitum minitantem, sibi pœnitentia atque innocentia uitæ placandi maiorem occasionem haberet. Orandus est autem, & exorandus nobis est æternus Dominus noster Iesus Christus, ut sua intercessione Patris irã mitiget, cor in nobis innouet nouum, fidem augeat, atq; suam Ecclesiam quam proprio sanguine redemit, ab omnibus satanæ ac mundi immundissimi malis artibus, in æternum conseruet.

Amen.

SEQVENTIA,


cum tardius quàm conueniebat, ab amicis ex Italia acceperimus, ex eadem tamen lingua ab amico transferri curauimus, ac appendicis loco adiecimus: licet ad monstra referenda sint, quæ post linguarum confusionem, in mundo uisa sunt.

HI tales non ita pridem à Lusitanorum nauibus reperti sunt in quadã insula, in medio ad Colocutũ, itinere, ubi Cynosura uideri non potest. Sunt uidelicet homines cum duobus in latere dextro brachijs, duabusq; manibus, auriculas asininas, faciẽ humanam, dextrum crus equinum, aliud humanũ: abundant pilis circa pudenda, reliqua glabri. Cer uorum instar currunt & saliunt: crudeles admodum sunt & amentes. Eorum mulieres illis asimilãtur, sed minores habent aures, pulchræq; sunt fœminæ, ac magistræ in setæ atque auri artificio muliebri: bis in anno pariunt.



QVibusdã in Arabiæ locis hęc mõstra sunt. Tres habent oculos, nasum & os magna, aures binas amplissimas & rotundas: singula brachia, duas manus: mares etiã binas tam magnas habent mammas, ut eas commodè tegere nequeant: beluinas induũt pelles: sine caligis & calceis incedunt, neq; digitos in pedib. habent: uocantur Sterlochi. Nõ frustra ore magno sunt præditi, nam

nam comedones ac uoraces sunt, carnibus uescuntur semicoctis: uinum aut aquam non bibunt. Magni sunt bellatores, ac perpetuò cum uicinis ac conterminis locis bella gerunt. Eorum rex uectigal pendet Magno Cani.



IN Æthyopiæ partibus quæ Occasum spectant, sunt homines benè formati, præterquàm quòd unicam uno cum pede maximo habent tibiam; cuius pedis umbra, cum Sol ad meridiem uergit, in terram prostrati, ab æstu se tuentur, cum illis ambulandum est (neq; enim aliter possunt) saltant. Loquũtur ut nos in ipsorum lingua. Gemmarij sunt præcipui, quas Armenis mercatoribus, grano ad uictum accepto, uendunt. Sũt magni roboris uiri, & annos ducentos uiuunt. eorum fœminæ pulcherrimæ sunt & omnibus communes, quæ cum prægnantes sunt, nõ amplius ulla ratione coitum admittunt.

IN Ægypti Alpib. sunt hæ deformes creaturę, faciem, brachia, & pedes humanis similes possident, cum duabus longis mãmillis, reliqua similes camelis. Cũ natos pepererunt, in dorso aut lumbis eos portant, & syluas peragrantes uictitant. Viuunt ad summum annos triginta, nec plus quàm semel aut bis pariunt, uelociter currunt. Eorũ mares sunt piscatores strenui, & suis uxoribus crudelissimi, & ferocissimi. Regem proprium in humeris semper ferunt super lignea lectica, & eum summè uenerantur.





AEthyopiæ in partibus Septentriones uersus, tales inueniuntur, qui humanum corpus pulchrum habent, duo brachia, duo crura, & pedes humanos, sed in humeris habent prominens caninum caput cum duobus brachijs humanis. Vitam degunt humanam, & affabrè laborant cum sericeis & aureis filis res uarias, quas ad Magnũ Canem mittunt: non rident neque plorant. Magnas exercent mercaturas margaritarum siue unionum, carbunculorum, & aliarum gemmarum pulchrarũ. Eorum rex tributarius est Magni Canis: tributum penditur ex sericeis rebus & auratis.



IN Oceano orientali tales reperiuntur fœminæ crassissimæ, collum longius quàm in figura uides habent, & præter naturam, brachia seu lacertos coniunctos cruribus: retro asininas habent tibias, sed pedes alterius formæ: caudam item asininã: altiores ante sunt quàm retro: quatuor uno uentre gerunt filios, è quibus duos necant, alios

alios educant: lac copiosum producunt, è quo caseum pro ipsorum uictu conficiunt. Mares fœminis sunt similes, minoribus tantum uentre ac mammis.



NOnnullis in Tartarorũ uallibus talia reperta sunt monstra. Collũ nẽpe habent longũ, supra thoracem, & caput in modũ gryphi: in pectore duos oculos, nasum, & os, duas alas in ilijs diuersorũ colorum: brachia & tibias humanas: in locis habitant aquis scatentibus, quoniã ex piscib. uictitant: grauiter, ut anseres, uolant: pennæ alarum ipsorum usui sunt magnis dominis in sagittis aptandis, maximè apud Magnum Canem & Pretianum: animalia sunt ferocissima, & hominibus inimicissima: ex ore uenenum proijciunt, cum propè sunt ut capiantur.



IN Noui orbis ea parte nouiter à Lusitano rege reperta sub Aquilone, ubi ad sanctã crucẽ est inditũ nomẽ, hoc hominũ genus repertum est. Caput habent caninũ, pilosum, cũ auriculis lõgis: media corporis pars & brachia sunt humanis similia, crura equina, ungues bubali: induunt pelles, non loquunt, sed fortiter latrant: magni sunt prædones, & ex raptu uiuũt; Baratriæ uocantur. Continuò cum uicinis insulis belligerantur, & homines uorant cum habere possunt: cum non habent, cæteris uescuntur animalibus.



IN regionib. magni quondã Tamberlani, reperire eſt huius formę Cẽtauros. A medio ſupra, humanũ corpus & faciẽ gerunt, niſi ꝙ brachiorũ loco duo habent breuia brachia buſonis inſtar, in capite ſunt caninę aures, cum tribus in uultu barbis, in iliis ſunt brachia humana cũ manibus ac digitis, reliqua ſunt equi. Celeriter currũt, ſi quẽ ample ctantur, tam arctè ſtringũt, ut rumpi cogatur, ſolis ueſcuntur elephantibus, amici ſunt hominum & mulierum, quia illis nullam inferunt moleſtiam.



IN Taprobana inſula tales repertæ ſunt humanæ creaturę malè formatę. Crura habẽt breuia, humeros eleuatos, collum ſubtile, caput maximũ, cum unico in frõte oculo, rimantur gemmas & ſimilia pulchra. Truces ac ferini ſunt homines, nec fœmellas à maribus quis dignoſcit, niſi cum grauidæ ſunt. Nudi incedunt, & ex rebus ſyluestribus uitam degunt, ros illis potus eſt, auribus carent, & acutè audiunt. Quoddam fucorum genus, quos Itali tabanos uocant, illos ualde moleſtat, ob eam cauſam ſabulo ſe cõdunt, quoad inſulam fuci præteruolent.

IN ultimis Syricanæ partibus, ſunt talis figuræ homines ex toto, præter gruinum collum, ac ferinum caput cum oculis ac naſo humanis, roſtrum & barbulas habent ut galli, ueſtiuntur pellibus.

pellibus. Agricultores sunt: magnum illis est bellum cum gryphis, ita ut utrinq; ingens numerus pereat. Eorum mulieres sunt illis similes, sed barbulas non habent, & rostrum latius gerunt. Vinum non bibunt: qui in bello cadunt, habentur ut sancti, & eorum uxores non amplius sunt alijs uiris conspicabiles.





SVper insulis quibusdam Caspij maris tales reperiuntur leones. Humana sunt facie, sed syluestres & feroces: ex raptu uiuunt, & supra atque sub aquis æquè natant ut pisces. Horum plerique historici meminere, ac Solinus præsertim de mundi mirabilibus.



IN Lybię desertis repertę sunt mulieres quę ad genua usq; pmissas habẽt mãmillas: usu carent loquẽdi, sed tamen uehementer clamant uel stridẽt: domestice uersantur cum uiris: uelociter currunt, ita ut cursu syluestria capiãt animalia qb. uescant: inter albũ & nigrũ colorẽ sunt, nẽpe fusci coloris uel sub nigri: carent pilis, nisi

niſi quòd à genubus infra Satyris ſimiles ſunt, unguibus manuũ fortes ac rapaces ſunt, caput crinibus abundat, deformi ſunt corpore ac facie, rident libenter, præſertim in uirorum præſentia.



IN Aſiæ ſyluis ſunt tales, appellati Monopoli. Capite carent, ſed faciẽ habẽt in pectore, incedunt nudi, ſolis pudẽdis uelo tectis, caput integunt maximo pileo, propter ingentem ſolis calorem. Colligunt hi piper, & illud Mechæ mercatoribus ex uariarum mercium permutatione diuendunt, quas deinde merces ipſi Antipodibus diſtribuunt. Sunt ualde continentes & modeſti homines, neque unquam uerbum malum proferre audiuntur, ſynceriſsimi ſunt, & bona prædiți conſcientia iuxta eorum legem.



IN Lybiæ Alpibus hęc monſtruoſa animalia reperiũtur. Ex toto flaua ſeu gilua ſunt, facies humana in pectore, crura ſunt bouina, pedes humani, cauda uulpina, mãmę caprinæ, dorſum inſtar camelorũ, collũ longum, in cuius ſummitate nõ caput, ſed tumorẽ in modũ nattæ cũ duab. porcinis aurib. habẽt. Hircina ſunt barba, uiuunt ex herbis & radicibus, & admodum ſylueſtres ſunt. Dũ parui ſunt, his commodè ueſcunt homines, quibus Magnus Canis utitur, at cum grandæui, duriſsimæ ſunt concoctionis, ideò iuuenculi ſunt ueſcendi, illic hi meliores ſunt, quàm apud nos hœdi.

FINIS.

Digitized by Google

ERRATA QVÆ INTER RELEGENDVM DEPREHENSA SVNT, ITA emendabis. Significat autem primus numerus folium, secundus lineam siue uersum.

Folio 1.12. *eorum, lege rerum.* 2.32. *depictum quem.* 13.8. *quinquiennies, quinquennes.* 17.1. *insidide, insidiæ.* 22.30. *incidēs, incedens.* 30.28. *que, qui.* 34.13. *Hæc de, etc. transpositæ sunt, Debebant autē in fine eiusdem folij, ante Zoroastrem esse.* 35.8. *uero, in cinerem fatiscunt, &c.* 46.14. *sed, sol.* 47.15. *primo, primæ.* 57.4. *patrijtum, patritiū.* 63. *in margine ubi sunt numeri annorum ant. Christum, pro 480, lege 580, pro 482, 579.* 64.1. *in margine pro 477, 5477.* 76.29. *lupam, lupus.* 85.23. *lutarum, militarum.* 87.15. *Crinisij, Chrysij. ibid.* 22. *tris millia Carthagi.* 90.1. *ædibus, ædilibus.* 91.5. *disrupit, destruxit.* 103.6. *in margine pro 277. 267.* 105.15. *Brunduſitij Brunduſini.* 116.1. *pro 212. 213.* 116.5. *ad Templum, Campum.* 131.11. *Circa, Cirtha.* 136.18. *Ceramnem, Theram & Cheraſiam.* 183.4. *Macd. Macedonia.* 140.32. *Melio, Aegui melio.* 142.5. *Porticus, Porciuc.* 150.21. *triceps, tripes.* 158.15. *Aegitum Aegyptum.* 163.4. *Theatri, Theani. ibid.* 5. *ſtrata, luſtrata.* 191.9. *pihanam pugnantium. ibid.* 15. *Maritio, Martio, Caio Mario* 201.14. *mula.* 204.8. *Sylo, Syllā* 201.9. *perditum, proditum* 218.35. *inferre ait, quod &c.* 281.16. *columbā, columna.* 303.7. *Obſcœnorū. Oſthenorum.* 305.19. *pratre, patre* 313.9. *Coldroe, Coſdroe.* 134.6. *Chianus, Caianus* 322.18. *Ignitus lapis, &c. Nota totum 1. lum locum qui ex contracti Chronico, in quo mendoſus numerus erat, 650, dum debebat ſcribi 960) transpoſitum eſſe, quod libro iam edito demum, inter relegendum obſeruauimus, illum igitur totum locum referes ad annum Chriſti 960.* 327.31. *Alpiade, Alpaide.* 339.3. *peridas, iſtas.* 354.21. *epiſcopater epiſcopi ater.* 354.22. *Veniciæ, Venetiæ.* 365.20. *Fridrici, Othonis.* 366.1. *appendentes, adpertinentes.* 419.4. *Cathama, Cathania. ibid.* 31. *Casuna, Catina.* 451.2. *Milcchius, Milichius.* 463.20. *Falceianus, Valerianus.* 474.31. *Pontū, Pontem.* 475.11. *luce damnabatur, Lucæ dominabatur.* 477.2. *interituo, interitum.* 480.5. *Araunc, Araun.* 481.24. *Poliam, Podoliam.* 510.1. *uiſum eſt in cœlo.* 933.13. *Sueui, Sueuiæ.* 558. *in margine pro 1553, 1535.* 658.35. *urbis, nobis.*

FINIS.

BASILEAE, PER HENRICVM PETRI, MENSE AVGVSTO ANNO M. D. L VII

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google